








[illegible]

G R Á G Á S.



Pars I.

SUMTIBUS LEGATI MAGNÆANI.



HIN FORNA

LÖGBÓK ÍSLENDÍNGA

SEM NEFNIST

GRÁGÁS.

CODEX JURIS ISLANDORUM ANTIQVISSIMUS,

QVI NOMINATUR

GRÁGÁS.

EX DUOBUS MANUSCRIPTIS PERGAMENIS (QVÆ SOLA SUPERSUNT) BIBLIOTHECÆ REGIÆ ET LEGATI ARNÆ-MAGNÆANI, NUNC PRIMUM EDITUS.

CUM INTERPRETATIONE LATINA, LECTIONIBUS VARIIS, INDICIBUS VOCUM ET RERUM p. p.

PRÆMISSA COMMENTATIONE HISTORICA ET CRITICA DE HUJUS JURIS ORIGINE ET INDOLE p. p., AB J. F. G. SCHLEGEL CONSCRIPTA.

PARS I.

HAVNIÆ.

SUMPTIBUS LEGATI ARNÆMAGNÆANI,

TYPIS H. H. THIELE.

1829.

L. B.

Codicem juris Islandici Grágás dictum jamdudum desideraverunt viri harum literarum periti, qvippe qvibus constiterit hunc esse collectionem legum jurisque normarum et antiqvissimam et amplissimam. Tanta vero erat collectionis istius moles, tanta lingvæ in pluribus locis obscuritas, tam impedita textus constituendi ratio, ut non mirum fuerit has difficultates ab opere sive suscipiendo sive perficiendo omnes hucusque deterruisse *).

Hinc itaqve e re nostra inprimis esse existimavimus primum excitari Islandos antiqvitatum patriæ studiosos, ut studia sua in hunc legum codicem converterent, deinde fructus horum studiorum sumtibus legati Magnæani prelo committendas curare. Neqve vero longius hic de pretio et ætate ipsius Codicis disserere opus est cum hæc omnia in seqventi commentatione accuratius rimanda sint.

Pauca modo hic præmittere juvat primum de iis, qvi ante nos consilium de hocce legum Codice edendo inierint, tum de iis, qvi operam hujus editionis

---

*) *Seviri, qvi primi ad Codices legati Arnæ Magnæi evulgandos ex mandato Regis Christiani Septimi vocati fuere, jam agnoverunt sui officii esse curare ut non solum vetera carmina et historiæ Islandicæ, sed et leges antiqvæ et inprimis Islandicæ promulgarentur, sed grave hoc negotium Kofodum Ancherum, Virum tum in his rebus facile principem, eorum loco suscepturum sibi persvaserunt. Hæc enim verba in præfatione ad Kristni-Sagam Anno* 1773 *editam leguntur fol. b.* 3: *"De antiqvarum legum codicibus minus solliciti sumus. Cum enim "Consiliarius status Kofod Ancher qvi in Corpore juris danici antiqvi promulgando hodie to-"tus est qvotqvot eorum huic scopo inserviunt, sagaciter excusserit, qvin paria Themidi Nor-"vego-Islandicæ officia Labeo noster præbere velit, nulli dubitamus." At hæc spes eos fefellit. Vir enim de jurisprudentia nostra meritissimus infirma valetudine senioque confectus, ne consilium qvidem suum de editione legum veterum Danicarum curanda perficere valuit. Nos hujus officii ob diversas causas diu omissi bene memores Codicem Norvegicum Regis Magni legum emendatoris, ut primum Codicis Norvegici hodierni fontem in iis articulis, in qvibus a Codice Danico discrepat, prius tamen edendum esse existimavimus qvam hoc opus multo impeditius aggrederemur.*

adornandæ in se susceperint, deniqve de subsidiis literariis ad sensum harum legum melius intelligendum non sine fructu adhibendis.

Medio jam Seculo præterlapso de lege Grágás edenda qvidam Antiqvitatibus Islandicis dediti cogitarunt, Stipendiariusque Magnæanus nomine Jonas Mortensen *qvædam huic usui inservientia collegit, sed opus vix inchoatum mox reliqverunt.* Thorkelinus *deinde noster, Præfectus regiis Archivis secretioribus nec non Secretarii munere in nostro Collegio per plurimos annis fungens, Vir multifaria doctrina etiam apud exteros celeber, qvem nobis literisqve hoc anno ereptum fuisse dolemus, jam anno* 1777 *juvenis adhuc de hoc jure edendo secum constituit, publicato paulo ante veteri et recentiori jure ecclesiastico Islandico, sed ab hoc consilio tum destitit, qvamqvam munifica subscriptio et Regis sceptrum tum tenentis domusque Augustæ et qvorundam procerum Angliæ, Hafniæ tum commorantium, editorem ab omni damno sustinendo securum reddidisset**). *Exstat modo specimen hujus juvenilis laboris hodie rarissimum, qvod Anno MDCCLXXIX Alumnus Collegii Medicæi edidit, sedecim modo pagellis constans, titulum præ se ferens: "Particula prima juris criminalis Islandici antiqvi latine versi" ss. qvod præter conspectum capitum hujus juris Vigslode dicti Islandice et latine textum Islandicum modo qvatuor priorum capitum versionemqve latinam solum duorum sistit***). *Cum in Angliam Anno MDCCLXXXVII iter suscepisset iterum de hoc*

---

*) *Litteræ manu Thorkelini scriptæ, qvibus scientiarum patronos ad se in hoc opere sumptuoso edendo sublevandum invitat, datæ sunt Hafniæ XII Aprilis MDCCLXXVII. His ipsis litteris, qvæ singulari fortuna etiamnum servatæ sunt, vidimus præter augusta nomina Regis Christiani septimi, Reginæ viduæ Julianæ Mariæ, principis hæreditarii Friderici ex mandato signata, manum Mortonii Eden hodie Comitis de Harley tum temporis legati Britannici ad aulam Danicam pro viginti Exemplaribus, Johannis Howard celeberrimi carceribus inclusorum patroni, carceres Hafnienses tum visentis, pro qvinqvaginta, nec non J. Johnstonii tum Capellani munere apud legationem Brittanicam Hafniæ eo tempore fungentis, qvi primus Epicedium Regneri Lodbrock Regis Daniæ Anglice transtulit, pro qvinqve Exemplaribus subscribentis.*

**) *In textu Islandico concinnando apographum recentius membranæ legati Arnæ Magnæ isecutus esse videtur, nullam Codicis regii ejusque exscriptorum rationem habens. Hinc conspectus capitum juris Vigslode modo CXIV capp. exhibet, qvorum ultimum inscribitur:* "Um trygdamál oc griþamál" *de qva re in nostra editione duobus capitibus* (*cap.* 112 *et cap.* 113) *agitur.*

jure publicando consilium cepit doctorum amicorum hortationibus excitatus et qvidem una cum versione Anglica, cui reconcinnandæ Georgius Dempsterus, *Ordinibus eqvestribus Scotiæ a Secretis, Vir doctus idemque lingvæ Islandicæ gnarus opem suam amice commodaverat, sed hoc opus in Anglorum usum proxime destinatum non ad finem perduxit aliis negotiis avocatus. Cum qvæ congessisset* Thorkelinus, *ea fatale duplex incendium Hafniense Annis MDCCXCV et MDCCCVII una cum majori bibliothecæ parte supellectilisque litterariæ absumpsisset, præter qvædam versionis Anglicæ cura* G. Dempsteri *revisæ fragmenta, nullum inde fructum ad hanc nostram editionem melius instruendam percipere licuit, de qva jam paucis rationem reddemus.*

Textum Codicis Grágás Islandicum ex solis duobus antiqvis Manuscriptis pergamenis, qvorum alterum b. Arnas Magnæus sibi comparavit, alterum in Bibliotheca regia majori asservatur, accurate transscripsit et ex sua mente disposuit Juris Candidatus Thordo Sveinbiörnsen, *tum Stipendiarius legati Arnæani, hodie toparchiæ Arnesiensi in Islandia præfectus, textumque latine ea, qvam utriusque lingvæ diversa ratio admittit, fide transferre studuit, nec non duplicem indicem et verborum et rerum confecit, notasque et tabulas qvasdam textum illustrantes adjecit, idque omne summa diligentia paucis annis absolvit, adeo ut candidus harum rerum æstimator non possit non ejus merita gratus agnoscere, si vel hinc illinc qvædam carpenda occurrerint.*

Cum jam in eo esset ut hoc opus prelo committi posset, primi correctoris partes mandatæ sunt Thorgeiro Gudmundsen, *docto Stipendiario Magnæano, qvi hoc negotium indefesso studio perfecit. Alteram tertiamque foliorum sub prelo sudantium correctionem Collega noster* Finnus Magnusen *Professor, Ordinis Danebrogici Eqves,* Thorkelini *in Archivis regiis secretioribus curandis successor, haud gravate suscepit, in qvo labore eum alter Collega noster* Birgerus Thorlacius, *Regi a Consiliis Status, Prof. lingvæ Latinæ, Eqves Ord. Danebr. sublevavit usque dum peregre proficisceretur.*

Cum Commentationem toti operi præmittendam esse exstimavimus, qvæ de origine hujus antiqvissimi juris civilis Islandici, de ejus nomine, fontibus, causis insignis inter duo Manuscripta pergamena, qvæ sola supersunt, discriminis, de hujus legis meritis et fatis aliisque rebus scitu necessariis rationem redderet, quæ fere omnia viros doctos hucusque perplexos tenuere, hanc Commentationem criticam et historicam conscripsit Collega noster J. Frid. Guilielmus Schlegel, *Regi a Consiliis Conferentiarum, Doctor et Professor juris Universitatis Hafniensis primarius, Ordinis regii Danebrogici Commendator, ad qvam proinde lectores harum rerum studiosos ablegamus.*

Idem quoque præfationem Islandicam, qvæ in Codice Magnæano juri ecclesiastico veteri præmissa est, sed manifeste ad totum Grágás pertinet, detexit et huic nostræ editioni una cum versione latina anteponi curavit.

Cum recensus et crisis codicum inprimis pergamenorum tum quoque chartaceorum legis Grágás a diversis viris, optimis hujus rei æstimatoribus, illi Commentationi subjunctus sit, his immorari nolumus.

Restat ut de subsidiis litterariis, qvæ ad Codicem Grágás interpretandum illustrandumque aliqvem usum præstare possint, dicamus, ut eorum studiis, qvibus penitior hujus juris cognitio curæ cordique forte fuerit, qvodammodo consulamus.

Nulla versio neqve latina neqve danica hujus Codicis, qvantum scimus, hodie exstat.

Danica enim versio qvam Thormodus Torfæus *juvenis conscripsit, ut ipse in historia Norvegiæ parte 3ia lib. IV c. 4. p. 229 testatur et cujus mentionem facit Catalogus bibliothecæ Resenii p. 140, dudum periisse videtur; cum autem ipse autor hanc versionem juvenile opus æstimaverit, non est qvod ejus interitum multum doleamus.*

Fragmenta autem qvædam nostri Codicis partim latine partim danice a diversis scriptoribus de rebus Islandicis agentibus passim reddita sunt, dum hunc vel illum locum legis Grágás laudant et ad suos usus convertunt. Primus, ni fallimur, Arngrimus Jonas *in opere præclaro, qvod* Crymogæa *s. rerum Islandi-*

corum libri tres inscribitur, Hamburgi Anno MDCIX impressum, non solum plura loca textus Islandici Codicis Grágás exscripsit, sed et versionem latinam addidit; idem argumenta potiorum hujus juris capitum breviter in eodem opere indicavit (lib. 1mo *c.* 8vo *p.* 80-100) *qvo viros doctos de meritis ejus hucusque incogniti convinceret. Multa legis loca* Arnesen *in opere docto: Om den Islandske Rettergang, Hafniæ* 1762, *edit.* 4, *et in primis* Erici *V. C. olim membrum nostri Collegii, in ea parte ejusdem operis qvam supplevit notisque perpetuis, qvibus illud locapletavit cum versione danica accurata suppeditavit.* Finnus Johannæus, *Episcopus qvondam Dioeceseos Skalholtensis in Islandia, in historia Islandiæ ecclesiastica, opere præstantissimo, sæpius ad Grágás provocat integra capita passim exscribens et latine reddens. In notis ad plures historias Islandicas, sed maxime in versione latina historiæ Nialis hoc jus vetustissimum laudatur ad textum illustrandum, cum illa præ aliis lites forenses fuse exponat. Cum* Thorkelinus *jus ecclesiasticum Islandicum antiqvum a se primum editum (Havniæ* 1775) *notis illustraret, non potuit non ad jus civile antiqvissimum paulo ante promulgatum et cum illo intime connexum respicere. Qvin et idem cum anno seqventi* (1776) *jus eccl. Arnæanum ediderit in notis pluries ad Grágás provocat.*

In plurimis commentationibus qvibus Antiqvitates septemtrionales in universum et Islandicæ inprimis illustrantur occurrunt loca ex Grágás petita. Inter eas hic memorandæ sunt: Pauli Vidalini *Com. de lingvæ septemtrionalis appellatione "Dönsk Tunga" qvæ a b.* Erici *latine versa et supplementis aucta appendicis loco addita est Gunnlaugi Ormstungi et Skalld-Rafni Sagæ, Hafniæ* 1775, 4, *p.* 220-297; Jo. Olavii *tum Stipendiarii Magnæani, dein membri nostri Collegii, Viri doctissimi, Syntagma de baptismo sociisque sacris ritibus.* 1770, 4, *hinc illinc nec non Ej. Diatribe de cognatione spirituali., Hafniæ* 1771, 8. Jo. Erici *Com. de expositione infantum apud veteres septemtrionales ejusque causis, reimpressa post Sagam nuper laudatam p.* 194-219. *Neqve negligendæ sunt Commentationes, cum de Berserkis tum maxime illa de Centenario argenti, qvæ Christni-Sagæ subjunctæ sunt. Tractatus* Finni Johannæi *Episcopi Islandiæ*

Viri de literis Islandicis præ aliis meritissimi de noctis præ die prærogativa aut dubia aut nulla, Havniæ 1782, 8, *etiam qvædam habet huc pertinentia* (*p.* 172. 176. 177. 194-95). *Nonnulla etiam occurrunt in Comm. inaugurali* Magni Stephensen, *Regi a consiliis conferentiarum, Justitiarii tribunalis Islandiæ superioris, de legibus, qvæ jus Islandicum hodiernum efficiant etc. Havniæ* 1819, 8. (*p.* 46-48. 74-81. 139-142). *Monendi autem sunt lectores hos omnes viros doctissimos non semper optima apographa antiqvarum legum ad manus habuisse; inde ortum est, qvod citationes legis Grágás neque qvoad partitionem, neqve qvoad voces phrasesque huic nostræ editioni, qvæ optimis Codicibus nititur, accurate respondeant.*

Ad illustrandum hoc jus inprimis faciunt Commentationes, qvæ de una alterave materia juris antiqvi borealis et potissimum Islandici agunt. Inter eas principem locum tenent b. Skule Theod. Thorlacii, *Rectoris scholæ metropolitanæ, qvi dum e nostro numero fuit insignem opem in editionibus veterum carminum curandis pro solida qva imbutus erat doctrina præstitit: Obss. Antiqvitatum borealium miscellaneæ, inprimis Specimen 4ᵗᵘᵐ de Borealium veterum matrimoniis cum Romanorum institutis collatis, Hafn.* 1774. 8. *Qvanqvam legum veterum Islandicarum nulla ibi ratio habeatur sed tota Commentatio testimoniis historiarum borealium et potissimum Islandicarum qvin et Eddarum nititur* (*cfr. p.* 14) *illa nihilominus haud parum lucis adfert ei parti Grágás, qvæ* festa-þáttr *audit, cum ex comparatione appareat ea qvæ hic de sponsaliis nuptiisque statuatur cum veterum moribus bene convenire, nisi in iis ubi christiana sacra aliqvam immutationem necessariam reddiderint. Commendandus quoque est libellus Dr. juris et Prof. hist. Kiloniensis* A. L. J. Michelsen: *Ueber altnordisches Armenrecht, qvi insertus est annalibus "Eranien" dictis, qvi a Prof. jur.* Falck *eduntur, 2ᵗᵉ Lieferung, et quoque seorsim impressus Heidelbergæ* 1826, *ubi qvæ Grágás de pauperum sustentatione præcipit accurate exponuntur.*

Accuratæ quoque descriptiones Islandiæ et itineraria interdum ad Grágás provocant, ut doceant qvalis status hujus provinciæ olim fuerit et cum hodierno

comparationem instituant. Hinc in ampliore illo itinerario Olavii *et* Paulsonii: *Reise igiennem Island, foranstaltet af det Kgl. danske Videnskabers Selskab, Soræ* 1772, 2 *Voll.* 4. *sæpius Grágás laudatur v. c. Vol. I. p.* 36. 37. 50. 54. 55-59. 178. 193. 201-203 *cfr. p.* 205-207. 365. 371. 444. 469. 472. 536. *Ab altera parte ejusmodi opera juri Grágás melius intelligendo potissimum in iis locis, qvæ ad Oeconomica spectant, haud parum inserviunt.*

Ad subsidia hujus juris qvoque referenda sunt indices vocum et Vocabularia, qvæ verba obsoleta et potissimum juris terminos explicant. Talia sunt: specimen Lexici Runici collectum a Magno Olavio *et ab* Olao Wormio *auctum. Hafniæ* 1651 *fol. Lexicon Islandicum ab* Andrea Bussæo *confectum editioni Schedarum Arii Polyhistoris a se curatæ additum. Havniæ* 1733. 4. *Glossarium subjunctum Syntagmati* Jo. Olavii *de Baptismate et illi de cognatione spirituali, indices additi juri ecclesiastico Islandico cum veteri tum recentiori s. Arnæano a G. Thorkelino editis, pluribusque Sagis Islandicorum impressis subjuncti, e qvibus ad juris Grágás interpretationem inprimis faciunt ii qvi habentur in Kristni-Saga* 1773. 8. *in Landnama-Bok. Havniæ* 1774, 4, *qvi debetur* Joh. Olavio, *Hypnonesio, e Collegio nostro, nec non in vita Viga-Glumi cura* G. Petersen *in vitis Gunlaugi Vermilingvis et Rafnis Poëtæ. Hafn.* 1775, *et præ omnibus plenissimus in versione latina vitæ Nialis Havniæ* 1809. *His addi possunt* Ottonis Haldorsen Vidalini *Diss. de usu lingvæ Islandicæ in enodandis terminis juris Danici et Norvegici, Hafniæ* 1786. 8. *et* Skule Th. Thorlacii *interpretationes vocum difficiliorum in nova Collectione Actorum Societatis regiæ Hafniensis Vol.* 4*to*; Biörnonis Haldorsonii *Glossarium vocum Islandicarum locupletissimum non magnum usum præstat, cum hodiernam lingvam sistat et juris terminorum parum rationem habeat. Neqve multo utilius huic usui est Lexicon Islandicum* Gudmundi Andreæ, *post ejus mortem a* P. Resenio *editum Havniæ* 1683, 4, *cum terminos juris parum respiciat. Dolendum autem est optima Glossaria, qvæ proxime ad usum Jurisconsultorum confecta sunt, nondum typis mandata esse, inter qvæ eminent* Biörnonis a Skardsá *explicatio*

terminorum legis antiqvorum, anno 1626 *ad finem perducta et* Pauli Joh. Vidalini *olim nomophylacis Islandiæ, Arnæ Magnæo in pluribus laboribus socii, Glossarium, qvod sub nomine Archæologiæ juridicæ venit, opus non absolutum. Hujus autem Vidalini operis desiderium qvodammodo minuit epitome illa qvam curavit* Liliendahl *in scriptis Societatis litterariæ Islandicæ inde a Vol.* 2*do* *ad Vol.* 8*vum* *usque passim.*

Præter Jo. Ihrii *Glossarium Svio-Gothicum etiam cum fructu consuli possunt index vocum in editione legum Gulathingensium Regis Magni legum Reformatoris, Havniæ* 1817, 4, *ampliorque in Codice juris Vestrogothici, edito a Doctoribus* H. S. Collin *et* C. J. Schlyter, *Holmiæ* 1827, *in iis terminis juris, qvos Codex Grágás cum his legibus communes habet, modo ante oculos habeatur easdem voces interdum alio sensu in hoc jure Islandico accipi.*

Qvi historiam legislationis Grágás accuratius nosse velint, adeant potissimum Arii *Polyhistoris Schedas s. Islendínga-bók et Kristni-Sagam et Chronicon magnum Islandiæ* (Islendínga-bók hin mikla) *vulgo* Sturlúnga-Saga *dictum nec cum his fontibus ipsum Codicem Grágás conferre negligant, ut hucusque factum est. Ex illis auctoribus diversa ratione intellectis hausta sunt qvæ habent* Arngrimus Jonas *in Crymogæa lib.* 2*do* *c.* 8 *p.* 80-82; Torfæus *in hist. Norvegiæ P. II. p.* 97. *P. III. p.* 239; Jo. Erici *in nova Editione a se curata operis* Holbergii: *Dannemarks og Norges geistlige og verdslige Stat, Hafniæ* 1762. 4. *cap.* 12 *p.* 508-511; Joh. Arnesen *et* Jo. Erici *in: historisk Indledning til den gamle og nye Islandske Rettergang, Hafniæ* 1762, 4, (*vide præf. Erici p.* 1-4, *nec non passim in ipso textu*); Finnus Johannæus *in historia ecclesiastica Vol.* 1*mo* *p.* 215 *et* 271; *Ejusdemque Commentatione de noctis præ die prærogativa p.* 172. 173; Halfdanus Einari *in Sciagraphia historiæ literariæ Islandicæ. Havniæ* 1777, 8. *Sectione* 5*ta* §. 1 *p.* 182. 183; Laur. L. Kongslevius *in: den danske og norske private Rets förste Grunde.* 1*mo* *Vol. Hafniæ* 1781 *in discursu de legibus Islandicis p.* 203-206. *Pauca de hoc Codice ejusque fontibus etiam*

habet Sveino Sölvius *in libro Islandico, qvi Tyro juris* edur Barn í Lögum *inscribitur, primum Hafniæ edito Anno* 1754 *et dein sæpius Cap.* 3. *p.* 7-10.

Diatriben de Cod. Grágás a Jona Magnæo *fratre Arnæ conscriptam, qvam Halfdanus Einari nomine Epistolæ ad Paulum Joh. Vidalinum laudat l. c. p.* 182 *vix unqvam impressam videre licuit, sed non nisi de illa qvæstione agit an Codex Islandicus Grágás a Norvegico ejusdem nominis differat nec ne.*

Vale! lector candide! nostrisque conatibus favere perge!

Scribebamus Hafniæ d. 15 *Augusti MDCCCXXIX.*

MONRAD. SCHLEGEL. THORLACIUS. WERLAUFF.
MÜLLER. FINN MAGNUSSEN.

Commentatio historica et critica de Codicis Grágás origine, nomine, fontibus, indole et fatis.

Auctore Jo. Fr. Guil. Schlegel,

Regi a Consiliis Conferentiarum, J. U. Doct. et Prof. in Univ. Havn. primario, Assessore summi tribunalis extr., Ordinis regii eqvestris Danebr. Commendatore.

§. 1.

De prima reipublicæ Islandicæ constitutione ejusque defectibus.

Norvegia a novo monarcha Haraldo Pulchricomo *subacta, qvidam incolæ e regno pulsi ne insidias sibi struerent, multoque plures sua sponte, novum qvippe jugum ægre ferentes, in exteris regionibus sedes fixerunt, sed potissimum in Islandia a Scotis sive Hibernis, ut videtur, prius occupata dein vero derelicta* *), *cujus notitiam qvidam navigatores audaciores e popularibus*

*) *Errant recentiores scriptores, qvi Islandiam a Norvegis primum detectam fuisse tradunt. Docuit enim antiqvissimus Islandiæ historiographus* Arius Frode *nec non autor narrationis de prima Islandiæ occupatione a Norvegis facta* (Landnáma-b.) *in prologo novos hos advenas in orientali hujus insulæ parte (Papeya et Papyli) qvosdam Christianos reperisse, qvos* Papas *vocabant, qvi autem Islandiam Norvegorum adventu reliqverunt, eosque Hibernos (s. Irlandos) fuisse inde colligunt, qvod præter alia libri qvidam lingva Hibernorum conscripti post eorum abitum reperti fuerint. Gunlaugus et Oddus in historia Olai Trygvii part. II cap.* 4 *p.* 10 *non solum cum his consentiunt, sed et Bedæ testimonium licet dubium advocant, qvi Anglos Thulen eo, qvo scripsit tempore, adeoque initio Seculi octavi freqventasse affirmat. Pluribus hac de re egit* N. M. Petersen *V. Cl. in commentatione de historia Islandiæ sub libera republica nondum typis mandata, qvam prælegit Societati regiæ antiqvis Islandicis scriptis evulgandis dicatæ (cfr. Landn. in prol. p. 2). Cfr. Finni Johannæi hist. eccl. Vol. I. p.* 1-4. Arngrimi *conjectura in Crymogæa p.* 21 *proposita hos Scotos fuisse piscatores, piscationem prope Islandiam exercentes, ipsis sui reliqviis in Islandia repertis, libris, refellitur. Primis tamen occupationis temporibus fuere nonnulli quoque Hiberni et Scoti qvi in Islandia sedem figerent cfr. Landn. B. P. I. c.* 11 *c.* 15 *et cum potissimum fundos in parte orientali occupassent, inde in itinerario* Olai *et* Paulsonii *II. p.* 846 *colligitur qvasdam voces peregrinas, qvas incolæ hujus tractus usurpant, qvi cæteroqvin lingvam Islandicam purissime loqvuntur, ex hac immigratione originem traxisse.*

ipsis nuper comparaverant, qvos tanta turba seqvebatur ut intra sexaginta annorum spatium (inde ab Anno Christi 874 *ad* 930 *usque) magnam hanc insulam penitus occupassent, qvamvis Reges Norvegiæ censum ab emigrantibus exigendo huic emigrandi libidini certos fines statuere conarentur. Novi coloni non solum veterem Deorum cultum sed et eandem juris administrationem, cui huçusque assuefacti erant, hic instituerunt. Hoc eo facilius effici poterat cum plures proceres huc appulissent, qvi dum Norvegiam inhabitaverant sacerdotii munere in idolorum templis simulque jurisdictione et magistrali potestate in incolas ejusdem toparchiæ, qvi idem templum freqventarent, fungerentur pro more in Norvegia totoque Septentrione tum recepto, qvare duplex hoc munus uno vocabulo "Godord" vocabatur et qvi ei præerant Godar s. Hofgodar appellabantur* *). *Hi enim proceres non solum liberos famulosque, sed et numerosam clientelam secum adduxerunt, qvæ ad patrocinium eorum confugere consvevisset, at, ubi litibus implicarentur, opem ipsis vicissim præstaret si arma adversus hostem capienda essent vel patronus alia urgente necessitate premeretur. Qvi succedente tempore sedem iis in locis fixerunt qvos jam alii occupassent, fundos incultos non nisi certis conditionibus obtinuerunt, inter qvas inprimis illa ut jurisdictioni domini fundi in posterum subessent, et tributum ad fani sustentationem annuum certasque operas præstarent* **). *Inde intelligitur qvi factum sit, ut jurisdictio ita acqvisita hæreditario jure ad posteros acqvirentis transiret* ***), *et qvanqvam sacerdotium ethni-*

---

*) *Hæc sacerdotii potestatisque jus dicendi intima conjunctio ansam præbuit ei instituto, ut locus, qvo judicium haberetur, ædi sacræ esset proximus, utque annulus sacer, qvem jurans qvicunque, sive judex, sive pars litigans, sive evocatus, sive testis esset, manu inter jurandum prehendere tenebatur, prope aram servaretur, qvo qvilibet actus jurisdictionis majoris momenti præter juridicam religiosa sanctitate muniretur. Vide Landnáma-Bók P. IV. c.* 7 *p.* 299 *ubi inter leges Ulflioti et illa nominatur, qvæ præscripsit, ut annulus iste ad minimum duarum unciarum pondere in ara fani principalis ad hunc usum asservaretur. (Vide inprimis Eyrbyggia-S. c.* 4 *p.* 10, *Vigaglúms-S. c.* 19 *cfr. Arngrimi Crymogæam p.* 76, *Schiönningii Norges Hist. P. II. p.* 247.)

**) *Recensum horum tribunalium exhibet Schiönning in hist. Norv. III. p.* 143. *Inter hæc tamen qvædam fuere celebriora, partim ob majorem ambitum et incolarum iis subjectorum insigniorem numerum, partim ob summam in sententiis dicendis æqvitatem, adeo ut proceres aliorum provinciæ tractuum lites suas iis dirimendas sponte submitterent. Huc referenda forum* Thorsnesiense *in qvadrante occidentali a Thorolfo Mostrarskegg, uno e potentioribus Islandiæ occupatoribus, primum institutum (cfr. Eyrbyggia-S. c.* 4 *p.* 12, *Landnama-B. P. II. c.* 12 *p.* 45) *et* Kialarnesense *a Thorstenio Ingolfi filio fundatum; vide etiam Arii Schedas p.* 16 *ed. A. Bussæi.*

***) *Etiam impuberes et foeminæ hanc potestatem jure hæreditario acqvirebant, qvam per mandatarium sui juris exercebant, nec iis tutoribusque eam alienare licuit* Þingf. B. c. 61 *Vol. I. p.* 166. *Memoratu dignum est qvod patrimonialis jurisdictio, qvam plures recentioris originis esse contendunt, in Islandia inde a primo occupationis tempore obtinuerit.*

*cis sacris abolitis non diutius sibi vindicare poterant**), *nihilominus jurisdictionem magistralemque potestatem, qvamdiu respublica Islandica stetit incolumis, adeoque ad annum usque* 1261, *intactam servarent, nisi eam forte poenæ loco ob delictum vel libera cessione in alium amisissent.*

Islandia ita a capitibus familiarum et proceribus occupata, imperium satis bene ordinatum optimatum in singulis nomarchiis sua sponte formabatur, sed ipsi optimates plenam inter se libertatem tuebantur, unde eveniebat, ut, si lis inter eos oriretur partesque litigantes ejus decisionem arbitris justitiæ cultu celebribus submittere nollent, acris demum pugna, cui cujusvis partis clientela se immiscere tenebatur, litis exitum definiret. Lites inter diversorum procerum servos clientesve exorta eadem cruenta ratione terminabantur, cum qvilibet litigantium præsidium penes dominum patronumve qværeret, qvi provocationi obtemperaturus servitium clientelamve armari jussit, ut injuriam uni ex suis illatam junctis viribus vindicarent. Si certamen cum potentiore instaret nec vires suas sufficere crederet amicos ad opem sibi ferendam excitavit, indeque eveniebat, ut insula inde a prima ejus occupatione sedes intestini belli fieret.

Huic malo indies ingravescenti ut occurreretur, Ulfliotus, *gente Norvegus, proceribus incolisqve auctor fuit, ut qvasdam communes leges omnes agnoscerent comitiaque annua instituerentur, qvibus de publicis commodis ageretur, litesque civium potiores agitarentur et judicarentur.*

§. 2.

De legibus Ulflioti forique universalis (Althing) formatione.

Ut Ulfliotus *huic legum rogationi melius satisfaceret Norvegiam licet provectæ jam ætatis petiit (Anno* 925) *et apud* Thorleifum Spakium *i. e. Sapientem, filium Horda-Caurii, avunculum suum, per triennium commoratus ejus institutione assidue hunc in finem usus est***).

*) *Nihilo secius etiam post publicam christianæ religionis adoptionem iidem sæpe Godar (magistratus) et sacerdotes (prestr) erant, qvanqvam hæc munerum conjunctio non bene juri pontificio conveniret. Non solum Episcopus Skalholtensis* Isleifus *sed etiam* Paulus *vergente Sec.* 12*mo hunc civilem magistratum cum Episcopatu conjunxit. Qvanqvam enim Ericus Archiepiscopus Nidrosiensis hunc abusum Anno* 1190 *severe prohibuisset, duravit tamen ad unionem usque Islandiæ cum Norvegia, qva ex foedere sancitum fuit ut proceres hanc avitam potestatem resignarent; cfr. F. Johannæi hist. eccl. I. p.* 196. *Hæc potestas in jure Grágás semper "Godord", sed in historiis etiam sub nomine "Forráð" et "Mannaforráð" occurrit, qva voce æqve ac voce "Godord" etiam sacerdotium significabatur, ut observatur in nota ad hist. Nialis latine versam p.* 322.

**) *Hic Thorleifus legifer nepos ex filio, ut videtur, fuit ejus Thorleifi, qvo Rex Haraldus niger pater Haraldi pulchricomi ob jurisprudentiæ morumque integritatis famam usus erat ad jus*

Leges ita compositas idem post reditum in Islandiam cum sodali Grimo Geitskor in jure bene experto retractavit et ad usum incolarum accommodavit, qvæ deinde omnium suffragiis anno 928 *recipiebantur et posthæc, qvamvis respublica turbis sæpius obnoxia esset, sollicite custodiebantur* *).

Hoc negotio ita consummato Grimus Geitskor *insulam lustravit ut locum opportunum comitiis ordinandis inveniret; ex ejus consilio fundus prope flumen Öxará in tractu Árnes-Sysla, qvi communitati nuper cesserat ob cædem ab ejus domino patratam, eligebatur. Ibi* Alþing *svadente* Ulflioto *anno* 830 *ordinabatur singulis annis stato tempore habendum, tum legibus novis ferendis decretisqve in communem usum a senatu optimatum præside Nomophylace sanciendis civiumque applausu firmandis, tum litibus forensibus huc ex nova lege delatis a lectis judicibus definiendis, qvod tribunal, mutata licet regiminis forma, per octo pæne secula substitit ad annum usqve millesimum octingentesimum, qvo novum judicium superius ejus loco conditum ad oppidum* Reikiavík (*primum qvondam insulæ prædium*) *transferebatur. Ulfliotus in præmium tanti laboris tamque feliciter peracti primus Nomophylax* (Lögsögomadr) *a gratis civibus creabatur* **).

§. 3.

De legum Ulflioti qvalitate, deque affinitate cum Norvegicis antiqvissimis, sed eorum a lege Gulensi Haconis Adelstensfostre diversitate.

Leges autem illæ Ulflioti non promulgationis tempore in scripturam redigebantur, sed ore prolatæ memoriæ commendabantur. Litteris enim duobus pæne seculis serius Islandi leges suas demum mandari curarunt ***). *Forte autem jam tum cautum fuit, ut saltem potiora legis capita qvotannis in comitiis a Nomophylace recitarentur, qvo melius memoriæ civium infigeren-*

Heidsiviense concinnandum. Qvi eundem Thorleifum et juris Heidsiviensis autorem et legum, qvæ Ulflioti nomen ferunt, qvin et legis Gulensis a Hacone Adelstenio latæ, conditorem fuisse perhibent, manifeste errant; obstat enim ratio temporis cum non minus qvam sexaginta imo octoginta anni inter has duas legislationes intercesserunt. G. Schönningius *qvi in hunc errorem qvoqve inciderat hist. Norvegiæ Vol. I. p.* 435 *eundem serius ingenue agnovit Vol. III. p.* 145.

*) *Vide Arii Schedas c.* 3 *p.* 14 *ex editione A. Bussæi et Landnama-B. P. IV. c.* 7. *p.* 299.

**) *Cfr. de Ulflioto F. Joh. hist. eccl. I. p.* 95. 96. *Habitavit in* Lóni, *in Islandia orientali; vid. itinerarium Olavii et Paulsonii per Islandiam Vol. II. p.* 847.

***) *Litteris runicis, qvibus jam tum forte qvidam Islandi utebantur licet paucissimi, ad leges exarandas nunqvam usi sunt. Litteræ autem Gothicæ et Anglosaxonicæ tempore demum Arii et Sæmundi hac in septemtrionis parte usu receptæ sunt (cfr. præf. ad Nialis S. p. XVII et F. Joh. hist. eccl. I. p. 85 not b.)*

*tur *). Leges autem ab Ulflioto latas non ita multas fuisse vel hac de causa veri est simile. Qvidam hujus novi juris articuli in vetere de rege Olao Trygvino relatione (Olafs-S.) et in libro de occupatione Islandiæ (Landnama-B.) **) servati sunt, multo autem plures procul dubio in Codicem Grágás migrarunt. Ego autem existimaverim maximam harum legum partem judiciorum ordinem, in qvo formando Ulfliotus potissimum occupatus erat, spectasse. Cum autem ordo iste forensis ex moribus septentrionalibus et inprimis Islandicis in formulis verborum ab actore, reo, evocatis* (qvidr), *judicibusque accurate adhibendis maxima ex parte constaret, his discendis Ulfliotum in Norvegia summam operam impendisse easque postea cum Islandiæ juris peritis communicasse, non est qvod dubitemus.*

*Qvanqvam ex hac ipsa de legibus Ulflioti narratione tuto colligi possit affinitatem inter has et antiqvissimas Norvegiæ leges sat magnam intercessisse, falluntur tamen, qvi legem Gulensem Haconis Adelstenii harum legum fontem fuisse contendant. Horum enim opinio ipsa temporis computatione refellitur ***). Haco enim Adelsteni regnum Norvegiæ adeptus est anno sexto post rogationem Ulflioti novarum legum in Islandia factam (anno* 934) *legemque Gulensem sexto demum regni anno (anno* 940) *tulit. Errorem peperere verba* Arii *male intellecta dicentis: Ulfliotum inprimis legem Norvegiæ Gulensem secutum fuisse, neglectis, qvæ idem addidit "ut tum erat" ****). Arium celeberrimum sui ævi chronographum tanti erroris reum*

---

*) *Cum in jure eccl. Isl. veteri tum in jure civili antiqvo hæc recitatio diserte nomophylaci injungitur, ut postea pluribus illustrabo, sed qvo tempore hæc lex primum lata sit ignoramus.*

**) *In Landnama-Bók P. IV. c.* 7 *p.* 299 *inter Ulflioti leges recensetur illa, qvæ prohibuit ne qvis Islandiam appellens navem capite belluino distinctam usurparet, sed adhibens ne servaret, ne geniis terræ metum incuteret, eaqve lex ibi asseritur novarum legum prima fuisse* (þat var upphaf laga hinna heidnu). *Inde tamen non colligendum est hanc aliasque leges Ulfliotum litteris mandasse, sed modo eam primo loco recitasse.*

***) *Primus autor, qvod sciam, hujus erroris fuit* Arngrimus Jonas *qvi in Crymogæa cap.* 8 *p.* 80 *asserit, "Ulfliotum e Norvegia Gulethingensis juris exemplar attulisse, indeqve Islandos multa mutuatos," qvanqvam Arius nihil tale dixerit, nec dicere potuerit, cum bene nosset legem Gulensem non tum litteris fuisse consignatam; neqve profecto opus fuisset Ulflioto per tres annos in Norvegia apud Thorleifum commorari, si nihil aliud ipsi agendum fuisset qvam tale legum exemplar secum in Islandiam avehere. Eodem loco Arngrimus, Vir cæteroqvin meritissimus, alius erroris reus fit, narrando Thorleifum Sapientem legum (Islandicarum) conformationi præfuisse, adscitis collegis aliqvot, sicut apud Romanos Decemviros legibus scribendis olim creatos, qvæ omnia ex suo ingenio finxit; historiam legislationis Haconis Adelstenii cum hac Islandica mire miscuisse videtur, memoriæ suæ nimis fidens.*

****) *Verba Arii (c.* 3 *p.* 14) *ita sonant:* "En þau voro flest sett at þvi, sem þa voru Gola-þings Lög *etc.*" *Verba:* "sem þa voru" *Andreas Bussæus superflua male existimans non latine reddidit.*

fuisse eo minus credendum est, cum ipse paulo post dicat Ulfliotum primo vel secundo post mortem Haraldi pulchricomi anno decessisse. Sed verba ab ipso Ario addita, jamjam laudata "ut tum lex Gulensis erat" satis clare innuunt se non de lege Gulensi posteriori, qvam jam solam cognoscimus, a Rege Hacone Adelstenio lata, loqvi, sed de antiqviore, puta juris normis consvetudinibusque in ea Norvegiæ parte receptis, qvæ foro provinciali in insula Gulöe prope Bergas instituto suberat, qvas Haco postea revidi et emendari jussit.

*Hinc potius dicendum foret, si altera lex ex altera revera profecta fuisset, leges Ulflioti fuisse fontem legis a Hacone Adelstenio latæ qvam vice versa, cum hæc assertio justæ annorum computationi non adversaretur. At longe a me abest, ut hoc contendam, sed potius crediderim cum leges Ulflioti tum Haconis ex communi fonte originem suam traxisse. Cum autem et Ulfliotus et Rex Haco Thorleifi Sapientis consilio in legibus suis concinnandis usi sint, existimaverim, illos non omnia ex lege Gulensi antiqviore, sed plura ex lege Heidsiviensi, qvæ tum ex omnibus Norvegicis perfectissima censebatur *), mutuatos fuisse, qvam nemo Thorleifo melius cognoscere potuit, cum avus ejus princeps hujus legis auctor fuisset jurisque cognitio illa ætate a patre ad filium nepotemque sollicite propagaretur **). Qvantum autem alterutra lex legi Heidsiviensi debuerit hodie nemo indicare potest, cum multis abhinc seculis perierit, nisi qvatenus in leges Norvegicas recentiores migraverit.*

*Neqve comparatio inter leges Ulflioti et Haconis jam institui potest, ut earum affinitas accuratius definiatur, cum neqve leges Ulflioti hodie integras habeamus, neqve legem Norvegicam Gulensem ea forma, qva Rex Haco cognomine Adelstenius eam oretenus promulgaverit, cumque ea, quæ hujus Regis nomine hodie circumferatur, adeo a seqventibus Regibus mutata et aucta sit, ut vix ac ne vix qvidem qvid illi priori legislatori debeatur discerni possit ***).*

Id autem certo affirmari potest Ulfliotum neqve legem Heidsiviensem neqve Gulensem ad verbum secutum fuisse, sed multa qvæ Islandiæ minus convenirent reprobasse vel immutasse,

---

*) *Hinc Rex Haco cum legem Gulensem et Frostensem tulit, hanc Heidsiviensem intactam reliqvit.*

**) *In lege Gulensi, qvæ Haconis Adelstenii nomen fert, ea forma, qvæ nobis etiamnum servata est, nullibi qvod sciam Thorleifi nomen occurrit, sed qvidem* Atlii, *qvi ex satis probabili conjectura idem est, qvi Comitis s. Jarli dignitate tempore Halfdani nigri ejusque filii Regis Haraldi pulchricomi fruebatur.*

***) *Cave autem ne putes præter ea qvæ in lege hac Gulensi siglis O (qva Rex Olaus cum sanctus tum Kyrre indicatur) et M (qva Rex Magnus bonus indigitatur) reliqvum textum salvum esse et Haconi soli tribuendum, verba enim legis rite examinando plura reperies qvæ manifeste subseqventibus temporibus debeantur, qvæ accurate secernere et qvæ forte eorum loco olim statuta fuerint probabili conjectura indicare hoc opus, hic labor.*

qvod quoque Arius disertis verbis declarat *), *eundemque normas juris apud Islandos antea receptas novis non dissonas, neqve illi fini, qvem efficere studuit, repugnantes studiose servasse, cum illa ætas non æqve ac nostra juris mutandi pruritu ferreretur, qvæ tamen juris antiqvissimi reliqviæ cum Ulflioti legibus et jure recentiori adeo miscebantur, ut qvæ hujus juris pars Ulflioto assignanda esset tempore, qvo Grágás conderetur, Islandi accurate assignare non valerent, unde explicaverim cur nulla in hoc jure Ulflioti mentio fiat, sed omne jus hoc antiqvius communi ibi voce "forn lög" appelletur* **).

§. 4.

De qvibusdam legibus Islandorum post Ulfloti tempora, sed ante ethnicismi abolitionem receptis.

Postea qvædam subinde leges ethnicis sacris adhuc vigentibus receptæ sunt, inter qvas Arius modo memorat illam de computo anni corrigendo autore potissimum Thorkillo Mane *Nomophylace, qvo ad verum solarem qvodammodo redactus est, eamque qva tria fora in singulis insulæ qvadrantibus ordinarentur, qvæ tres "Godar" alternis vicibus administrarent præter septentrionalem, cui qvatuor fora assignabantur ob incolarum diversæ originis invidiam, qvi eidem jurisdictioni subesse noluere constitutumque, ut terni Godar ex singulis qvadrantibus, adeoque duodecim, ad forum universale delegarentur* ***).

Sed facile intelligitur statum reipublicæ in melius mutatæ postulasse, ut aliæ leges præter has duas ferrerentur, id qvod etiam narrationibus Islandorum, qvæ de hoc tempore agunt, abunde confirmatur. Inter plures ejus modi hic modo legem illam in memoriam revoco, qvæ

---

*) *Arius l. c.* Enn þau voro flest sett at þvi sem þá voru Gola-þings Lög eda rád Thorleifs ens spaca Horda Carasonar voro til hvarvid scylldi auka eda afnema, eda annan veg setia *etc. De conformitate legum antiqvarum Islandicarum cum Norvegicis Arius et alio loco loqvitur, capite qvidem 8vo p. 52 sed tantum ratione homicidii.*

Observari meretur Landnama-Bok l. c. p. 299 de hac legum Ulflioti cum lege Gulensi convenientia altum servare silentium et potius ita loqvi ac si novæ hæ leges e solius Thorleifi consilio essent compositæ. "Ulfliótr var sextugr at aldri, för han til Noregs oc var þar þriá vetur, þar settu þeir Þorleifr hinn Spaki modur-brodir hanns lög þau er sidan varo köllut Ulfliots lög, enn er hann kvam ut var sett alþing, oc höfdo menn sidan ein lög a landi her."

**) *Jus Islandicum commune jam olim Alzheriar-lög i. e. jus universi populi appellatum fuisse ex historia Nialis c. 144 et c. 145 p. 240. 244 textus Islandici colligere licet. Nomen legum Ulflioti olim postea qvidem usurpatum, sed jam ante ætatem Arii usu exolevisse Arius ipse innuit verbis l. c.* "oc voro þa Ulfliots-Lög köllod" *(qvæ tum lex Ulflioti dicebatur).*

***) *Vide Arii Schedas c. 4 p. 20-26 et c. 5 p. 26-30 ed. Bussæi; cfr. Landnama-B. P. IV c. 7 in fine.*

occasione cædis Arnkilli, qvæ pro dignitate viri non ita, ut par esset, expiaretur cædis auctorem fæminis, utpote proximis cæsi hæredibus, proseqventibus, cavit ne posthæc ulla fæmina in causis homicidii neqve puer sedecim annis minor actoris partes ipse sustineret *).

§. 5.

De publica adoptione religionis christianæ ex lege a Thorgeiro *lata ejusque legis articulis.*

Cum magna pars Islandorum Christiana sacra amplexa abolitionem ethnicismi lege publica postularet, adversantibus cæteris majorum sacris addictis, jamque in eo esset utraque parte arma capiente, ut bellum civile gravissimum oriretur et respublica ipsa dissolvi minaretur, Halli Sidensis eloqventia civium animos paululum sedavit obtinuitque, ut sibi negotium de civibus nova lege conciliandis mandaretur, qvo facto Thorgeirum *legiferum præmio allexit, ut talem legem excogitaret qvanqvam ille tum adhuc ethnicismum profiteretur. Hujus itaque Thorgeiri svasu lex Anno* 1000 *in Comitiis perlata fuit, qva cultus Christianorum publice receptus fuit, idolorumque vero cultus publicus prohibitus, occultus autem adhuc toleratus, cautumque, ut qvoad carnis eqvinæ usum infantiumque recens natorum expositionem jus pristinum obtineret* **). *Hæc autem ethnicismi vestigia qvibusdam annis interjectis, Rege Olao Sancto id enixe per legatos postulante, lege a* Skaptio *legifero lata Anno* 1016 *abolita fuere* ***).

Sacrorum christianorum publica adoptio optimatum Islandiæ potentiam vix minuit, cum qvi sacella templaque ethnico olim cultui dicata in ædes sacras transformarent vel nova sua pecunia exstruerent, jus patronatus sibi arrogarent et juvenes suis impensis ad sacrum ministerium qvodammodo instructos his præficerent, majores autem et lucrosiores dignitates ecclesiasticas ipsi ambirent civili magistratu nihilominus, ut jam supra observavi, sæpius simul fungentes.

---

*) *Vide Eyrbyggia-S. c.* 38 *p.* 195 *additque post legem laudatam:* oc hefir þat halldiz jafnan siþan *i. e. id qvod semper postea obtinuit. Annus autem qvo hæc lex lata est, annus nongentesimus nonagesimus qvartus fuisse existimatur.*

**) *Vide Arii Schedas c.* 7 *p.* 39-46. *Kristni-S. p.* 88-100. *Nials-S. c.* 105 *et* 106 *p.* 163-165 *textus Islandici et p.* 363-367 *versionis latinæ. Hæ tres narrationes in rebus gravioris momenti conveniunt, in iis autem, qvæ levioris sunt momenti aliqvatenus differunt. Niala autem addit eadem lege jam tum cautum fuisse, ut dies dominicæ, jejunii, majoresque dies festi Christianorum cultui religioso publico dicarentur; vide etiam Olafs S. Tryggv. P. II p.* 67; *cfr. Joh. hist. eccl. I. p.* 68.

***) *Teste Snorrone ed. Peringsk. p.* 435, 440 *et* 601 *et ed. G. Schöningii II. p.* 61. 179. *cfr. p.* 204 *in vita Regis Olai Sancti; cfr. F. Joh. hist. eccl. Isl. I. p.* 73-79, *ubi hæc omnia prolixius narrantur; vide qvoque notam* 42 *ad Gunl. Ormst. et Skalldi-Rafni S. p.* 62.

§. 6.

De diversis legibus Islandicis civilibus et ecclesiasticis paulo post Christiani cultus adoptionem in Islandia receptis.

Diversæ leges non ita multo post perlatæ sunt, inter qvas hic modo memorabo illam, qva duella (Holmgánga) ex tribunalium auctoritate inter litigantes olim in Islandia æqve ac in toto Septentrione instituta in posterum abrogarentur (anno 1011) *), *nec non qva novum tribunal, qvod "Fimtardómr" (judicium qvinarium) vocabatur, eo fine proxime institueretur ut qvi causa in foro universali ob errorem qvoad formam in actione admissum caderet, vel si sententia nullitatis vitio laboraret, ad hoc forum confugere possit et nihilominus victor discedere, (Anno* 1004) *deniqve eam, qva nullus homicida alium qvam seipsum hujus facti reum deferret* **).

Inter leges autem ecclesiasticas eminet illa de decumis ex omnibus bonis tum mobilibus qvam immobilibus juramenti fide ab ipsis dominis æstimatis præstandis, qvam Episcopus Gissur *ope* Sæmundi Frode *et* Marci Sceggii filii, *tum Nomophylacis, condiderat, qvæque per amorem, qvem omnes populares in eum ferebant, uno ore in comitiis adoptabatur, (anno* 1096) *qvæ lex hodie adhuc servatur* ***). *Cum hoc tributo aliisque bonis unus Islandiæ Episcopa-*

---

*) *Vide Gunnlaugi Ormst. et Skalld-Rafni S. c.* 11 *p.* 154. Ok annan dag *(die post duellum Gunnlaugi cum Rafno)* var þat i lög sett at af skylldi taka hólmgöngor allar her á Islandi ok var þat rád allra hinna beztu manna. *Qvæ dubia Finnus Johannæus (hist. eccl. Isl. T. I p.* 176) *contra hanc narrationem movit, ea in nota ad hunc locum refelluntur. Ex hac autem narratione elucet christiani cultus introductionem non duellorum abrogationi locum dedisse, ut nonnulli viri docti existimarunt.*

**) *Vide Arii Schedas c.* 8 *p.* 50-52. *De foro qvinario Nials-S. c.* 98 *p.* 149-151 *textus Islandici et p.* 322-330 *versionis latinæ prolixe agit, unde patet* Nialem *hujus novi tribunalis potissimum fuisse auctorem,* Skaptium *autem ut Nomophylacem, qvem* Arius *solum nominat, legem in comitiis tulisse.*

***) *Vide Arii Schedas c.* 10 *p.* 60-64. *Kristni-S. p.* 110. *Hungurvakam Havn.* 1778 *c.* 6 *p.* 47-50. *Sturlunga-Saga edr Islendinga-Saga hin mikla* 1 *B. Kpmhfn.* 1817 *þ.* 3 *K.* 3 *p.* 203; *cfr. Finni Joh. hist. Isl. eccl. I. Ptr. II. Sect.* 1 *§.* 11 *p.* 120-132.

Constitutio illa de decimis in F. Joh. hist. eccl. Isl. I. p. 120-132 *nota b Islandice et latine legitur variisque observationibus editoris illustratur. Hæc constitutio inserta est juri eccl. veteri qvod G. J. Thorkelin primus edidit Havniæ* 1775. 8. *c.* 36 *p.* 140-152. *In nota editoris observatur hanc Constitutionem ex exscripto Codicis pergameni B (i. e. Bibliothecæ regiæ) Anno Christi* 1096 *et decimo sexto Episcopatus Gissuri a clericis et laicis fuisse receptam. Capp. seqventia (c.* 37-43), *qvæ seriori tempore addita videntur, eandem constitutionem ulterius illustrant. Nihilominus hæc constitutio multis controversiis de ratione, qva bona æstimarentur decimæque proinde computarentur, ortum dedit, qvas F. Joh. suo modo tollere studuit.*

tus qvi a sede Episcopi qvam Gissurus *primus Scalholti fundaverat, Scalholtensis dicebatur adeo ditatus esset, ut deminutionem redituum facile sustinere posset, idem* Gissurus (*anno* 1105) *auctor fuit, ut præter illum novus Episcopatus erigeretur, Holensis dictus, in favorem incolarum qvadrantis septentrionalis hoc jam aliqvot annos flagitantium, decumæque et bona hujus insulæ partis ad ipsius sustentationem dicarentur* (*anno* 1104) *).

Multo antea cleri auctoritas jam adeo crevisse fertur, ut circa annum 1050 (*vel potius* 1053) *ediceretur ut jus civile semper cederet juri sacro* **), *qvod edictum repetitum fuisse perhibetur anno* 1080 (*rectius* 1081).

Hoc edictum autem modo intelligendum esse videtur de legibus et consvetudinibus præteritis, qvæ ethnicismum redolerent, non vero de futuris. Vix enim tam altas radices hierarchia tum egerat ut Islandi induci potuerint in id consentire ut suas leges vel in posterum arbitrio cleri submitterent. Hanc illius edicti vim neutiqvam fuisse cum ex silentio Arii in Schedis, tum auctoris Christni-Sagæ, tum denique eorum qvi Hungurvakam conscripserunt, colligere licet ***). *Accedit qvod talis prærogativæ in jure ecclesiastico vetustissimo Islandico non vola nec vestigium occurrat, sed potius jurisdictionem in pluribus causis, qvæ alibi ad fora ecclesiastica traherentur, veluti matrimonialibus, adhuc foris civilibus competisse. Ego potius crediderim talem potestatem clerum sibi tum demum arrogasse, ubi gravis illa pugna inter Episcopos et optimates de jure patronatus oriretur, adeoque labente Seculo decimo tertio* ****).

*) *Vide Arium, Christni-S., Hungurvakam, Sturlunga-Sagam locis citatis. Hic Episcopatus ad annum usque* 1801 *substitit, sed ex eo tempore unus modo Episcopus, ut primis temporibus, totam insulam in rebus ecclesiasticis regit. Descriptionem ecclesiæ cathedralis Holanæ forma cæteris præstantis exhibet: Iceland by Ebenezer Henderson. Vol. I. Edinburgh* 1818 *p.* 105-108.

**) *Sunt qvi putent hoc edictum Anno demum* 1253 *conditum fuisse moti auctoritate Annalium Flateyensium et juris eccl. Arnæani c.* 9, *sed* F. Johannæus (*hist. eccl. I. c.* 1 *§.* 12 *p.* 133 *not. b*) *docuit hanc lectionem esse vitiosam et in exemplaribus melioris notæ legi* 1053; *cfr. ed. juris eccl. Arn. cura Thorkelini p.* 54-56 *ubi nota ad textum p.* 56 *variæ lectiones circa annum hujus edicti adferuntur. Arngrimus in Crymog. p.* 109 *habet annum* 1050. *Attamen contra sententiam F. Johannæi pugnat qvod etiam in Arna Biskups S. c.* 28 *p.* 47 *legatur annus domini* 1253.

***) *F. Johannæus qvidem Hungurvakam testem advocat ad authentiam edicti Anni* 1053 *probandam, sed defugit autorem hoc testimonium; ibi enim narratur c.* 4 *p.* 40 *incolas Islandiæ promisisse* Gissuro, *ut eum adducerent ad Episcopatum, qvem deprecabatur, ambiendum, se in omnibus mandatis divinis, qvæ iis significaret, promtam obedientiam præstituros. Contra inde colligimus,* primum *hoc non antea in perpetuum fuisse sancitum, alias hoc promissum foret supervacuum,* dein *ne hoc qvidem plebiscito cives se in perpetuum talibus edictis servandis obstrinxisse, sed modo dum Gissurus huic episcopali muneri præesset.*

****) *Lis hæc qvidem incipiebat circa annum* 1180 *cum* Thorlacus *Scalholtinæ sedi præesset, sed*

§. 7.

De legum civilium Islandicarum tum exstantium collectione et correctione sub auspiciis Haflidi Mauri aliorumque, novique Codicis, qvi Grágás hodie vocatur, promulgatione.

Cum plures jam leges civiles normæqne juris inde a prima civitatis constitutione subinde receptæ essent qvam qvas memoria civium vel tenax bene servare possit et inter has non ita paucæ, qvæ cultiori jam reipublicæ statui male convenirent, Nomophylax Bergthorus Rafni filius *) *primo muneris sui anno (anno Christi* 1117) *in comitiis Islandiæ vernalibus proposuit ut leges, qvibus respublica regebatur, in scripturam redigerentur ex consilio ipsius Bergthori, dein* Haflidi Mauri, *qvi et domum suam sumtusque huic operi suppeditavit* **), *nec non aliorum virorum prudentum ad hoc eligendorum, iisque potestas mandaretur novas leges ferendi, si veteres abrogandas esse judicarent, qvo opere perfecto æstate subseqventi leges ita compositas in comitiis recitandas easque solas, qvas major civium pars comprobaret, in posterum valituras idem edixit. Hæc omnia perlata sunt. "Tum," ut verbis utar Arii multiscii, testis hujus rei locupletissimi, "litteris mandatæ sunt cum lex de homicidiis (aliisque criminibus)* "Vigslódi" *dicta, tum aliæ multæ, cumque eæ, ut cautum erat, in comitiis anni subseqventis* 1118 *recitarentur, omnibus civibus hic congregatis adeo placuere ut uno ore in posterum adoptarentur"* ***). *Cum hac narratione relatio autoris Kristni-Sagæ cap. XIII (p.* 114) *ad verbum usque conspirat nisi qvod error nominis Nomophylacis hanc legem promulgantis annique qvo hoc plebis scitum conditum est, incuria, ut videtur, librarii, hic irrepserit* ****).

---

sub episcopo Arna *uno abhinc seculo (anno* 1280) *multo majori ardore denuo renovabatur; vide de hac gravi pugna F. Joh. hist. Isl. eccl. Vol. II. p.* 3. 7. 21. 27 *ff. cfr. V. I. p.* 411. 413. 471.

*) *Eidem Bergthoro Statuta qvædam de agrorum æstimatione eorumque cultura, navigatione, aliisque rebus vulgo tribuuntur, sed Arnas Magnæus, Paulus Vidalinus aliique hæc posteriorum temporum esse figmenta demonstrarunt, qvorum sententiam suam fecere Erici in opere Danmarks geistl. og verdsl. Stat p.* 511 *et Finnus Johannæus cum in hist. eccl. I. p.* 215 *tum in singulari commentatione non impressa, anatome Bergthoriana dicta, qvam laudat Halfdanus Einari in Sciagraphia hist. litt. p.* 193.

**) *Hic Haflidus fuit frater uterinus Bergthori, teste Sturlunga-Saga* Þ. 1 *c.* 5 *p.* 8. *Cæteroqvin vir ditissimus sui ævi in Islandia habebatur opesque suas ad publica commoda promovenda lubens commodavit. De* Haflido *multa habet Sturlunga-S.* Þ. 1 *c.* 1-27. *p.* 1-48, *sed nihil de hac legislatione, qvod sane mirum.*

***) *Vide Arii Schedas cap.* 10 *p.* 64-67 *edit. Bussæi. Fuit autem Arius coævus hujus novæ legislationis et qvidem jam senior; natus enim est Anno* 1068 *et mortuus* 1148. *Cfr. vitam Arii Polyhistoris Bussæi editioni præmissam et Diss. inaug. Werlauffii nostri de Ario, Hafniæ* 1808 *p.* 1-13.

****) *In Kristni-Saga enim legitur:* "Marcum filium Ulfhedinis *Marco Skeggii filio in munere No-*

Hic est ille legum Codex, qvem "Grágás" vulgo vocant, qvique hodie demum publici juris fit, non qvidem illa antiqvissima forma, qvam promulgationis tempore habuit, sed ea, qvam novis subinde edictis et Jureconsultorum iteratis studiis recepit, ut postea demonstrabo.

Qvanqvam ille Codex nihil contineat qvod diserte ad historiam hujus legislationis pertineat, nihilo tamen minus exhibet testimonium hucusque neglectum Haflidum *hunc eundem Codicem perscribendum curasse, qvod exemplum authenticum declaratur aliisque omnibus præferendum, nisi in iis legis capitibus, qvibus postea derogatum fuerit (vide* Lögretto-þattr *Vol.* 1 *p.* 7 *hujus editionis).*

Finnus Johannæus *asserit,* Gissurem *Episcopum Islandiæ Bergthoro svasisse, ut rogationem de hoc Codice concinnando in Comitiis ferret*), sed cum neqve* Arius *neqve auctores Christni-Sagæ libriqve Hungurvaka dicti nec non Sturlunga-Sagæ aliqvid ejus modi innuant**) qvanqvam toti sint in meritis Cleri et potissimum* Gissuri *extollendis, hæc sententia viri cæteroqvin de historia Islandiæ meritissimi parum probabili conjectura nititur.*

§. 8.

De vulgari appellatione "Grágás" hujus Codicis nec non de illa "Gráfygla" a qvibusdam huic tributa.

Appellatio illa "Grágás i. e. anser cineraceus, qvæ hodie huic legum Codici tribuitur, olim fuit incognita. Neque in annalibus historiisqve Islandicis, neqve in Manuscriptis perga-

---

mophylacis successisse et qvidem anno vicesimo qvinto Episcopatus Gissuri i. e. Anno Christi 1108, *eodemque anno legem de Codice conscribendo tulisse, sed non solum ex Arii, sed et ex Sturlunga-Sagæ I. lib.* 3 *c.* 3 *p.* 204 *testimonio constat* Marco Skeggii filio, Ulfhedinem Gunnaris filium *successisse et muneri per novem annos præfuisse, qvibus elapsis adeoque Anno* 1117 Bergthorem Rafnis filium *ejus loco electum fuisse, qvi ipsis muneris auspiciis legem illam tulit. cfr. Ann. Isl. regios h. a. (Scr. rer. dan. III,* 50). *Talis autem crassi erroris non auctorem Christni-Sagæ, sed librarium reum esse inde patet, qvod paulo post* Bergthoro *insignes hujus legislationis partes* (at umráde Bergþors) *tribuat Ulfhedine omisso. cfr. notam ad Kristni-S. Hic autem error alium genuit; Arngrimus enim Jonæ affirmat (in Crymogæa p.* 82) *decretum de hoc Codice conscribendo conditum fuisse Anno Christi* 1094, *apographum, ut Erici V. Cl. conjicit, Kristni-Sagæ secutus qvo forte legebatur hoc statutum fuisse anno decimo qvinto Episcopatus Gissuri.*

*) *Vide F. Joh. hist. eccl. I. p.* 270.

**) *Eo minus hoc veri est simile cum Gissur senio et infirma valetudine confectus ne qvidem in foro Althing tum comparere potuit et unice de successore sibi designando occupatus fuit; cfr. Arii Schedas p.* 67-69, *Hungurvakam editam Hafniæ* 1775 8. *cap.* 7 *p.* 54, *et Sturlunga-S. Vol. I. p.* 204. *Hinc qvoque Hungurvaka in vita Gissuri nihil habet de hac civili legislatione.*

menis hujus Codicis occurrit præterqvam qvod recens manus hunc titulum apposuerit, sed in libris demum seculi decimi septimi apographisque legis recentioribus invenitur. Werlauff *Regiæ Bibliothecæ majori præfectus primarius V. Cl. amice mecum communicavit appellationem Grágás sibi non occurrisse in libro antiqviore opusculis ineditis* Biörnonis de Skardsá, *qvi mortuus est anno* 1665. *Hæc assertio eo confirmatur, qvod in specimine lexici runici ab* Olao Wormio *anno* 1650 *edito lex hæc Islandiæ antiqvissima hac appellatione designetur* *), *sed frustra qværatur in opere* Arngrimi Jonæ *de rebus Islandicis, qvod* Crymogæa *dicitur, jam anno* 1609 *Hamburgi typis evulgato; qvanqvam enim in hoc docto opere sæpius hujus legis mentio fiat, non nisi "Codex legum antiqvus" vel "jus vetus" vel "generalis juris corpus" vel "forn lög" vel simpliciter "Codex legum" vocatur* (*p.* 66. 72. 74. 75. 78. 82. 90. 93), *pluribusque in locis libri hujus Codicis iis, qvibus insigniuntur, inscriptionibus "Vigslodi", "Festar-Þattr", "Omaga-bálkr", "Kaupa-bálkr" laudantur* (*p.* 82. 83. 87. 97. 98).

Non tamen crediderim Biörnonem *hanc appellationem ex suo ingenio finxisse, sed eam huic legum Codici jam antea ab incolis fuisse inditam, ut a Codicibus recentioribus sibi a Regibus Norvegiæ obtrusis, cum a Háconar-Bók tum a Jóns-Bók, bene distingveretur.*

Vis autem hujus appellationis, si recte video, nulla alia est qvam Codex legum vetustissimus, cum anseres feros cinereos ad summam ætatem pervenire posse vetus fuerit fabula in Islandia a vulgo hominum recepta **), *qvæ potissimum traditur de illa anserum specie qvæ capite colloque nigro distingvitur hodieque Islandice, ut plurimum, "Hrota" in parte autem terræ australi "Margás" olim "Gagl" dicitur, de qva plura habet* Olavii *et* Paulsonii *Iter Islandicum Vol. I. p.* 548. 549.

Hæc vocis origo eo magis probabilis videtur cum Islandi semper metaphoricas locutiones amarunt, qvod exemplo partis Codicis, jus criminale tractantis, qvæ inde a tempore qvo condebatur "Vigslódi" nuncupabatur, nec non appellatione Codicis Haconis Haconidis "Járnsída" egregie confirmatur.

Errant viri docti, qvi hoc nomen a Codice illo Norvegico, qvi Regi Magno Bono debebatur qvique etiam Grágás vocabatur, Islandos mutuatos esse contendant. Si inde nomen originem suam traxisset, hæc appellatio primo hujus legislationis tempore Codici Islandico tributa

---

*) *In syllabo autorum, qvi in hoc Glossario citantur, legitur p.* 2 *"Grágás antiqvus est legum Norvegicarum et Islandicarum codex" et ubi loca hujus legis in ipso Glossario citantur appellatio "Grágás" quoque usurpatur v. c. p.* 8.

**) *Hinc, iisdem referentibus, Islandiæ rustici de sene loqventes dicere solent:* hann er ordin hrota (*vetus anser factus est*).

fuisset, non vero longe posthæc et qvidem eo Seculo, qvo lex Norvegica Grágás jam pridem in Norvegia usu exolevisset *). *Hic autem error alium tulit, qvasi Codex Islandicus Grágás ex Norvegico ejusdem nominis exscriptus fuisset, cujus erroris autorem ipsum* Thormodum Torfæum *fuisse doleo* **). *Abunde autem refutatur hæc assertio narratione et Arii et autoris*

*) *Codex Norvegicus Grágás adhuc regnante Hacone Haconide in usu fuit teste coævo Snorrone in Magnús. Góda S. c.* 17 *II. p.* 23 *ed. Hafniensis:* sídan let Magnús Konungr rita lögbók, þa er enn er i Þrándheimi oc köllut er Grágás. Magnús Konúngr gerdiz sídan vinsæll oc ástsæll öllo landsfólki; var hann fyri þat kalladr Magnús inn Gódi. *(cfr. Sverris S. c.* 117 *p.* 203*). Sed paulo post qvasi disparuit nec amplius seorsim exstat. Secundum b. Erici (Holbergs Stat edit.* 3ia *p.* 486*) aliorumque hypothesin hic Codex nil aliud fuisset qvam legis Gulensis a Hacone Adelstenii latæ jam ab Olao Sancto revisæ nova revisio, unde colligit hanc illa lege Gulensi, qvæ hodie sub nomine Haconis Adelstenii circumfertur, contineri. Sed qvanqvam non negaverim inter augmenta hujus legis sub nomine* Magni, *non pauca esse qvæ Regi* Magno Bono *debeantur, nonnulla autem alii Regi ejusdem nominis cognomine* Barfod *(nudipedi), nihilominus contendo hanc legem Grágás ab illa Gulensi omnino fuisse distinctam. Ex testimonio enim historiæ* Sverreri *nuper laudato apparet, hunc Regem in lite cum Archiepiscopo ad legem Grágás a Rege* Magno *Thrandensibus latam æqve ac ad legem Gulensem a Rege* Olao *reformatam provocasse:* "I þenna tima gerduz margar greinir milli þeirra Sverris Konúngs oc "Erkebiskops, skaut jafnan Konungr sino máli til landz-laga þeirra er sett hafdi hinn helgi "Olafr Konúngr oc til lögbókar þrænda, þeirrar er köllut var Grágás, ok rita hafdi látit "Magnus Konungr hina Gódi son Oláfs Konungs," *deinde verbis Snorronis, dicentis hanc legem Grágás suo etiamnum ævo summo a Thrandensibus honore fuisse habitam, idem extra omne dubium ponitur. Potius crediderim, hanc Magni Boni legem in Codicem Frostensem Haconis Haconidis migrasse, non solum cum hæc lex Thrandensibus proxime promulgaretur, æqve ac Grágás, sed et qvia summæ antiqvitatis vestigia præ se ferat, adeo ut totum seculum inter illam et Codicem filii Haconis Magni Lagabæter intercessisse videatur, cumque ipse Rex Haco in edicto, qvo lex Frostensis promulgabatur, diserte significet, hanc legem esse vetustam neque a se profectam, sed simul plura eodem edicto statuat, qvæ a legis præscriptis plurimum discedant (cfr. hoc edictum in Collectione legum danice a Pausio translatarum II. p.* 3-12). *Huc accedit, qvod auctor vitæ Haconis Haconidis non huic Regi legem Frostensem tribuat, sed modo edicta emendationesque qvasdam legis, qvæ verba cum edicto legi Frostensi præposito satis bene conveniunt (cfr. historiam Haconis Haconidis c.* 333 *p.* 381, *Hafniæ* 1818 *fol. Ibi et additur has Regis emendationes jam ævo scriptoris "novam legem" fuisse vocatas* ("hann lét þat setia i bókina sem nú ero köllut hin nyio lög").

**) *Vide* Th. Torfæi *historiam Norvegiæ P. III. lib.* 4 *p.* 329 *ubi de Rege* Magno Bono *narratur: "In Langasunda leges qvasdam ab antecessore Svenone latas vel abrogavit vel mitigavit, "teste Codice legum, qvi "Jarnsida" inscribitur. Sapientissimorum qvoque consilio leges con-"scriptæ inqve Codicem relatæ, qvi Scriptoris hujus tempore et longe post in Thrandia con-"servabatur titulo Grágás, id est, cinereus anser; nunc an ullibi exstet dubito: nam licet is "qvi excerptus inde Islandorum leges continet, qvæ, dum Aristocratia ibi viguit, in usu fue-"runt, sub eo nomine supersit, a me qvondam utcunque in Danicam lingvam translatus, com-"pendium tamen est." Cfr. P. IV lib.* 6 *c.* 6 *p.* 353 *ubi de Codice Islandico, qvi Haconi Haconis filio debetur, loqvens idem Torfæus addit: "His (sc. Islandis) auctoribus mutatione le-"gum Islandorum facta abrogatur Codex LL antiqvus Grágás dictur, compilatus ex Norvegico*

Christni-Sagæ, qvi diserte affirmant legem hanc Islandicam ex pristinis novisque esse conflatam; Arii autem testimonio eo major fides habenda cum non solum eo tempore vixerit qvo hæc lex conderetur, sed ipse qvoque ingenue fateatur leges Ulflioti e Norvegicis ex parte petitas fuisse. Confirmatur præterea silentio auctorum Sverris-Sagæ et potissimum ipsius Snorronis, olim nomophylacis Islandiæ jurisque patrii bene gnari, qvi, qvanqvam de Norvegica Grágás pluribus loqvantur, ne verbum qvidem addunt Islandicam legem nomen et materiam ex illa traxisse *).

Fuere tamen qvi authentiam Codicis Islandici defenderint, qvorum numero hic potissimum nominandi sunt Jo. Magnæus, *frater celeberrimi Arnæ Magnæi, qvi hoc patrocinium singulari commentatiuncula anno* 1720 *typis nunqvam mandata persecutus est* **), Finnusque Johannæus *historiæ ecclesiasticæ Islandiæ autor celeberrimus. Ut autem adversariorum sententiæ melius occurreretur, absonam distinctionem inter Grágás et "Gráfygla" qvidem in subsidium vocarunt Codici Norvegico a Magno Bono sive condito sive recognito nomen "Gráfygla" (avis cinereus) Islandico autem soli "Grágás" (tribuentes), sed tota hæc argumentatio eo magis vana est, cum vox "Gráfygla" vulgo Islandorum pæne incognita posterioribus demum temporibus inventa est, ut obscœna illa ambiguitas, qvam vox Islandica "Gás" habet, vitaretur* ***), *sed*

"illo homonymo, qvem Magnus primus *idemque* Bonus, *aliis qvoque* Potens *cognominatus conscripsit."*

*) *Vide Snorronis hist. Magni boni c.* 17, *ubi narrat hanc legem Grágás ex consilio optimorum Jurisconsultorum fuisse confectam (anno* 1039*) eaque Regem amorem incolarum sibi adeo conciliasset, ut cognomen* Boni *ei posthæc tribueretur. Idem summus historicus, qvi diu aulicus Regis Haconis Haconidis fuit, addit: "hanc legem dictam Grágás etiamnum (adeoque ævo Snorronis) a Thrandensibus servari." Ex hoc testimonio qvoque patet sententiam Pausii (in præfatione c* 2 *ad Volumen* 1*mum collectionis legum veterum Norvegicarum) hanc Grágás Norvegicam nihil aliud fuisse qvam corpus juris, ex qvatuor codicibus Norvegicis tum vigentibus, Regis Magni boni jussu et qvidem ad ipsius Regis modo usum concinnatum, omnino esse erroneam.*

**) *Qvanqvam* Kongslevius, *olim Prof. juris Academiæ Soranæ, singulari diligentia leges Islandicas in opere: den danske og norske private Rets förste Grunde Vol.* 1*mo indicaverit, hic tamen lapsus est cum* Jonæ Magnæo *eam sententiam tribuat qvasi hic negasset Codicem Grágás legem Islandicam fuisse ("Jonas Magnæi, den udödelige A. Magnæi Broder, har tordet mene, den ei har været Lov for Island" l. c. p.* 202*) cum contra totus sit in eo, ut hanc legem Islandis vindicet, qvi error ex male intellectis F. Johannæi verbis (hist. eccl. Isl. I. p.* 215 *nota a) fluxisse videtur. Hanc autem Commentatiunculam, qvam F. Johannæus eruditam vocat, nullo alio titulo significat qvam "diatribe de Codice Norv. Grágás"*; Halfdanus *autem* Einari *in Sciagraphia hist. litter. Islandicæ Hafn.* 1777 *p.* 182 *accuratius indicat eam epistola ad Paulum Jo. Widalinum contineri; annum* 1720 *non nisi apud Kongslevium repperi. Commentationis autem ipsius exemplum, qvod inter Codd. manuscriptos legati Arnæ Magnæi servatur No.* 223 4. *et dono fratris anno* 1723 *ad Arnam pervenit, formam epistolarem non præ se fert, sed inscribitur: "notitia um Gráfyglu"; tota materia ibi* 3½ *paginis absolvitur.*

***) *Halfdanus Einari provocat in Sciagraph. hist. litt. Isl. p.* 182 *ad Diatriben* Joh. Magnæi *in*

paucis placuisse videtur; certe plurimi scriptores meliorisque notæ voce Grágás semper utuntur aliusque ne mentionem qvidem faciunt. Cum itaque hæc distinctio nihil faciat ad sententiam de origine Norvegica Codicis Islandici refellendam, ei immorari nolo.

Cum illa, qvam attuli, appellationis Grágás ad jus Islandicum vetustissimum applicatæ, explicatio sola mihi probabilis videatur, in refellendis aliorum explicationibus maxima ex parte insulsis non morabor). Neqve ea, qvæ pluribus viris doctis placuit, qvasi ex pelle anserina, qva codex legum tegeretur, originem traxisset, mihi arridet**); talis enim pellis codici legum tantæ magnitudinis involucri loco neqvaqvam suffecisset; nec lex Islandica, ubi loqvitur de Codice authentico qvem* Haflidus *describendum curavit, qvi solus tali appellationi ansam præbere potuisset, (Vol. I, p. 7) tale qvid innuit, qvod profecto non neglexisset, si huic rei tantum pretium statutum fuisset. Omnino autem hæc explicatio reprobanda est ob causam jam supra allatam, qvod illa appellatio recentioris sit originis***).*

Comparationem inter Islandicam et Norvegicam Grágás instituere non licet, cum Norvegica hodie non amplius seorsim exstet, sed non solum historia legislationis, qvam supra exposui, sed et criteria interna legis Islandicæ, qvæ ad instituta peculiaria Islandiæ et ad formam regiminis tum receptam ubique conformata est, discrimen utriusque legis satis superqne demonstrant, ut jam dudum observavit celeberrimus Jo. Erici****).

---

nota præcedente laudatam, cum hic autor legem Gráfyglu *Islandis vindicet,* Grágás *autem Norvegis tribuat, qvam a Rege* Olao Sancto *latam fuisse cum qvibusdam recentioribus existimat, nulla Snorronis ratione habita.*

*) *In brevi commentatione manuscripta de nomine et origine legis Grágás, danice circa medium Seculi præteriti conscripta, cujus auctor Stipendiarius Magnæanus* "Jonas Mortensen" *esse fertur, variæ hæ explicationes congestæ sunt, qvas sub censuram vocat, sed omne judicium subtilius desideratur.*

**) *Vide Arnesenium om den Islandske Rettergang in præf. Kofodii Ancheri f.* 3 *not. ubi hanc explicationem se autori Arnesen debere profitetur. Ille l. c. contendit anseres Islandicos majoris esse magnitudinis qvam alibi (qvod vero a Jona Mortensen in comment. not. præcedente laudata negatur) adeoque tali legis involucro inservire posse. Si hæc assertio vera esset, qvomodo origo nominis legis Norvegicæ explicanda foret? De hujus Norvegicæ legis appellatione nullam probabilem conjecturam afferre possum. Cæteroqvin Kongslevius l. c. p.* 205 *et Michelsen J. U. Dr. et Prof. Kiloniensis in docta commentatione: Ueber altnord. Armenrecht, Heidelb.* 1826. 8. *p.* 17 *illam explicationem probant.*

***) *Jam dudum hæc scripta erant cum ex commentatione nuper laudata Jonæ Mortensen, qvam V. Cl.* Werlauff *a Consiliis status mecum amice communicavit, disco Arnam Magnæum in notis manuscriptis ad Schedas Arii Frode etiam significasse legem Islandicam non ab initio Grágás fuisse appellatam, nulloque peculiari nomine fuisse insignitam, qvamqvam non accurate definiat qvo tempore illa appellatio recepta fuerit.*

****) *Vide Holbergii Danmarks og Norges geistlige og verdslige Stat p.* 486.

§. 9.

Eorum sententia, qvi hunc codicem Grágás nihil aliud esse qvam leges Ulflioti reformatas existiment, refellitur.

Qvi illam Codicis Islandici e Norvegico originem reprobant, iidem ad alium errorem labi solent qvasi legibus Ulflioti omnino fundaretur. Jam antea demonstravi (cfr. §. 3 p. XVIII) has leges Ulflioti non ita multas numero fuisse nec non plurimis mutationibus obnoxias, adeo ut ne ipsi qvidem Islandi has leges a cæteris antiqvioribus et recentioribus juris normis procedente tempore accurate distingvere valerent, si vel maxime hæc distinctio iis curæ cordique fuisset. Appellationem legum Ulflioti, qvæ jam, ut supra monui, ante Arii ævum usu recesserat, recentiores iterum revocarunt eique tam amplam vim tribuerunt, ac si totum jus vetustum iis contineretur et Codicem Grágás nil aliud esse nisi leges Ulflioti collectas et reformatas *). *Si autem ipsum Codicem Grágás evolvas, nomen Ulflioti nunqvam occurrit, sed ejusmodi phrases:* Sva er mælt *v. c. Vol. I Om. B. c.* 1. *p.* 232 *c.* 6 *p.* 243 *c.* 7 *p.* 251 *vel* Þat er mælt *ib. not.* 2 *Vol. II Vigsl. c.* 9 *not.* 7 *p.* 12 *c.* 17 *not.* 1. *p* 27 *c.* 18 *not.* 6 *ib. c.* 20 *p.* 34 *not.* 1 *c.* 22 *p.* 37 *c.* 39 *not.* 1 *p.* 77, *vel:* Sva er mælt i lögom *II. Vigsl. c.* 31 *p.* 60 *c.* 76 *p.* 119, *vel:* Sva er mælt i lögom varom *Vigsl. c.* 98 *II. p.* 137 *Kaupab. c.* 11 *Vol. I. p.* 414 *c.* 39 *p.* 443. *Ubi autem jus recentius opponitur juri veteri hoc dicitur* "forn lög" *v. c.* þat ero forn lög a Islandi *Vigsl. c.* 15 *Vol. II p.* 20 þat ero forn lög a landi voro *ibid. c.* 110 *p.* 166.

Neqve sibi hujus codicis conditores eam legem scripserunt, ut a laudandis veterum legum auctoribus semper abstinerent. Marci *enim Nomophylacis, qvi hoc munus gessit annis* 1084-1093 *et iterum* 1099-1108 **) *mentio fit in Kaupa-b. c.* 6 *Vol. I p.* 402 *ubi in utrisque Codd. perg. legitur* Enn ef hann (*creditor*) leggr lögleigr a, oc kenz hann eigi meirr til at helldr enn til innstöþan; þat sagdi Marcos lög" (*id lex Marci definivit*) *nec non* Ulfhedinus *laudatur, qvo sine dubio intelligitur* Gunnaris sapientis *filius, qvi nomophylacis munere post Marcum functus est annis* 1109-1117 *v. c.* Þingskapa-þ. *c.* 52 *Vol. I p.* 137 "þat sagþi Ulfhedin."

---

*) *Hanc sententiam etiam Erici fovet in additamentis ad Holbergii Danmarks og Norges Stat cap.* 12 *p.* 511. *Kongslevii danske og norske priv. Rets förste Grunde I. p.* 204. *Arnesen om den Isl. Rettergang p.* 11.

**) *De hoc Marco Kristni-Saga habet c.* 12 *p.* 110: Enn er hann (*Episcopus Gissur*) hafdi einn vetur a Islandi verit, tok Markus Skeggiasun lögsögu, hann hefur vitrastr verit Lögmanna a Islandi annar enn Skapte *cfr. Arii Schedas c.* 10 *p.* 61 *et* 65.

§. 10.

De juris veteris ecclesiastici Isl. Thorlaci et Ketilli promulgatione.

Codice itaque legum civilium ita a populo comprobato non multo post de jure ecclesiastico condendo cogitarunt. Hoc jus Thorlacus Runulfi fil. *Episcopus Skalholtinus, Gissuri successor nec non* Ketillus *Episcopus Holensis (inde ab anno* 1122) *svadente Archiepiscopo Lundensi* Adzero, *cujus jurisdictioni Islandia cum universo septentrione tum subjecta erat, consilio usi* Sæmundi Polyhistoris *aliorumque virorum prudentum**). *Nec dubitandum, qvin Nomophylax* Gudmundus Thorgeiri fil. *operam suam huic juri præstiterit, quum summa juris ecclesiastici cum civili convenientia manifesta sit, formaque ordinis judiciarii eadem, episcoporum deniqve clerique jurisdictio intra certos fines cohibeatur, jusque patronatus privatorum in ecclesias a se conditas religiose servetur. Horum junctis studiis effectum est, ut hoc jus ecclesiasticum in comitiis anno* 1123 *habitis reciperetur.*

§. 11.

An ante illud jus eccl. aliud Grimkelianum dictum in Islandia obtinuit?

An Islandi antea jure ecclesiastico Norvegico usi fuerint, qvod Rex Olaus Sanctus *a* Grimkelo *Episcopo aliisqve viris doctis conscribi curaverat, qvodque hinc* Grimkelianum *vocant, est qvod dubitemus***). *Silentium enim Arii, autorumque Kristni-Sagæ et Hungurvakæ nec non Sturlunga-Sagæ contra hanc assertionem testatur.* Snorro Sturlæus, *qvem solum testem advocant, in vita Olai Sancti, si recte video, de hoc jure Grimkeliano non loqvitur, sed de legatis ab hoc Rege missis qvi Islandos ad reliqvias ethnicismi abolendas hortarentur****), *de*

---

*) *Hoc significatur in ipso hoc Codice eccl. c.* 35 *in fine a Thorkelino edito p.* 140. "Sva setto þeir Þorlákr biscop, oc Ketill biscop at rádi Autzorar erkbiscops oc Sæmundar oc margra kennimanna annarra cristinna laga þátt sem nu var tínt oc uppsagt." *Prima qvidem facie mirum videri potest hanc indicationem hoc loco nec in fine Codicis reperiri, sed tenendum constitutionem seqventem de decimis triginta fere annis ante hunc Codicem conditam non primitus ad jus hoc eccl. pertinuisse, sed serius demum huic annexam, unde in Cod. regio omissa est. De autoribus hujus Codicis vide qnoque Hungurvakam p.* 76.

**) *Potissimi auctores hujus sententiæ sunt:* Joh. Erici *in Comm. de expositione infantum §.* 6 *p.* 210 *ed. 2dæ, qvæ annexa est Gunlaugi vermilingvis historiæ, et Finnus Johannæus in hist. eccl. Vol. I. p.* 74. 79. 106 *qvos secuti sunt Kongslevius in danske og norske pr. Rets förste Gr. I. p.* 198 *et Thorkelinus in præf. ad jus eccl. Isl. vetus p. X et XI. Sed qvoad annum, qvo hoc jus eccl. Grimkelianum in Islandia introductum fuerit, dissentiunt, F. Johannæus enim existimat Islandos hoc jus anno* 1018 *adoptasse, Erici autem anno* 1024.

***) *Olafs-S. c.* 133 *p.* 204. Þat var þá eptir er Islendíngar höfdo fært lög sín oc sett kristinrett eftir því sem ord hafdi tilsent Olafr Konungr. *Hæc verba si totum contextum bene perpendas modo*

qva re alio jam loco dixi (§. 5 *p. XXI*). *In jure ecclesiastico Islandico Thorlaci et Ketilli nullibi juris Grimkeliani mentio fit, neque ejus sancita cum eo jure ecclesiastico, qvod Codici Gulensi Haconis Adelstenii nomen præ se ferenti præmissum est, bene consentiunt* *). *Neque Codex*

---

spectant illas ethnicismi reliqvias, de qvibus abolendis Rex nuntium ad Skaptium Nomophylacem aliosque viros potentes in Islandiam miserat (ut ex c. 56 *ejusdem historiæ discimus, qvocum Arii narratio c.* 7 *p.* 46 *convenit). Vox "Kristinrettr" errori ansam dedit, sed sensu ampliori omnia edicta et constitutiones, qvæ ad ecclesiam christianam ordinandam tendunt, significat. Huc accedit qvod jus illud ecclesiasticum, a Grimkelo aliisque clericis ex jussu Regis Olai Sancti conditum, non in ipsa Norvegia introductum fuerit ante annum* 1020 *ut ex Olafs-S. c.* 56 *p.* 61 *apparet:* Enn christen rett setti hann vid rádi Grimkels Biscops oc annara kennimanna oc lagdi á þat allan hug at taca af heidni oc fornar veniur þær er honum þotti cristni-spell. Sva kom at bændr játto þessom lögum es Konúngr setti. *Jus hoc ecclesiasticum Norvegicum non amplius seorsim exstat, sed in legem Gulensem migrasse videtur, cum in libro* 1*mo* *qvi de jure sacro agit, Grimkelus Episcopus pluribus locis laudetur (c.* 9 *c.* 14 *c.* 16*). Multa autem in eodem jure posterioribus temporibus addita et immutata fuisse ex cap. de decimis, nec non ex cap.* 14, *ubi episcopo jus tribuitur, sacerdotes ad omnes ecclesias vocandi (cfr. Jus eccl. Vicensium c.* 12 *p.* 43, *qvo idem jus diserte incolis conceditur) aliisque sancitis colligere licet.*

*) *Jus eccl. Norvegicum, qvod* Vicensium *vocant, Pausio incognitum, primum a* Jo. Finnæo *editum Hafniæ* 1760. 4. *cui accessere Ej. curæ posteriores ib.* 1762 *(qvam editionem* Magnus Olavi Beronius *repetiit Upsaliæ* 1761. 4. *notas qvasdam criticas adjiciens) non pro fonte juris eccl. Islandici agnoscendum est, qvanqvam editor illud pro antiqvissimo Norvegiæ venditaverit. Neqve ejus fons esse potuit, si recte se habeat editoris doctissimi conjectura illud a Rege Sigurdo Hierosolimipeta, qvi regnavit inde ab anno* 1103 *ad* 1130, *fuisse conditum et qvidem post ejus reditum a Palæstina anno* 1111 *et decimarum solutionem postea ab ipso introductam, teste Snorrone in vita Sigurdi c.* 21. *cfr. j. eccl. Vic. c.* 11. *Si verus sit computus Volumini* 3*tio* *editionis hafn. historiæ Snorronis præmissus, ecclesiam Konghellensem, cujus mentio fit in j. Vic. eccl. c.* 8 *anno demum* 1127 *exstructam fuisse, hoc jus non ante annum* 1128 *condi potuit adeoque aliqvot annos post jus eccl. Isl. Thorlaci et Ketilli. Parum quoque hæc jura inter se consentiunt. Inter alia memoratu dignum est jure Vicensium cautum esse cap.* 3*io* *p.* 18 *matrimonium non ea de causa solvendum esse, qvod pater necessitate coactus ipse infantem moribundum baptizaverit, cum contra jus eccl. Isl. Thorlaci et Ketilli antiqvissima illa forma, qvam Cod. regius pergamenus servavit, præcipiat matrimonium sub poena exilii* (fiörbaugsgardr) *solvendum esse ob cognationem spiritualem ex baptismo ortam, et ex supplementis, qvæ in eodem Codice, finem versus, leguntur, appareat, hoc statutum recentiori demum tempore fuisse mutatum, eamque mutationem in recentioribus Manuscriptis loco veteris præscripti in ipso textu fuisse receptam. Ab altera parte pro majore antiqvitate juris eccl. Vicensium facit, qvod hoc jus baptismum sputo ob defectum aqvæ factum admittat (c.* 2 *p.* 15*) qvod ex jure eccl. Islandico non obtinuit (cfr. ed. Thorkelini c.* 3 *p.* 10-12*). Idem quoque cap.* 16 *de veneficiis confirmatur (p.* 59-61*). Forma quoque, qvæ sæpius personas litigantes loqventes inducit (cfr. c.* 14 *p.* 152 *c.* 17 *p.* 63*) nec non rationes proverbiales (v. c. ubi venia canem ad summam famem adacto comedendi tribuitur* "han scal helldr eta hund enn hundr eti hann" *(p.* 25*) antiqvitatem spirant. Ex epilogo juris Norv. Vicensium colligo hoc jus primum ore modo fuisse conceptum; hoc enim verba:* "Nú er Kristin-rettr taldr slier sem ver komum minne á" *innuere*

ecclesiasticus Norvegorum ad statum ecclesiarum Islandicarum, ut tum erat, facile accommodari potuit. Islandi enim decimas Episcopis, ecclesiis earumque pastoribus nec non pauperibus solvendas jam diu antea lubentes promiserant; Norvegi autem hoc onus Regis Sigurdi demum Hierosolymitani tempore (*intra annos* 1120 *et* 1130) *susceperunt, teste Snorrone in vita Sigurdi c.* 23 (*p.* 262 *ed. Hafn.*) *Institutum qvoque eo tendens ut juvenes a patronis ecclesiarum suis impensis alendi ad sacra peragenda formarentur, de qvo jus eccl. Isl. vetustum c.* 13. (*p.* 56-60) *et jus civile ni fallor, qvodam loco loqvitur, Islandis erat proprium, Norvegis vero, qvantum scimus, prorsus incognitum, ut alia taceam.*

§. 12.

De veris fontibus juris eccl. Thorlaco-Ketillani.

Jus itaque hoc sacrum Islandorum magna ex parte ex fontibus domesticis cum sacris tum civilibus haustum fuit nec non ex normis canonicis ecclesiæ catholicæ tum receptis, qvas et Sæmundus, *qvi Parisiis litteras et, ni fallor, jus pontificium ibidem inprimis coluerat et Archiepiscopus* Adzerus *facile suppeditare poterant.*

---

videntur. Capiti 12mo *p.* 43 *jus ecclesiasticum antiqvius* (forn lög) *laudatur jam immutatum. Ad jus civile pluribus locis respicit, v. c. cap.* 16 *p.* 61. *Qvanqvam doctissimus editor hoc jus soli Regi* Sigurdo *tribuerit, dubia movent, cum qvod lex de Rege semper in tertia persona loqvatur, tum sancitum adversus ipsum Regem cap.* 8vo *p.* 34 *occurrens. Ego potius crediderim hoc jus fuisse pactitium inter incolas et Episcopum conditum (æqve ac jus Scaniæ eccl., de qvo dixi in Diss. de veteri Danorum autonomia, inserta Commentationibus Societatis regiæ Hafniensis Vol.* 3^{tio} *p.* 164*) cum jura incolis sat magna vel adversus ipsum Episcopum tribuat. Verba legis ultima (p.* 10 *not.):* "Scortir nockut á þa böti biscupar yvir meþ sinum rettindum" *non indicant, ut Cl. editori visum est, hoc jus neutiqvam ab episcopis profectum fuisse, sed modo illud ab iis solis non fuisse constitutum, dum auctoritatem eorum jus hoc augendi, non vero mutandi agnoscat. Neqve jus illud eccl. qvod Heidsiviense dicitur qvodque ex versione danica Pausii (in collectione legum Norvegicarum Vol.* 2do *p.* 271-310*) cognoscere licet, fons juris Islandici esse potuit. Errat qvidem Pausius dum hic jus ad ætatem* Magni Lagabæter *referat, ob eam solam causam qvod illud in apographo Codicis Heidsiviensis hujus Regis invenerit; multa enim majoris ætatis indicia habet. Neque ad* J. Erici *sententiam accedere possum, qvi idem jus Regi* Haconi Haconidis *tribuat (Holbergii Danmarks Stat in ed. a se curata p.* 499 *et in Comm. de expos. infantum ed.* 2da *p.* 212*) qvia cap.* 24 *jus Episcopum eligendi Regi tribuitur, non ad id animum advertens qvod primis christianismi in Norvegia temporibus Episcopi a Regibus creati fuerint. Non vero jure Vicensium antiqvius censendum, sed potius ejusdem ætatis, qvod ex ejus convenientia cum illo in multis locis colligo (cfr. c.* 4 *cum j. eccl. Vic. c.* 3 *p.* 18 *et cap.* 22 *cum j. Vic. c.* 6 *p.* 28 *etc.). Cum nullibi Archiepiscopi mentio fiat, illud ante annum* 1152 *conditum fuisse necesse est.*

§. 13.

De tempore, qvo hoc jus eccl. viguit.

Justis cleri et incolarum desideriis hoc jus adeo satis fecit, ut ad annum usque 1275 *vigorem suum in Islandia servaret, qvo qvidem anno jus ecclesiasticum recentius e jure tamen illo antiqviore ex parte haustum, qvod* Arnæanum *ab ejus conditore* Arna, *Episcopo Scalholtensi, appellatur, ex civium consensu qvibusdam capitibus tum exceptis, cui non solum Archiepiscopi Nidrosiensis* Johannis, *sed et regis Norvegiæ* Magni Lagabæter *primum refragantis auctoritas anno* 1277 *accessit, ex pacto inter hos Tunsbergæ eodem anno inito* *). *An jus illud eccl. Thorlaco-Ketillanum iterum in Islandia anno* 1280 *revixerit Rege Magno mortuo sub ejus filio* Erico *cleri Osore, qvi transactionem Tunsbergensem non amplius valituram declarasset, qvæstio est inter doctos Islandos multum diuque agitata; certum autem est jus eccl. Arnæanum in dioecesi Scalholtensi inde ab anno* 1297 *et in dioecesi Holensi ab anno* 1356 *ex edicto Regis* Magni *cognomine* Smek *semper obtinuisse* **).

---

*) *Jus eccl. Thorlaco-Ketillanum primum typis excudi curavit* G. Jo. Thorkelin *jam nobis literisque ereptus, Havniæ* 1775 *cum versione latina notisque.* 8. *In textu constituendo maxima ex parte secutus est Codicem pergamenum Magnæanum formæ maximæ in catalogo No.* 334 *fol. insignitum, eundemque qvem præsens editio juris civilis veteris Islandici potissimum exhibet qvique simul legem Islandicam recentiorem Haconis Haconidis, qvem "Járnsida" vocant, continet. Variantes tamen lectiones in notis addidit ex Manuscriptis, qvibus ipsum uti licuit, nec non ex iisdem qvædam capp. in ipsum textum recepit. Aditus vero ad Codicem regium Magnæano vetustiorem, qvi hanc legem una cum jure civili Islandico sistit, editori non patuit, sed apographo non per omnia satis fido ejus loco usus est, qvod in notis sigla E R (exscriptum regium) denotavit.*

Idem clarissimus Thorkelinus *jus quoque eccl. Islandicum recentius s.* Arnæanum *edidit cum versione latina, lect. var. etc. Hafniæ* 1777. 8.

**) *Historiam receptionis juris Arnæani litisque inde ortæ ad mortem usque Episcopi* Arnæ 1298 *accurate tradit: Árna biscops Saga, qvæ unacum Sturlunga-Saga edita est Hafniæ* 1820. 4. *Volumine* 4to. *Joh. Finnæus in historia Islandiæ ecclesiastica hanc litem docte usque ad exitum* 1336 *persecutus est pluraque instrumenta huc facientia imprimi curavit (vide inprimis Vol. I. p.* 445-448. 540-551 *et Vol. II. p.* 5-39. 141-164). *Edictum Regis Magni Smek Anni* 1356 *in textu laudatum legitur in eodem opere I. p.* 436. 437. *Idem auctor eorum sententiam qvi jus Arnæanum a Rege Erico Præstehader abolitum fuisse et vetustum iterum diu obtinuisse copiose refellere studet, sed non per omnia mihi satisfecit. Verum qvidem est, jus illud Arnæanum a Norvegico, qvod Archiepiscopus Jonas serius condidit, fuisse diversum, sed nihilominus etiam Arnæanum Archiepiscopo Jonæ tribuebatur, cum Arnas hoc jus ex ejus instinctu condidisset, isque illud, qvanqvam Regi Magno displiceret, confirmasset, conventioque Tunsbergensis anni* 1277, *qva Rex Archiepiscopo plenissimam auctoritatem res ecclesiasticas ordinandi concesserat, non solum ad jus eccl. Norvegicum, sed et ad Islandicum traheretur, unde in ipsis Manuscriptis Islandicis vetustissimis hoc jus eccl. Islandicum Jonæ Archiepiscopo tribuitur no-*

§. 14.

De augmentis juris eccl. Thorkillo-Ketillani.

Constitutio illa antiqvissima de decimis, de qva supra dixi (§. 6 p. XXII) non primitus, ut vulgo creditur, Codici ecclesiastico Thorkillo-Ketillano inserebatur, sed posterioribus demum temporibus ei subjungebatur, ut omnia qvæ ad jus ecclesiasticum pertinerent eodem loco collecta essent, cui rei forte propiorem occasionem præbuit qvod hæc ipsa constitutio postea aucta et in melius emendata fuerit.

Neqve hic silentio prætereundum qvod hoc pristinum jus eccl. emendationes et incrementa, dum viguit, subinde receperit, qvæ etiam in ipso Codice sæpius diserte indicantur, unde factum est qvod inter Codices manuscriptos satis magnum discrimen intercedat, dum alii pristinam formam cautius servaverint, alii autem ea qvæ succedente tempore recepta fuerint suis locis inseruerint vel instar supplementi addiderint.

Inter hæc augmenta novellæ constitutiones eminent, qvæ Magno *Gissuri filio Episcopo, qvi inde ab anno* 1216 *ad annum usque* 1236 *cathedræ Sealholtinæ præfuit, in Codice regio diserte tribuuntur, de qvibusdam noctibus posthæc jejunio transigendis, nec non de gradibus circa nuptias prohibitis, et de computo semestrium (misseris-tal)* *). *Cum autem Codex regius*

---

mine Arnæ suppresso, qvod ex ipsa editione Thorkelini hujus juris patet; membrana enim Magn. fol. (No. 350 *in catalogo) qvæ ut librarius ipse in fine testatur, scripta fuit anno Christi* 1363 *(vide præf. Thorkelini p. XIII) ita incipit:* her byriar upp hinn nyia Christendoms Rett, þann er Herra Jon erchibiskup saman setti ok lögtekinn er um Skálholtz biskupsdöme. *Non itaqve mirum est Regem Ericum existimasse se satis manifeste declarasse, ut jus Islandicum eccl. vetus pristinam auctoritatem recuperaret, edicendo ecclesiam Islandicam in eum statum restituendam in qvo fuit ante conventionem Tunsbergensem, Islandosque omnes, asseclis forte Arnæ exceptis, ita verba regis intellexisse (vide litteras Regis in F. Joh. hist. eccl. I. p.* 412 *lit. C). Urget vir doctissimus jus Arnæanum ab Islandis fuisse adoptatum prius qvam conventio Tunsbergæ inter Regem et Archiepiscopum iniretur et in ipsa conventione nullam juris Islandici mentionem fieri eamque solum jus Norvegicum respicere. Hæc autem omnis argumentatio eo refellitur qvod illa adoptio, in comitiis Islandorum* 1275 *facta, certis qvidem conditionibus adstricta ex ipsa et Episcoporum et incolarum sententia a consensu Regis et Archiepiscopi penderet et tum demum rata fieret cum obstacula, quæ a parte Regis opponerentur, pacto Tunsbergensi removerentur, qvod proinde cum Islandis ab ipso Rege communicabatur, qva re impetrata jus hoc Arnæanum vim in Islandia obtinuit anno* 1280 *novis populi suffragiis, præter illud caput qvod de præbendis (s. jure patronatus) agit.*

*) *Dubia qvæ F. Johannæus movet in Tr. de noctis præ die prærogativa p.* 213, *adversus harum constitutionum vim, ipsa earum receptione in Codicem refelluntur. Idem Magnus Episcopus auctor fuit constitutionis, qva liturgia et cæremoniæ ecclesiasticæ mutarentur, qvam F. Johannæus primus typis mandavit (hist. eccl. I. p.* 309-311 *not.)*

*idemque antiqvissimus, qvi solus has constitutiones ut ecclesiasticas sistit, sed constitutionem celebrem de decimis aliaque sancita, qvæ alii codices manu scripti habent**), *neutiqvam pro parte juris Thorkillo-Ketillani agnoscit, inde colligere licet hæc omnia juris capita seriore ætate huic juri immixta fuisse.*

Neqve ipse textus legis, qvalis in editione Thorkelini triginta qvinqve prioribus capitibus sistitur, qvæ argumento et ordini septemdecem primorum titulorum codicis regii qvodammodo respondent, nativum colorem ubiqve servavit, sed hinc illinc novationibus et interpolationibus serioris ævi corruptus, ut ex comparatione cum codice regio apparet, v. c. cap. 3[io] *de baptismo infantum plura Thorkelinus habet qvæ in codice regio hoc loco desiderantur, sed in ultimis foliis hujus Codicis, qvæ farraginem constitutionum ecclesiasticarum continent, juri civili addita leguntur* **).

---

*) *Manuscriptum, qvod potissimum secutus est* Thorkelinus *in editione hujus juris, octo capitibus de decimis agit (cap.* 36-44 *p.* 140-164*), qvibus accedunt duo ultima (cap.* 50 *et* 51 *p.* 172-176*), foetus forte posteriorum temporum. Manuscripto autem, qvo usus est* F. Johannæus, *eadem constitutio modo sex capita habet (ut ipse indicat hist. eccl. I. p.* 120 *not. l). Cum autem divisio legis in titulos s. capita non primitus obtinuerit ex horum numero nihil certi colligi potest, sed ipse textus comparandus.*

**) *Jus eccl. vetus, qvod Cod. regius exhibet, modo novendecim capita habet, si recte computentur, qvanqvam manus recentior, qvæ numerum capitum, qvam ipse codex ut omnes veteres ignorat, suis locis adscripsit, viginti numeret, caput* 14[tum] *omittendo. Sed tenendum nonnulla capp. tantæ magnitudinis esse, ut singula pluribus capp. textus Thorkeliniani respondeant; v. c. cap.* 1[mum] *Cod. regii æqvat tria capp. apud Thorkelinum, qvibusdam tamen omissis (p.* 12 *et* 13*)* Rett er at kona kenni honum at scíra barn — — — biscup á at rádi söc, *qvæ mutatis verbis in ultimis pagellis hujus Codicis leguntur sub titulo:* "Um barnscirn." *Cap.* 2[dum] *de sepulturis* (um lik-förslor) *convenit cum qvatuor capp. in textu Thorkelini (cap.* 4-8 *p.* 18-38*). Materia huic cognata de cantu funebri* (um líksöng) *cap.* 46 *apud Thorkelinum tractatur (p.* 166*), sed in Cod. regio ultimo folio legitur. Duobus capp.* 3[tio] *et* 4[to]*, in Cod. regio de ecclesiis earumque pastoribus agitur, sed eadem in ed. Thorkelini sex capp. continentur (c.* 8-14 *p.* 38-60*). Cap.* 15 *Cod. regii de jejunio longo respondet tribus capp. apud Thorkelinum (c.* 27. 28. 29 *p.* 122-128*) cap.* 16[tum] *capp.* 30-33 *p.* 138-136. *Contra c.* 12 *de festo paschatis in codice regio convenit cum duobus capp. in ed. Thorkelini (c.* 20 *et* 21 *p.* 100 - 104*). Capita* 24. 25 *et* 26[tum] *qvæ Thorkelinus textui ex uno Skalholtensi inseruit p.* 114-122*, et Cod. regius et Magnæanus ignorant, adeoque suspectæ sunt fidei. Duo ultima Capp.* 18 *et* 19 *Codicis regii, de qvibus in textu dixi, Thorkelinus ex hoc codice recepit c.* 44 *et* 45. *Cap.* 48 *ejusdem editionis, qvod inscribitur:* "um vapuaburd í kirkio" *(de armorum gestatione in ecclesiis) Cod. regius non habet nisi in supplemento ultimo folio, ubi tamen omittuntur verba:* Þa eina menn scal at kirkio grafa — — — fyri þat heimta *(non: adr) qvæ manifeste alieni sunt argumenti, sed absolvitur verbis:* "Þá er nú væro taldir" *qvibus indicatur novellam hic constitutionem fuisse insertam. Inscriptiones capitum qvibusdam in locis in Codice regio desunt (c.* 1[mo]*,* 3[tio] *et* 4[to]*) et ubi habentur sæpius ab iis, qvas editio Thorkelini sistit, discrepant.*

§. 15.

Jus hoc ecclesiasticum partem legis Grágás efficit.

Cum utrique Codices principes pergameni legis Grágás et regius et Magnæanus non solum hoc jus ecclesiasticum ante jus civile posuerint, ad imitationem, ni fallor, Codicum Norvegicorum qvorum primam partem "Kristinrettr" efficit, sed etiam in Codice regio *jus civile eadem pagina incipiat ubi jus ecclesiasticum desinit (p. 25) et qvidem sine minimo intervallo, Codex autem Magnæanus præfationem præmiserit, qvæ non ad jus ecclesiasticum, qvod seqvitur, sed ad totam legem manifeste spectat*), abunde patet librariorum utriusque codicis vel potius eos dirigentium judicio, jus ecclesiasticum partem indivisam legis, qvam Grágás vocant, efficere adeoque eos omnes errare, qvi hoc nomine solum jus civile contineri sibi aliisqve persvaserint**). Dolendum itaqve doctissimum* Sveinbiörnsen *hoc communi errore fuisse inductum, ut jus hoc eccl. prorsus negligeret, qvanqvam illud juri civili non parum lucis adferat, ut vi-*

Sed ejusmodi inscriptiones etiam in Cod. Magnæano et qvidem tredecim prioribus capp. non habentur, qvod Thorkelinus observare neglexit, capitaque ibidem æque ac in Cod. regio solis litteris initialibus pictis et exiguo intervallo distingvuntur; inscriptiones seqventium capitum neqve cum editione Thorkelini neqve cum codice regio conspirant. Nec in distinctione capitum editor cl., sed tum juvenis, Codicem Magnæanum, sed apographum minus fidum accurate secutus est, qvanqvam in præfatione p. XIII id asserat, v. c. in Cod. Magn. totus passus cap. 2[di] *ed. Thorkelini p.* 6 *inde ab initio:* Þeir menn er barn föra: — — *usqve ad* "er vatni náir fyrst" *ad 1*[mum] *cap. pertinet et cap. 2*[dum] *incipit verbis:* Prestr seal eigi svo heiman fara *etc. Cap. 3*[tium] *ed. Thorkelini respondet tribus capp. Cod. Magnæani, qvorum 2*[dum] *incipit verbis:* Ef barn er sva siukt *(p. 10 ad Thork.) et 3*[ium] *verbis:* Ef fadir scirir barn sitt siúkt *(p. 120 ibid.); plura exempla afferre supersedeo.*

Jus hoc eccl. in Codice regio scriptum est unacum XI prioribus capp. juris civilis sectionis: "Þíngskapa-Þáttr" *manu inprimis eleganti et ut videtur antiqviore qvam tota reliqva pars legis Grágás.*

*) *Ex hoc Codice æqve ac Magnæano patet divisionem hujus juris eccl. in sectiones* — Þáttr *) — *fuisse antiqvissimam, qvæ posterioribus demum temporibus pro arbitrio librariorum ad usum faciliorem in capita subdistingvebantur inscriptionibus plerumque pro lubitu additis, unde hac ratione magnum discrimen codicum ortum est.*

**) *Qvanqvam nemo, qvod sciam, hucusque hunc errorem impugnaverit fuere tamen inter doctiores Islandos, qvi jus hoc eccl. ad corpus juris Grágás pertinere intellexerint. Ad horum numerum refero potissimum* Jo. Olavium, *qvi in consignatione jurium Islandicorum præmissa Diatribi de cogn. spir. Kristendomsbalkr i. e. hoc jus eccl. vetus, ut primam partem legis Grágás designat et in hoc Tract. passim laudat sub hoc nomine et* F. Johannæum *in Tr. de noctis præ die prærog. p. 177 cfr. p. 174 licet obscurius.*

*) *Vox* þáttr *mox de majoribus sectionibus (qvæ libris* — "bókar" — *respondent) usurpatur, veluti* þingskapa-þáttr, arfa-þáttr, *mox de minoribus, v. c.* Lögsögomannz-þáttr, Lögretto-þáttr *et in jure eccl.* prest-þáttr *etc.*

cissim hoc illi, idqve eo magis cum editio Cl. Thorkelini, *ad qvam solam jam lectoribus recurrendum est, pluribus mendis laboret* *).

Præfationem, qvæ in solo Codice Magnæano habetur, hucusque neglectam, qvam mihi hanc Codicem accuratius recognoscenti detegere contigit, huic editioni juris Grágás addendam curavi, ibique de ejus ratione ad alias ejusmodi judicum admonitiones, qvæ in Codd. scriptisque vetustis Norvegicis occurrunt, dicenda addidi, qvibus proinde hic immorari nolo.

§. 16.

De mutatione juris civilis Isl. opera Gudmundi *aliorumque circa annum* 1130.

Juris hujus ecclesiastici ordinatio mutationi quoque juris civilis Islandici occasionem præbuisse videtur **). *Certum autem est studiis* Gudmundi Thorgeiri filii, *qvi Nomophylacis muneri per duodecim annos præfuit (inde ab anno* 1123 *ad annum usque* 1135) *aliorumque juris peritorum, qvorum nomina ad nos non pervenerunt* ***), *plura Codici Islandico legum civilium capita addita fuisse et alia forte immutata. Lex ipsa Grágás hoc qvibusdam in locis testatur. In ea sectione, qvæ de pupillis et alendis agit (Omaga-balkr) Codex regius iique qvi illum presse seqvuntur* Gudmundo *diserte tribuunt præscriptum, ex qvo pater fraterve sororve, ad paupertatem redacti inpuberis bonis, si sufficerent, æqve bene ac ipse impubes alendus* (þat sagþi Gudmundr lög at faþir barnomaga *etc.* Omaga-b. *c.* 29 *I. huj. ed. p.* 288 *not.* 1). *Idem* Gudmundus *in hoc Manuscripto antiqvissimo laudatur auctor constitutionis, qva cavetur si qvis consilium dederit de damno alii inserendo accolas novem ad locum rei gestæ advocandos esse, si damnum consummatum fuerit, sin minus modo novem et qvidem accolas delictum svadentis (Vol. II. Vigslodi c.* 75 *p.* 118 *not.* 2). *Forte dantur alia præterea loca,*

---

*) *In nota præcedente demonstravi editorem Codicem Magnæanum non accurate secutum fuisse, sed ex minus fido apographo aliisque Codicibus textum pro suo ingenio concinnasse, qvo effectum est, ut lector non intelligere possit qvænam fuerit hujus juris ecclesiastici forma antiqvissima et qvænam incrementa mutationesque succedente tempore acceperit.*

**) *Vide F. Johannæi hist. Isl. eccl. I. p.* 215. Arngrimus Jonæ *in catalogo nomophylacum illud munus hoc anno* 1122 *suscepisse affirmat eique ad annum* 1135, *qvo Rafnerus ei successit, præfuisse (p.* 82). *De ejus meritis qvoad leges civiles Arngrimus nihil habet.*

***) *Inter hos autem utrumque Episcopum fuisse crediderim, cum e legis Grágás præscriptis jus ipsis in senatu de novis legibus condendis deliberante considendi et suffragia ferendi tributum sit* (Lögsögo-Þ. *I. p.* 2) *eademque lex significet exempla Codicis legum authentica eorum fidei fuisse commissa (ib. p.* 7). *Hungurvaka c. XI. p.* 76 *idem quoque innuere videtur.*

qvæ me fugerunt Gudmundi nomen præ se ferentia. Qvousque autem hæc legum Islandicarum tum obtinentium sive mutatio sive augmentum processerit non constat.

Finni Johannæi *V. Cl. conjectura tum demum qvædam ex Magni Boni Regis* Grágás *Norvegico recepta fuisse ipsumque nomen* Grágás *legi Islandicæ inditum, nullo argumento confirmatur* *), *iisque, qvæ supra dixi, de sera adoptione hujus appellationis in Islandia refellitur* (§. 8 *p. XXV seqv.*)

§. 17.

De mutationibus Codicis Grágás post Gudmundi tempora.

Nec mutatio Codicis Grágás cum Gudmundo, ut vulgo creditur, substitit, sed certissima exstant serioris mutationis indicia, qvanqvam autorum talium constitutionum non in textu partis Codicis civilis nulla mentio fiat. Hinc sæpius in inscriptiones capitum incidimus, qvibus additur vox "nymæli" i. e. novella constitutio. Tales sunt v. c. Omaga-b. c. 26 nymæli um framförslor (*I.* 282; Festar-þáttr *c.* 3 (*de gradibus prohibitis*): "þat er nymæli at jafnnait scal byggia sifiar oc frændsemi at fimta manni hvart," *cum qva lege comparandus est locus in codice regio supra laudatus* (*p. XXXV*) *c.* 18 (*sed in ed. Thorkelini c.* 44 *p.* 164) *ex qvo discimus hoc edictum Magno Gissuri filio Episcopo* (*Scalholtensi*) *deberi, qvi fatis cessit* 1226 *adeoque hoc caput Codici legum initio demum seculi decimi tertii additum fuisse* **). *Ad*

---

*) *Vide F. Joh. hist. eccl. Isl. I. p.* 215. *"Huic (Gudmundo) tribuitur qvod leges Islandicas de-"*nuo *recognoverit et ad formam Codicis legum Norvegici, dicti* Grágás aliqvatenus *reformaverit "novellas seu recentiores, antiqvis legibus Ulfliotanis suis locis insertas, unde nomen libro le-"gibusque hæsit, ita ut a posteris Grágás dictæ fuerint." In comment. de noctis præ die prærog. idem autor celeberrimus modo id diserte contendit Codicem Islandicum* Grágás *anno* 1130 *eum in finem reformatum fuisse, ut leges civiles cum ecclesiasticis melius convenirent, nihil de origine nominis Grágás nec de hujus legis cum Norvegica convenientia addens. Idem habet p.* 172: *primus Islandorum publicus et antiqvissimus Legum Codex, dictus primo Ulflióts-Lög, sed subsequente tempore ad Christiana sacra accommodatus Grágás vocatus, qvem Codicem Islandi ab anno* 930 (*sc. a tempore* Ulflioti) *ad* 1270 *per annos plus minus* 340 *pro lege obligante unanimiter agnoverunt. Autorem meritissimum ad duplicem hic errorem delapsum esse, dum innuat hunc Codicem* Ulfliotinum *dictum fuisse usque dum nomen Grágás ei inditum fuerit et nihil aliud esse præter leges Ulflioti reformatas, ex iis qvæ supra* (*§.* 9 *p. XXX seqv.*) *attuli manifestum est. Alio loco* (*p.* 176. 177) *de eadem re ita loqvitur: Tandem in leges relato Codice juris ecclesiastici Thorlaco-Ketillano, horum præsulum auctoritate nova a* Gudmundo *Nomophylace et utriusque ordinis ad id denominatis viris sapientissimis instituta est antiqvi legum Codicis reformatio, cujus idem ac priorum scopus fuit, ut omnia, qvæ in antiqvis legibus humanis reperirentur cum divinis legibus pugnantia, prorsus inde ejicerentur, qvod circa annum* 1130 *factum esse perhibetur ex qva reformatione natus esse videtur antiqvus legum Codex, communiter* Grágás *vocatus, qvalis nunc est et ad nos pervenit.*

**) *Memoratu dignum est Cod. Magnæanum h. l. in parte civili legis Grágás satis accurate re-*

dit Cod. Magnœanus l. c. nuptias in gradu septimo cognationis o l i m *fuisse prohibitas,* "en nú er þat aftekit," *qvod in Cod. regio omittitur* *). *Ad eandem constitutionem spectat* festa-þ. *c.* 11 *et c.* 55 (*Vol.* 1. *p.* 321 *et* 379) *qvæ capita non nisi in Codice Magnœano ejusque exemplis leguntur* (*cfr. not.* 1 *ad p.* 376). *Eodem libro* — festa-þattr — *c.* 53 *qvod inscribitur:* "of hiona-scilnaþ" (*i. e. de divortio conjugum*) *continetur novella constitutio, ut ex voce "nymæli" inscriptioni adjecta patet; ad hanc qvoque constitutionem caput seqvens* (54) *pertinere videtur.*

Interdum qvidem jus novum non voce "nymæli" designatur, sed nihilo minus tale esse tuto colligitur sive ex verbis, qvibus id in ipso textu innuitur, sive ex indiciis internis, sive ex collatione Manuscriptorum principum, sive ex historiis Islandorum fide dignis, de hoc vel illo novo edicto passim dicentibus.

In libro de successione ab intestato (arf-þattr) *cap.* 23, *qvod solus Codex Magn. habet, sancitur fœminas, qvæ vel graviditatem dissimulassent, vel patrem mentitæ essent, vel cum consobrinorum filiis hisve proximioribus rem habuissent, antea poenæ loco a successione exclusas* j a m *ad eam admittendas esse, additque leges, qvæ huic edicto adversa statuerent,* j a m *esse abolitas* (þat er nu aftekit i lögum) **). *Eadem lex declarat sancitum* p r i o r i s *Codicis literis mandatum stupra foeminarum spuriarum mitiore poena coërcens qvam earum qvæ ex legitimis nuptiis natæ essent jam revocatum esse.* (Þat er oc aftekit er r i t a t var i fornum lögbócum); *cfr. Vol. I. p.* 228. *Cum autem hic de scriptis codicibus legum antiqvioribus sermo sit, supra autem demonstratum sit eos non ante promulgationem legis Grágás exstitisse* (*p. XVII*), *nemo non videt hæc verba de antiqvioribus scriptis exemplis intelligenda esse. Cum deinde hoc legis caput nec non duo seqventia in solo Manuscripto Magnœano occurrant, inde colligere licebit hæc addita fuisse postqvam Codex regius vel certe ejus archi-*

---

spondere Codici regio in parte ecclesiastica, sed Cod. regium in parte civili hanc mutationem non adoptasse, cfr. notas ad Festa-þ. *cap.* 3 *I. p.* 308 *ubi lect. var. ex hoc Cod. in medium afferuntur. Cum summus Pontifex anno* 1215 *nuptias in qvinto gradu cognationis primus permiserit, hæc constitutio circa annum* 1220 *condita videtur.*

*) *Inde colligo partem civilem legis Grágás in Cod. regio ex alio Manuscripto fuisse descriptam qvam partem ecclesiasticam, eoque antiqviore, qvam illud unde Cod. Magnœanus sua hausit, qvod aliis indiciis postea ulterius demonstrabo.*

**) *Vide Arna biskups S. c.* 28 *p.* 46 *ubi inter gravamina contra novum Codicem Islandis a rege Magno Lagabæter missum etiam illud adfertur, qvod filiam in domo paterna stupratam successionis incapacem declaret, nec non illam, qvæ sine ejus consensu nubat (vel filium sine tali consensu uxorem ducentem).*

typus scriptus fuerit, adeoque sat recenti tempore, qvod ipso hujus sanciti argumento confirmatur.

In Manuscripto Codicis Magnæano Kaupab. c. 82 (*Vol.* 1 *p.* 497. 498) *leguntur præscripta de ulnis* *), *qvibus in tota Islandia in commerciis sive cum civibus sive cum peregrinis utendum esset ad normam ejus mensuræ, qvæ in ecclesia Thingvallensi* (*i. e. prope forum universale*) *suspensa erat* **), *discimus autem ex vita* Pauli *Episcopi Scalholtensis* (*qvæ typis impressa est una cum Hungurvaka Hafniæ* 1778. 8.) *c.* 9 *p.* 189. 190 (*qvi hoc munus gessit inde ab anno* 1194 *ad annum* 1211) *hujus potissimum Episcopi monitis talem legem a Nomophylace* Gissure Halli filio *fuisse latam, ut iniqvitati inæqvalis mensuræ tum grassanti occurreretur illudque edictum in leges fuisse relatum et postea semper servatum. Annus, qvo hoc edictum factum est, non diserte indicatur, cum autem non verisimile sit eum sub ipsis muneris auspiciis* (1194) *hac de re cogitasse, illud circa annum* 1200 *fuisse conditum adeoqve paulo ante discessum* Gissuri *Nomophylacis a munere, qvi* 1201 *obtinuit, probabilis est conjectura* ***).

§. 18.

De augmentis Codicis edictis Nomophylacum.

Præter leges ab universis civibus receptas etiam edicta Nomophylacum vi muneris promulgata locum inter sancita hujus Codicis obtinuere. Ut hoc intelligatur tenendum Nomophylacem a senatu, comprobante populo, rite electum vi muneris per triennium, qvo eo fungeretur, potestate edicta condendi munitum fuisse, qvæ ut Prætorum apud Romanos qvamdiu ma-

---

*) *Rectius: mensura bicubitalis, qvæ "Sticka" lingva vernacula vocabatur; lex enim Grágás significat l. c. decem tales "Stickor" æqvare viginti ulnas* (*cfr. vocabularium Codici nostro annexum p.* 79). *Errat itaque vir cæteroqvin doctissimus* Arnesen *in Isl. Rettergang p.* 525 *ubi "sticka" dimidium modo ulnæ æqvasse ait, ut jam dudum observavit F. Johannæus in hist. Isl. eccl. I. p.* 304 *not. a.*

**) *Qvanqvam lex non voce "nymæli" utatur, hoc tamen præscriptum novum esse colligi potest ex verbis:* þat er mælt, at nu scolo menn mæla vaþmal oc lerept oc klædi öll meþ stikium *etc.*

***) *Secundum indicem Nomophylacum ab Arngrimo Jona in Crymogæa editum p.* 82. Hallerus (*rectius:* Hallus) *patri Gissuro successit anno* 1201. *Páls biscups S.* (*Hungurvakæ subjuncta*) *c.* 12 *p.* 196 *indicat Gissurum anno* 12*mo* *episcopatus Pauli decessisse adeoque anno Christi* 1206, *qvi annus etiam in Annalibus Islandicis, ut ejus emortualis designatur, adeoque si vera est Arngrimi indicatio, qvinque vel sex annos munere Nomophylacis deposito privatus vixit. Idem Gissurus, in præfatione ad Hungurvakam, ut vir doctissimus laudatur, ex cujus narratione orali hoc opus inprimis compositum esset* (*cap. I. p.* 1).

gistratum gessit legum instar ab incolis servarentur, munere autem deposito omnem hanc vim perdiderint. Hoc diserte affirmat jus vetus Isl. ecclesiasticum c. 45 (*p.* 166 *ed. Thorkelini* *)*, cum autem Nomophylax triennio elapso iterum eligi possit et sæpissime reeligeretur adeo, ut exempla non desint cum ad vitæ exitum hoc munere functum fuisse, non est qvod miremur ejus modi edicta triennalia vim edicti perpetui demum obtinuisse et in Codicem, ut talia fuisse recepta. Idem accidere potuit si vel alius nomophylax successerit sed edictum antecessoris populo gratum primis comitiis, qvibus præsideret, repeteret (edicto tralatitio).*

Plura cjusmodi Nomophylacum edicta in Codice Grágás occurrunt, suppresso auctoris nomine, qvæ eo interdum sese produnt qvod prima persona edicentis hic, æqve ac in reliqviis edicti Prætoris in Digestis Justiniani jussu collectis, servata sit. Consulatur sectio de ordine judiciario (þingscapa-b.) *c.* 25 (*I. p.* 73) "þær sacar allar er nu hefir ec talþar" *nec non ib. c.* 28 sem nu hefi ec tint (*I.* 77) *et c.* 37 (*ib. p.* 101) en nu hefi ec talit, *dein sectio de fundis reluendis* (Landabrigda-b.) *c.* 1 (*II p.* 211) "sem nu man ec telia" *denique sectio de homicidiis s. potius jure criminali "Vígslódi" dicto c.* 37 *n.* 3 (*II.* 76) "er nu hefir ec talit."

Primum mihi hæc loca obiter legenti in mentem venit his verbis indicari privatum scriptorem normas juris veteris Islandici colligentem, adeoque ea documento esse non verum legum codicem, sed privatam juris collectionem in manibus nostris versari; repetita autem accuratiorque lectio me melioris docuit. Formula enim solemnis et qvidem in fine edicti: "en nu hefi ec talit" *potius summi est magistratus obedientiam edicto a se proposito civibus inculcantis. Longe aliter verba similia concepta sunt in codicibus danicis veteribus, qvos Siellandicum veterem s. Regis Valdemari et recentiorem sive Regis Erici vocant et hac ipsa conceptione privatum normarum juris collectorem clare indigitant, ut alibi demonstravi* **).

---

*) *Locus ille ita sonat:* Lög öll scolo vera uppsögd á þrimor sumrom, scal þá lögsögo madr af hendi bióda lögsöguna. Nymæli ecki scal vera lengr ráþit enn þriú sumur, oc scal at lögbergi it fyrsta sumar uppsegia á vorþíngum helguþum edr leiþum. Laus ero öll nymæli ef eigi verþa uppsögd et tridia hvert sumar *i. e. Omnium legum recitatio tribus æstatibus absolvetur, tum enim Nomophylax se ad munus suum deponendum paratum esse declarabit. Novum edictum non diutius obtinebit qvam tres æstates, idque ad rupem juri dicundo dicatam; prima æstate vel in foro vernali solemniter constituto vel in foro promulgatorio recitabitur. Omnibus his edictis finis (ad verbum: claustrum) tertia æstate, nisi illa hoc tempore denuo proclamentur. Cfr. omnino qvæ habet hac de re* Lögsögomannz-þattr *p.* 2.

**) *Vide commentationem meam:* om de gamle Danskes Retssædvaner og Autonomie Kblivn. 1827 *insertam commentariis philos. et hist. Societatis regiæ Scientiarum danicæ Vol. III p.* 130 *not. XX p.* 144 *not.* * *et in impressione, qvæ illam seorsim continet p.* 70 *et p.* 84. *Memorabilis*

In jure eccl. Isl. veteri similis quoque formula occurrit c. 22 p. 104 ed. Thorkelini: Þá er nú man ec segia (*al.* telia), *sed qvæ edictum præcedit, non claudit, sed salva res est, cum hic quoque nomophylax de diebus festis* (messu daga) *in Islandia servandis e consilio Episcoporum statuat.*

Cæteroqvin hic locus nec non alius in libro de ordine judiciario c. 25 *) *probat hac formula non semper edictum temporarium propria Nomophylacis auctoritate conditum indicari, sed veræ et perpetuæ legis rogationem ad populum ab ipso factam, qvam codicis conditores interdum servarunt et loco legis a populo comprobatæ receperunt.*

§. 19.

De rebus judicatis, ut fonte emendationum legis Grágás.

Sententiæ in causis litigiosis latæ non solum jus faciebant inter partes, sed et in posterum pro normis in causis similibus habebantur. Hinc olim memoria accurate servabantur a Jureconsultis, potissimum jurisdictionem exercentibus patronisve causarum, sed postqvam scriptura ad leges normasque juris adhiberi coepit perscribebantur, ut judicum nova statuendi pruritus justis finibus contineretur **). *In Islandia vero hoc singulare institutum obtinuit, ut ubi de jure inter partes disceptaretur eaque controversia legibus vigentibus dirimi non posse videretur, ex desiderio unius alteriusve partis litigantis Nomophylax omnes judices natos tribunalium in qvadrantibus Insulæ formatorum* (Godar) *convocare teneretur, ut in rupe judiciali fori universalis cum Assessoribus, qvorum singuli judices binos eligebant, una cum se ipso ut Præside considerent,*

---

† *in primis locus est lib. 3 c. 6 legis Siellandicæ recentioris ex editione Ghemenii et lib. 3 c. 12 p. 220 ed. Rosenvingii:* Æn um andræ wæghæ skogh wægh ællær mællæ toftær, thet wil j a k frestæ til flera kumæ wethær. *In editione Ghemenii nec non Wingaardii vox* "jak" *s.* jæk *omissa est, qvam Manuscripta antiqva et melioris notæ habent. De jure veteri Siellandico s. Valdemari cfr. disqvisitionem meam:* om den Skaanske og gamle Siellandske Lov med Rette tillægges Valdemar den förste, *in opere periodico a me edito, dicto* Astræa *Vol. IV p. 232 indeqve editioni historiæ juris Kofodi Ancheri a me curatæ insertam Vol 1 p. 260.*

*) *Hic locus de formatione judicii qvinarii* (Fimtardómr) *agit et qvidem, ut videtur, eam rogationem, qvam* Skaptius *Nomophylax in foro universsali hac de re fecit, anno 1004 Codici inseruit; (vide notam meam ** p. XXII). Hinc suspicari licet hanc rogationem ex uno aliove opere historico jam deperdito legis compilatores sumsisse. In Niáls-S. p. 150 verba qvidem hujus legis capiti satis respondent sed non accurate.*

Utraque loca in textu laudato modo in Manuscripto regio non in Magnæano leguntur, qvod præter cætera argumenta pro majore ejus antiqvitate loqvitur.

**) *Plures ejusmodi sententiæ in litibus inter personas illustres latæ in iis historiis Islandicis occurrunt, qvæ tales lites uberius narrant.*

ad sententiam de qvæstione juris proposita ex pluralitate suffragiorum ferendam *) *argumentis utrinque prolatis et accurate perpensis eaque sententia a Nomophylace statim solenniter proclamaretur pro lege in posterum servanda* **); (*cfr. sectionem Codicis Grágás, qvæ* "Lögretto-þáttr" *i. e. de dicasterio inscribitur Vol. I. p.* 7–11).

Hinc nullus dubito, qvin multæ ex his decisionibus in hunc Codicem nostrum migraverint, qvamvis jam difficillimum sit has a cæteris juris sanctionibus accurate distingvere.

At Codicem Grágás, qvalem jam manibus tractamus, non solum ex legibus, edictis Nomophylacum, rebusque judicatis fuisse concinnatum, sed et ex alio fonte plura hausisse, postea demonstrabo.

§. 20.

Qvæstio: an Codex, qvi sub nomine Grágás hodie venit, verus et genuinus sit ille legum codex olim promulgatus? disceptatur.

At prius disqvirendum erit: an hic Codex noster genuinum antiqvum textum sistat, qvem Halfdanus Mauri *aliique primi concinnarunt qvemque non ita multo post* Gudmundus *Nomophylax reformavit et auxit. Hæc qvidem qvæstio a nemine, qvantum scio, hucusque mota est, nulto minus discussa; omnes enim appellationi "Grágás", qvæ huic Codici vulgo tribuitur sive "Gráfygla," qvæ qvibusdam placuit, fidentes hac de re neutiqvam dubitandum esse crediderunt* ***). *Sed nihilo minus rem accuratius examinanti dubia sat gravia adversus hanc assertionem sese offerunt.*

Primum non unus idemque huic Codici color est. Plurima qvidem loca, qvibus sive formulæ actionum sive ipsa qvidem legum sancita proponuntur canam antiqvitatem spi-

---

*) *Si vota paria essent Nomophylax, ut præses tribunalis, prærogativam dedit secum facientibus.*

**) *Hoc lex Grágás in Sectione laudata Vol.* 1 *p.* 7 *in fine et p.* 8 *initio significat:* Enn sua scal at þui fara, at beiþa meþ vatta goþa alla at lögbergi, oc lögsögomann at þeir gange i lögretto oc i setor sinar, at greiþa lögmal þetta, sua sem heþan fra scal vera; (*lite de qvæstione juris orta*) *magistratus* (Godar) *et nomophylax testibus adhibitis provocandi (ad rupem judicialem), ut in dicasterium eant sedes suas occupaturi ad legem explicandam, qvæ explicatio dehinc semper obtinebit.*

***) *Unus qvi de hoc dubitasse videtur est* Michelsen *J. U. Dr. et Prof. hist. Kiloniensis, qvi in commentatione jam laudata: "Ueber altnordisches Armenrecht" Codicem Grágás non legem, sed librum juris ("Rechtsbuch") appellat, sed nullas rationes hujus appellationis suggessit. In errorem autem incidit vir doctissimus, cum p.* 19 *et Járnsida et Jónsbók ad eandem classem referat ac Grágás eosque communi appellatione "Volksrecht" appellet, hi enim veri legum sunt Codices e Norvegicis qvoad proximam partem hausti et novorum Regum voluntate Islandis impositi, incolis sive reluctantibus sive vix ac ne vix qvidem consentientibus.*

rare videntur, aliis autem systema qvoddam juris legere crederes vel codicem ad formam modulumque multo recentioris ævi compositum, meras regulas juris continentem subtilitatibusque refertum, vitali autem illo sangvine et spiritu, qvi codices medii ævi non minus septentrionales qvam alios mire commendat, destitutum.

Brevitati non multum studet Codex noster et prolixitas, qvæ in ejus locum successit, non ea est, qvæ etiam in aliis veteris juris Codicibus occurrit, ex multis utpote juris casibus obvenientibus orta, qvi vivis coloribus sistuntur eorumque decisionibus, qvæ felici potius inspirationi qvam profundiori argumentorum disceptationi debentur, sed magna ex parte inde profecta esse videtur qvod non solum veri casus, sed et ficti auctori sub umbra privata hanc illamve juris materiam subtilius discutienti animo obversati sint, cfr. qvæ in hoc Codice de successione ab intestato Islandorum extra patriam proficiscentium et in itinere defunctorum sanciuntur, Arva-þattr *c.* 13–18 *Vol. I. p.* 206–224, *ut unum e multis exemplis afferam.*

Præterea Codex noster multis locis ad alium Codicem legum se referre videtur, et hinc phrasibus antea allatis: þat er mælt i lögum vorum, *sive* "segia lög" *aliisque similibus qvam sæpissime utitur, qvæ si nihil aliud esset ac exemplum genuini veteris juris Islandici minus convenirent. Locus autem in Vigslode c.* 21 *Vol. II p.* 37 *jam supra laudatus* "sem atqvedr i upsögo, ef þat er rett scilt, sem þar qveþr at" *si verba ita intelligenda sint, ut interpres* Sveinbiörnsen *illa latine reddidit: "prout in libro promulgato constituitur, modo præcepta ejus recte percipiuntur* *)" *hoc extra dubium ponere videtur.*

§. 21.

Hæc qvæstio ulterius discutitur summum discrimen, qvod inter duos Codices principes obtinet, exponendo.

Huc accedit argumentum non minoris momenti, qvod ex Manuscriptorum τον Grágás, qvæ nobis relicta sunt, summo discrimine peti potest. Omnia hæc Manuscripta ad duas classes omnino distinctas referri posse jam dudum viri docti observarunt neqve tamen de authentia libri Grágás hac de causa dubitantes **). *Altera classis Codicem Bibliothecæ regiæ*

*) *In explicatione vocum huic juri Islandico adjecta idem ulterius hæc verba ita explicat p.* 86 *sub voce:* "Uppsaga," *videtur esse nomen libri cujusdam continentis edicta et constitutiones comitiales, promulgatas a nomophylace qvodam primario.*

**) *Vide Erici V. Cl. in Holbergii Dannemarks og Norges geistlige og verdslige Stat cap.* 12mo *a se addito p.* 510. 511 *et qvæ inde sumsit Kongslevius in libro: den danske og norske private Rets förste Grunde I. p.* 204.

majoris, altera Codicem legati Arnæ Magnæi, utrumque pergamenum et vetustum ducem agnoscit. Discrimen inter Codices manuscriptos architypos utriusque classis et reliqvis qvi transsumta horum existimantur adeo leve judicavit Th. Sveinbiörnsenius, *qvi hujus juris Islandici antiqvi transscriptionem et versionem latinam curavit, ut illud ex sola librariorum incuria hinc illinc profectum esse judicans prorsus neglexerit. Qvidqvid sit tanto gravius est discrimen qvod inter Manuscripta architypa obtinet.*

Omnibus hos duos Codices inter se comparantibus sua sponte sese obtulit illa differentia, qvod solus Codex regius librum amplum de jure processuali (Þingscapa-Þáttr) *nec non duas sectiones breviores de nomophylace* (Lögsögomannz-Þáttr) *et de dicasterio* (Lögretto-Þáttr) *habeat* *), *qvi prior defectus tamen in Codice Magnæano qvodammodo eo suppletur qvod plura præscripta qvoad formam procedendi formulasque actionum in Vigslodi cæterisque libris suis locis insertæ sint* **). *Sed aliæ qvoque sectiones in Codice Magnæano desiderantur, qvæ in Codice regio occurrunt. Hic solus codex habet sectionem singularem de re nautica* (um scipa-meÞferÞ) *Vol. II. p.* 394-407 *additamentumque memorabile de Norvegiæ regis in Islandia privilegiis nec non Islandorum in Norvegia p.* 407-410.

Sed neutiqvam hic differentia subsistit. Mitto qvod distinctiones in capita, sive titulos, qvin et in sectiones sive libros in utroque Codice principe non bene congruant ***); *talis enim distinctio non primitus obtinuit multumque hic æque ac in aliarum legum Codicibus arbitrio librariorum relictum fuit, qvare et librarii recentiorum temporum, qvanqvam Codicem principem cæteroqvin presse secuti sint, nihilo minus hac in re ingenio suo indulserunt.*

---

*) *Errat* Erici *statuens has duas sectiones breviores additas esse libro* Þingscapa-Þattr; *in codice enim regio demum post "Vigsloda" positæ sunt, cfr. tab. I. Kongslevius l. c. non solum hunc errorem repetiit, sed et novum commisit cum ex duabus illis sectionibus unam faciat.*

**) *Non autem cum* Erici *Viro Cl. contendi potest l. c. omnia qvæ in Cod. regio in libro de jure processuali legantur in Cod. Magnæano alibi esse inserta; plura enim desiderantur. Vulgaris error est solum librum Vigslodi hanc lacunam supplere; in cæteris enim Codicis libris talia quoque occurrunt v. c. in Kaupa-B. in Manuscripto principe Magnæano a cap.* 53 *ad cap.* 69 *usque (Vol. I. p.* 464-484*) leguntur, qvæ accurate* Þingscapa-b. *c.* 56 *ad cap.* 61 *(Vol. I. p.* 146-167*) respondent.*

***) *Qvorundam capitum juris civ. inscriptio in utroque Codice principe prorsus deficit v. c.* Þingsc. b. *cap.* 20 *c.* 25 *c.* 36 *c.* 37 *c.* 40 *c.* 47 *c.* 55 *c.* 60. Arfa-Þ. *c.* 1. Omaga-b. *c.* 1. Vigsl. *c.* 115. Landab. B. *c.* 60 *c.* 65. Scipa-meÞferÞ *c.* 4.

Neqve elenchus capitum singulis libris præfixus inscriptionibus singulorum capitum semper convenit.

At de gravi discrimine in ipso argumento per totum opus loqvar, qvod tantum est, ut sæpe unus alterve qvin plures tituli in uno Codice occurrunt, qvi in altero prorsus deficiant, adeo ut alter alterum vicissim suppleat, et ubi utrique Codices eosdem Titulos continent raro qvoad omnia conspirent, sed sæpius in altero omittantur qvæ in altero obveniant.

Qvod ut melius intelligatur hic duas tabulas adjungam, qvarum prima ordinem librorum sive sectionum ante oculos qvem uterque Codex princeps servat, sistet, secunda diversitatem eorum qvoad argumentum exhibebit. Cum autem meum non sit consilium ad discrepantias levioris momenti, qvæ inter utrumque Codicem intercedunt, descendere, eas sedulo omisi.

§. 22.

Tabulæ exhibentes conspectum, discriminis inter utrumque Codicem juris Grágás qvoad ordinem et materiam.

Tab. I.

sistens seriem librorum sive sectionum in utroque Codice principe.

Codex regius pergamenus formæ maximæ No. 1157 *continens folia* 93 *et paginas* 185.

Obs. Desunt in hoc codice duo folia pluribus jam inde seculis post paginam 73, *ut A. Magnæus jam in Cod. hac pagina notavit, et qvidem in Vigslodi cap.* 86 um brennor; (*vide hanc editionem II. p.* 128); *sed ille qvi numerum paginarum adscripsit, ad hanc lacunam animum non advertit, pagina enim seqvens nihilominus numerum habet* 74.

p. 1–17 Kristinrettr hinn gamli
sine inscriptione

p. 17 Þingskapa-þattr

p. 60 Vigslodi

Codex Arn. Magnæi pergamenus formæ maximæ No. 334 *constans ex* 107 *foliis nullo numero designatis.*

folio 1 *p.* 1 *duabus columnis sine inscr.:* Præfatio

eod. p. 2 Kristinrettr hinn gamli

fol. 12 Arfa-þattr *)

fol. 20 Omaga-balkr

fol. 28 Festa-þattr
(*cum elencho capitum præcedente*)

fol. 37 Kaupa-balkr
(*cum elencho capitum præcedente*)

fol. 51 Vigslodi
(*cum elencho capitum præcedente*)

---

*) *Inscriptiones librorum s. sectionum non occurrunt in hoc Codice, si excipias qvod in elencho capitum juris criminalis legantur verba:* "Upphaf vigsloda" *et rubrum* Reka-þáttr *in cap.* 51 *in* Landabrigda-B. *Recens manus hinc inde librorum inscriptiones addidit in margine superiore. Inscriptiones capitum plerumque desiderantur, et capita modo litteris initialibus pictis distingvuntur.*

NB. Ultima linea pag. 59 *habet verba:* "her hefir up vigsloda"

p. 83 Lögsögomannz-þattr

p. 84 Lögretto-þattr

p. 87 Erfþa-tal

NB. inscr. addita est manu Sec. XV.

p. 99 Omaga-balkr

p. 109 Kuenna-Giptingar

NB. inscr. manu Sec. XVI

p. 121 *diversæ materiæ:* um hross reidir

NB. manu Sec. XVI observatur: heyrir til þiofabalks

p. 122-27 um scipa meþferþ 4 *capp.*

NB. Hæc inscriptio in Cod. regio non habetur, sed in apographis addita est a librariis *)

p. 127 Landabrigda-þattr

p. 146 Rekabalkur

(*inscr. manu Sec. XVI*)

continet X capp. qvorum Imum vetusta manu inscr. um veidar, *Xmum* um vagrek

p. 151 Leiglendinga-þattr.

(*inscr. manu vetusta*)

Obs. p. 113 *in margine superiore c.* um fiar leigor; *manus Sec. XV addidit rubrum:* Kaupa-balkur *et p.* 156 *c.* um fiar domingar *rubrum:* wr Erfda balki

fol. 71 Landabrigda-balkr

ad fol. 93½ *cum elencho capitum LV*

Obs. 1. *Qvatuor ultima capp. a)* of reka, *b)* of hualmal, *c)* of flutningar, *d)* of uagrek *in elencho ad* Landabrigda-balkr *recensentur, sed in textu cap.* 52 *inscribitur* Reka-þattr *et rubrum capis* 55 "um hvale" *qvæ materia continuatur usqve ad cap.* 69; *hoc caput inscr.* "um flutnig" *seqvens vero caput agit de* "vagrek", *sed inscr. hujus cap. desideratur.*

Obs. 2. *Textus addit XVII capp. huic sectioni, qvæ elenchus non indicavit et in apographis chartaceis singularem sectionem efficiunt nomine:* Landsleia-Balkr *s.* Buabalkr **).

---

*) *In hac legis editione hæc sectio e codice regio desumta longe alio loco posita est. Vol.* 2do *p.* 394-407.

**) *Inde colligo librarium elenchum capitum ex alio codice sumsisse qvam eum, unde ipsum textum exscripsit.*

p. 162 Þiofa-balkur
(*inscr. manu Sec. XV^ti*)
p. 166 um hreppa-scil
manu vetusta
(*ead. pag. inscr. manu Sec. XV* Framforslu-balkur)
p. 169 *farrago diversarum materiarum, qvales*
a) um fiargafir *p.* 169
b) ef madr fidr (finnr) grip *p.* 169
c) um almenningr her á landi *p.* 172
d) um hundzbit *p.* 173
e) um sattir manna
f) um fiárlag manna *p.* 174 *cfr. hanc edit. I. p.* 500-505.
g) fra rett Noregs konungs á Islandi *p.* 175
h) um rett Islendinga i Noregi *p.* 176
i) um fiárheimtur *p.* 177
g) *et h*) *cfr. hanc editionem Vol. II. p.* 407-410.
p. 180-85 *continet Additiones ad jus eccl. vetustum, de qvibus vide hanc Diss. p. XXXVI*
Obs. Hæ additiones scriptæ sunt eadem manu vetusta ac præcedens textus sed intervallo p. 179 *relicto, qvo ab hoc textu distingvitur.*

Reliqvis 16 *foliis lex recentior Haconis Haconidis, qvæ vulgo Járnsida vocatur, continetur sed in medio textu manca.*

Tab. II.

exhibens discrimen duorum Codd. principum qvoad argumentum.

NB. *littera A in hac tab. Cod. Arnæ Magnæi et B Codicem bibliothecæ regiæ majoris designat. Qvoad ordinem non secutus sum ipsos Codd., sed illum qvi in hac editione impressa servatus est ad qvem et numerus paginarum se refert.*

Præfatio *in solo Codice A*

Kristinrettr hinn gamli *in utroque Cod. sed in A multo prolixior*

Lögsögomannz-þattr *p.* 1 Lögretto-þattr *p.* 4 Þingscapa-þattr *p.* 15	*Has tres sectiones solus Cod. B. habet*

Arfa-þattr *p.* 169-230

c. 1 *sine inscr. var. lect. finem omittit B p.* 169

c. 2 *B qvædam omittit p.* 172

c. 3 *B qvædam studio omittit idque indicat voce: "usque" alia contra addit p.* 175

c. 4 *plura omittit B potissimum p.* 180. 181. 184 *nonnulla autem studio (p.* 183)

c. 6 *B plura om. potissimum p.* 188, *alia autem addit, variantesque lectiones exhibet p.* 186

c. 7 *B partem hujus cap. habet in* þþ. *plura studio om. p.* 190

c. 8 *B qvædam om. p.* 191

c. 9 *B qvædam studio om. p.* 193. *contra qvædam habet qvæ A male omisit. p.* 195

Obs. Cum Codices chartacei, qvi alias cum A conveniunt, lacunam in A obvenientem p. 195 *suppleverint, (cfr. not. ead. pag.) inde colligitur librarios interdum comparationem cum Cod. B sive ejus apographis instituisse et aliqvam crisin adhibuisse.*

c. 10 *A qvædam habet p.* 198 *seriorem ætatem prodentia (cfr. p.* 197), *qvæ in B non occurrunt.*

c. 11 *B initio capitis et in fine plura om. (p.* 201. 204); *alibi plura addit p.* 201. 202. 203

c. 12 *B qvædam om. p.* 205 *et in fine p.* 206

c. 13 *B qvædam om. p.* 207. 208. 209. *alia aliter exprimit p.* 208

c. 14 *B plura studio om. p.* 211

c. 15 *B qvædam om. p.* 212-218

c. 16 *B qvædam addit p.* 218

c. 17 *B qvædam studio om. p.* 220. *p.* 221 *totumque finem. B innuit (p.* 221 *not.* 1) *novum edictum hic legi*

c. 18 *B duas pæne pagg.* (222. 223 *et* 224) *om. recentioris forte ævi*

c. 19 *B qvædam habet aliter p.* 225

c. 20 *B finem om. p.* 226

c. 22 *B qvædam om. p.* 227

c. 23, *c.* 24, *c.* 25 } *hæc tria capp. B omittit p.* 228-230.

Omaga-balkr *p.* 230.

c. 1 *sine inscr. B qvædam in fine om. p.* 234

c. 2 *totum hoc caput B nescit p.* 235

c. 3 *priorem et qvidem maximam partem hujus cap. B ignorat* (*p.* 236-38)

c. 6 *B qvædam add. p.* 244

c. 7 *B qvædam om., qvædam addit, qvædam aliter exprimit p.* 244-248

eod. cap. B plura om. p. 248. 249. 250. 252. 253 *qvædam addit p.* 248

c. 8 *B qvædam om. p.* 259 *in Msc. B novus Tit. incipit p.* 261 um gongomenn

c. 9 *B qvæd. om. p.* 262. 263

c. 13 *B hoc cap. om. p.* 266

c. 14 *B plura om. p.* 267. 268

c. 15 *B qvædam om. p.* 269

c. 20 *B hoc cap. om. p.* 275

c. 21 *B plura om. p.* 276

c. 23 *B maximam partem om. p.* 278

c. 24 }
c. 25 } *B hæc capp. om. p.* 279-282

c. 27 *B maximam partem om. p.* 283-285 *et in reliqva parte magnum discrimen inter A et B intercedit p.* 285

c. 28 *initium capitis in B desideratur p.* 286

c. 29 *B magnam partem hujus cap. om. p.* 287. 288. *et reliqva aliter habet*

c. 30 *B maximam partem hujus cap. om. p.* 289-291 *nec non p.* 292 *usque ad finem capitis*

c. 31 *hoc caput B om. p.* 294-296

c. 32 *itidem p.* 296-298

c. 33 *qvædam B aliter et melius habet.*

Festa-Þattr *p.* 302 —

c. 2 *B qvæd. om. p.* 306. 307

c. 3 *B qvæd. om. p.* 308. 309

c. 6 *B qvæd. om. sive bene sive male p.* 314. 315. *NB. qvædam et studio p.* 316

c. 7 *B qvæd. om. p.* 317

c. 11 *B totum h. c. om. p.* 321-23

c. 13 *B qvæd. om. p.* 327

c. 20 *B totum h. c. om. p.* 332. 333

c. 23 *B finem omittit p.* 337

c. 24 *B qvæd. om. plura add. p.* 338
c. 28 *B plura add. p.* 342
c. 30 *B qvæd. om. plur. add. p.* 343
c. 31 *B finem huj. cap. om. p.* 344
c. 33 *B initium h. c. om. p.* 346
c. 35 *B qvæd. om. p.* 349. 350
c. 39 *B om. p.* 354–56
c. 41 *B finem om. p.* 356
c. 43 *cap. suspectum, sed in utr. Cod. occurrit p.* 357
c. 45
c. 46 } *tria hæc capp. B om.*
c. 47
c. 48 *B maximam partem huj. cap. om. p.* 363. *Novellam const. procul dubio continet. Finis huj. cap. maxime memorabilis p.* 364

NB. hic A qvædam studio omittit idque notat voce: "usque" ob eam causam qvod hæc lex jam cap. 33 *legatur.*

c. 49
c. 50 } *B hæc tria capp. om.*
c. 51
c. 52 *B maximam partem hujus cap. om. p.* 372–375

Obs. qvædam A modo indicat v. "usque" (p. 374) *cum hæc jam eadem sect. c.* 33 *legantur.*

c. 53 } *B omnia hæc capp. om.*
usque } *ad finem hujus sect.*
c. 59 } *p.* 376–385

Obs. Manusc. Arnæani cap. 53 *inscribitur* "nymæli": *qvod de cæteris quoque capp. valere videtur.*

Kaupa-balkr.

c. 6 *B qvædam addit p.* 398 *plura om. p.* 405
c. 9 *B qvædam male om. p.* 408. 411 *qvæd. bene addit p.* 412
c. 10 *B h. c. om. p.* 413
c. 11 *B qvædam om. qvæd. aliter habet p.* 414
c. 12 *B qvæd. om. qvædam aliter habet p.* 415. 416

c. 13
c. 14 } *B plura aliter p.* 416–18

c. 15–23 *B plura aliter p.* 418–426

c. 24 *B h. c. om. p.* 426

c. 26 *B initium cap*[is] *om. p.* 427. 428

c. 28 *B qvædam aliter p.* 429

c. 32–38 *unam Sect. efficit in B qvæ inscribitur* "um hrossreiþir" *et sec. not.* 4 *p.* 432 *sectioni de foedere conjugali immediate annectitur*

c. 34 *ult. partem huj. c. B om. p.* 435. 436

c. 35 *B plura om. p.* 437

c. 36 *B plura in fine om. p.* 440. 441

c. 41 *B qvæd. om. p.* 449. 450

c. 47 *B h. c. om. p.* 456–458

c. 48
c. 49
c. 50 } *hæc qvinqve capp. B om. p.* 458–464
c. 51
c. 52

c. 53
ad
c. 69 } *p.* 464–487 *h. l. B om. sed habet in* Þingsk. b. *c.* 56 — *c.* 61 (*Vol. I p.* 146–167)
usque

c. 70
c. 71
c. 72 } *B hæc qvinqve capp. om. p.* 487–492
c. 73
c. 74

c. 75 *p.* 492–494 *B primam partem hujus cap. hic om. sed habet in* Þingskapa B. *c.* 50 *Vol. I p.* 135. 136, *ex reliqva parte qvædam habet alia om.*

c. 82 *B h. cap. om. p.* 497–99

c. 84
c. 85 } *B habet sed A om. p.* 500–505.

II Vol. Vigslodi.

c. 1–5 *var. lect. B qvædam om. p.* 1–10
c. 6 *B om. p.* 11
c. 7 *B var. lect. finem om. p.* 12
c. 8 *var. lect.*
c. 9 *var. lect. B finem om. p.* 13. 14
c. 11 *B magnam partem h. c. om. p.* 15
c. 12 *B multa om. p.* 16. 17
c. 13 *B var. lect. qvæd. add. p.* 18
c. 15 *B totum h. cap. om. p.* 21–24
c. 16 *var. lect. qvæd. B om. p.* 25. 26
c. 17 *qvæd. B om. p.* 27
c. 18 *B plura om. p.* 28
c. 19 *var. lect. B qvæd. om. p.* 29. 30
c. 20 *var. lect.*
c. 21 *B plura om. p.* 35. 36
c. 22 *var. lect. p.* 37. 38
c. 23 *B h. c. om. p.* 39
c. 24 *B plura om. p.* 40. 41
c. 25 *B qvæd. om. p.* 42
c. 26 *var. lect. p.* 43. 44
c. 27 *B var. lect. plura om. p.* 45–51
c. 28 *B plura om.*
c. 29 *var. lect. p.* 53–56 *finem cap^{is} B om. p.* 57
c. 30 *var. lect. B plur. om. p.* 58. 59
c. 31 *var. lect. pauca B om.**) *p.* 60–62
c. 32 *var. lect. pauca B om. p.* 63
c. 33 *var. lect. p.* 64
c. 34 *B qvæd. om. qvæd. add. p.* 65
c. 35 *var. lect. B qvæd. om.*
c. 36 *B plura om. p.* 70. 71

---

*) *Inter omissa notandum jus Episcopo concessum p.* 62.

c. 37 *B qvæd. add. plur. om.* p. 71-76
c. 38 *B plura in fine om.* p. 77
c. 39 *B qvæd. add.* p. 78
c. 40 *B. h. c. om. præter sanctionem initio et in fine cap. paucis expressam* p. 79 *not.* 3
c. 41 *B h. c. om.* p. 80. 81
c. 44 *B qvæd. om.* p. 84
c. 45 *var. lect.*
c. 49 *B magnam partem hujus cap. om.* p. 88. 89
c. 50 } *B om.* p. 90. 91
c. 51 }
c. 52 *B magnam h. cap. partem om.* p. 92
c. 53 *B h. c. om.* p. 93
c. 54 *B hic maxime differt ab A* p. 94
c. 55 p. 95 *B h. c. hic om. at habet alio loco* (*cfr.* c. 69); *in Msc. A idem cap. iterum legitur* c. 69 (*p.* 110)
c. 56 *ad* c. 61 *usque* } *B hæc sex capp. om.* p. 95-100
c. 62 *B longissimam partem, qvæ formulam denunciationis cædis continet, om.* p. 100
c. 63 *B plurimam partem om.* p. 101
c. 64 *var lect.* p. 102-104
c. 65 *var. lect.* p. 105-108
c. 66 *B aliter et plura subjungit* p. 108. 109
c. 67 } *B hæc capp. om.* p. 109. 110
c. 68 }
c. 69 *A cap.* 55 *hic repetit. B idem cap. h. l. tantum habet* p. 110
c. 70 *B aliud habet initium; plura postea om.* p. 110-113
c. 71 *B finem om.* p. 113
c. 72 }
c. 73 } *B hæc tria capp. om.* p. 113-115
c. 74 }

c. 75 *var. lect. B qvædam add. p.* 116-119

c. 76 *var. lect. B qvæd. om. p.* 119-121

c. 78 *B qvæd. om. p.* 122

c. 80 *ad c.* 84 *incl.* } *p.* 123-127 *B hæc capp. om.*

c. 85 *B plura om. p.* 127

c. 87 *ad c.* 103 *incl.* } *B om. p.* 128-143

c. 104 *B qvæd. om. p.* 143-146

c. 105 *B plura in fine om. p.* 147

c. 107 *B qvæd. om. p.* 152

c. 108 *B plura om. var. lect. p.* 153-156

c. 109, *c.* 110 } *In B hæc duo capp. desunt.* (156-58) *sed ratio nulla alia est qvam qvod duo folia in Msc. regio interierint. cfr. p.* 159 *not.* 2

c. 111 *Initium cap. ob rationem jamjam laudatam deest, reliqva pars capitis adest. Qvædam B om. qvæd. add. lect. var. p.* 159-163. *Finem cap[is] om. p.* 164

c. 112 *duas formulas pacis præliminaris* (Griþamal) *om. p.* 167. 168

c. 113 *primam formulam pacis finalis* (Trigþa-mal) *om. B p.* (168); *secundam habet ampliorem qvam A p.* 170 *not.* 1

c. 114 Baugatal *ignorat A sed habet B p.* 171-188

c. 115 *ad c.* 118 *incl.* } Rannsocna-þattr *legimus in B, in A desideratur p.* 188-195

c. 119 um Gripatac *habet tantum B p.* 196

c. 120 um reizlör (*de stateris*) *p.* 197. *In B h. l. occurrit, sed in A alio loco et qvidem in* Kaupa-B. *c.* 83 *p.* 499 *ubi h. c. inser.* of pundara

c. 121 um verplacast (*de alearum jactationibus*) *B habet, sed desideratur in A p.* 198.

Landabrigþa-balkr *s. potius:* Landabrigþa- *et* Bunadarbalkr (*ut in qvibusdam Mscr. v. c. No.* 118 *Arn. Magn.* 4 *inscribitur*)

c. 1 *var. lect.* (*vide omnino pag.* 203 *not.* 5 *et* 207. 208 *not.* 5) *qvædam add. B multa om. p.* 205. 206. 210. 211

c. 2 *maximam partem cap. B om. p.* 213-216

c. 3 *B qvæd. om. p.* 217

c. 4 *plura B om. qvæd. aliter p.* 218-223

c. 6 *B longe aliter cfr. p.* 224. 225 *not.* 6

c. 7
c. 8 } *hæc capp. B om. p.* 226-228

c. 9 *plurimum differt B ab A cfr. p.* 229 *not.* 2

c. 10 *var. lect. p.* 230

c. 11 *var. lect. magnam partem cap. B om. p.* 233

c. 12 *B plura om. p.* 235. 236. 237. 240

c. 13 *B plurimum differt ab A p.* 242 *not.* 1, *p.* 246 *qvæd. add. p.* 248 *magnam cap. partem om. p.* 249-253

c. 14 *B plura om. p.* 259

c. 15 *B plura om. p.* 261. 62. 64. 65

c. 16 *B magnam cap. partem om. p.* 267. 68

c. 17 *B initium cap. om. in seqv. qvæd. aliter, alia om. p.* 269. 272. 73. 74. 75

c. 21 *B h. c. om. p.* 279

c. 22 *B multum differt ab A p.* 280 *cfr. not.* 1

c. 25 *B magnam partem h. cap. om. p.* 282

c. 26 *B qvæd. om. p.* 284

c. 27 *B h. c. om.*

c. 28 *B qvæd. om. p.* 285

c. 30 *B maximam partem h. c. om. p.* 286

c. 31 *div. lect. p.* 288

c. 32 *magnam partem B om. p.* 289

c. 33 *itidem p.* 290

c. 34 *plura B om. p.* 292

c. 35 *qvædam passim et finem om. var. lect. p.* 293-301

c. 36 *variæ lect.*

c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. } *hic eadem sive repetuntur qvæ uterque Cod. princeps habet in* Kaupa-B. *c.* 11. 12. 13. 14. 20. 21. 22 *et* 23. *Vol. I. p.* 414-418. *p.* 422-426. (*cfr. Vol. II. p.* 303 *not.* 4)

c. 41 *B plura om. p.* 315. 316

c. 42 *B qvæd. om. p.* 322. 325

c. 43 *B finem h. c. om. p.* 327

c. 44 *A h. c. om. qvanqvam in indice Msc. prius inscr. occurrit. In B duo capp.* 34 *et* 35 *efficit; cfr. p.* 330 *not.* 2

c. 45 *B hic novam incipit sectionem, qvæ inscr.* Leiglendinga-þattr *cfr. p.* 332 *not.* 1. *B qvæd. om. p.* 333. 34. 37. 39. 40. 41 *qvæd. add. p.* 335 *passim var. lect.*

c. 46 *B primam h. c. partem om. p.* 342. 343

c. 47 *B plura om. p.* 346. 347

c. 49 *var. lect. p.* 349

c. 51 *B h. c. solum habet p.* 351 *not.* 1

c. 52 Recaþattr *p.* 352, *ad qvam sectionem omnia reliqva capp. hujus libri pertinent, B qvæd. om. p.* 353. 54. 55 *var. lect. passim inprimis p.* 357

c. 54 *B h. c. om. qvædam tamen substituit; cfr. p.* 358 *not.* 5

c. 56 *B plura initio om. p.* 362 *var. lect. p.* 363. 64

c. 58 *var. lect. p.* 365 *plura in fine om. p.* 366 *qvæd. add. ib. not.* 1

c. 59 *B magnam partem cap. om. p.* 367. 68

c. 60 *sine inscr. var. lect. p.* 369

c. 61 *B qvæd. om. p.* 371

c. 62 *B priorem cap. partem om. p.* 372

c. 63 *var. lect.*

c. 65 *sine inscr. B multum differt ab A cfr. not.* 2 *p.* 376

c. 66 *B h. c. om. p.* 379

c. 68 *B plura om. p.* 381 *totamqve ultimam partem p.* 382

c. 69 *var. lect. plura B om. p.* 384. 85

c. 70 *var. lect. p.* 386 *finem B om. p.* 387

c. 71 *var. lect. plura om. p.* 390. 91

c. 72 *var. lect.*

Um scipa-meþferþ (*de re nautica*). *Hæc sectio ex IV capp. constans II. p.* 394-407 *tantum in B invenitur.*

Fra rett Noregs Konungs a Islandi
et
Um rett Islendinga a Noregi
} *p.* 407-410 *non nisi in Msc. B invenitur.*

Obs. Plura ad jus eccl. pertinentia Cod. B in fine habet qvæ A h. l. omittit sed juri eccl. ejusdem Codicis inserta sunt, ut jam antea observavi.

§. 23.

Qvæstio, qvo modo discrimen illud, qvod inter duos hos Codices principes intercedit, explicandum sit ventilatur.

Cum tantum inter hos duos Codices principes discrimen intercedat, idque per totum juris corpus procedat, adeo ut interdum dubitare possis utrum, qvantumois ejusdem legis nomen præ se ferant, revera eandem legem exhibeant, an potius diversas licet similes, qvæ assumtio tamen non admitti potest, qværitur, qvo modo hic dissensus explicandus sit?

Jam mature discrimen inter Codices manuscriptos legis Grágás obtinuisse ex sectione de dicasterio (lögretto-þáttr) *I. p.* 7 *constat, ubi regulæ in tali conflictu servandæ diserte præscribuntur. Primum enim ipse Codex authenticus* Haflidi Mauri *inspici debuit ejusque præscripta servari, nisi qvatenus posterioribus edictis mutatus esset, dein Codices utrorumque Episcoporum, Scalholtensis et Holensis, ex qvibus tamen ille præferendus qvi ampliorem et prolixiorem textum sisteret, sed si sanctiones æqve amplas continerent, Codicem Scalholtensem Holensi ante ponendum jubet* *).

Ex hac sanctione intelligitur reipublicæ Islandicæ inde a primis hujus legislationis temporibus curæ fuisse, ut exempla authentica legis Grágás in locis publicis adservarentur, ad qvæ, si dubium de ipsis legis verbis oriretur, tuto recurrere possint. Architypum crederem nomophylaci, ut summo insulæ magistratui, vi muneris fuisse commissum, ut discedens successori et sic porro traderet custodiendum, et utrique Episcopo duo transsumpta authentica, forte demum ævo Gudmundi, qvippe qvo Codex revideretur, mandata fuisse in arcis ecclesiæ cathedralis, ut tum moris erat, asservanda indeque non nisi ad publicos usus depromenda. His Codicibus adscribebantur (qvod ipsum statutum innuit) leges comitiales successu temporis con-

*) *Hanc esse mentem sanctionis laudatæ crediderim, qvanqvam verba legis hoc loco aliqva obscuritate laborent.*

ditæ, nec non edicta Nomophylacum legum instar valitura *), *sed cum hoc mandatum non semper accurate servaretur ab iis, qvi hoc perficere debuissent, oriebatur dissensus Codicum, ad qvem tollendum lex laudata tendit.*

Hi Codices authentici interiere sive incendio (qvod ecclesias cathedrales pluries consumsit), sive neglectu Nomophylacum et Episcoporum, postqvam ipsa lex Grágás vim suam novæ legis promulgatione perdiderat. Neque, ni vehementer fallor, ullum qvod hodie habemus, exemplum adeo sincerum est incorruptumque, ut legem Grágás, qvalis illis tribus exemplis authenticis continebatur, accurate referat.

Verba utriusque Codicis membranacei Arnæani et regii non solum diserte qvibusdam in locis ad alium Codicem authenticum lectorem ablegant (vide supra §. 17), *sed et fere ubique phrasibus utuntur, qvæ si ipse esset Codex legis authenticus minus convenirent v. c.* "þat er mælt i lögum vorum," *sive simpliciter* "þat er mælt" *aliisque similibus (vid. p. XXX).*

Huc accedit qvod uno loco auctor ad ea, qvæ in exteris terris septentrionalibus juris sint, respiciat (Vigslodi *c.* 112, *II. p.* 166. En þat ero lög i Noregi oc a alla danska tungo *etc.*)

Obstat quoque qvod auctor hujus collectionis pluribus locis notitiæ causa adferat pristinum jus aliter statuisse (vide Festa-þ. *c.* 3 *I.* 309. 310 Vigslodi *c.* 15. *II. p.* 201 þat ero forn lög a landi voro *etc.* **).

Nec cum illa assumtione hos Codices manuscriptos pristinum legis textum exhibere purum et incorruptum ulla ratione conciliari possit, ut in utroque Codice non modo singula sancita, sed et plura capita bis legantur; v. c. cap. 120 um reitzlor *qvod legitur in Cod. A (II.*

---

*) *Medio ævo, postqvam leges in scripturam redigi coeperunt, moris fuit edicta majoris momenti, jubente principe vel populo in comitiis congregato, in Codicem legum referre, ut æqvalis iis ac ipsi Codici auctoritas hac receptione tribueretur. Hinc* Carolus Magnus *capitularia majoris momenti ipsis legibus Salicis adjungi curavit; idemque in Septentrione servatum esse videtur, ut ex lege Norvegica Gulensi, qvæ* Haconis Adelstenii *alumni nomen fert, potissimum constat, cui additiones sub diversis Regibus factæ passim subjunctæ sunt. Eundem morem etiam in Islandia obtinuisse vel lex Magni Haconidis, qvæ nomine "Jónsbók" hodie adhuc viget demonstrat talibus augmentis "Réttarbætur" dictis referta cum in iis, qvæ exstant, Manuscriptis, tum in editionibus impressis. Non itaqve est qvod miremur, eandem consvetudinem etiam sub libera republica in Islandia obtinuisse, sed hæc augmenta hodie difficilius a reliqvo textu distingvuntur, cum neglectum fuerit significare qvo anno et sub qvo Nomophylace singula præscripta subjuncta fuerint.*

**) *Conferatur cum his locis jus eccl. Island. vetustum cap.* 44 *p.* 164 *editionis Thorkelini ubi ex Cod. regio adferuntur verba:* þat var fornt lögmál þar er þriggia breþra er meþ mönnum at frendsemi at þar scylldi til ómegdar leggia tiu aura; enn nú er þat aftekit.

p. 197) *iterumque habetur in* Kaupa-b. *c.* 83 (*I. p.* 499) *sed sub inscriptione* "of pundara". *A bis quoque habet cap.* "um vapna abyrgd" *et qvidem in eadem sectione*, Vigslodi *cap.* 56 (*II.* 95) *et cap.* 69 (*II. p.* 110), *sed ultimum caput aliter inscribitur.* Kaupab. *c.* 11 of cinkunnir *nec non capita* 12. 13. 14. 20. 21. 22 *et* 23 (*Vol. I. p.* 303-313) *iterum leguntur in* Landabr. B. *c.* 37-40 *incl.* (*I.* 414-418. 422-426).

Nec tum explicari possit, cur in utroque Codice loca occurrant, qvibus modo legis præscripta primis ultimisqve verbis inserta voce: "usque" indicantur, cæteris suppressis *).

Duo exempla pergamena legis Grágás maximæ formæ et melioris notæ, qvibus adhuc frui licet, incertæ sunt ætatis, cum peritissimi harum rerum æstimatores ita dissentiant ut alii Codicem regium, qvem Magnæano antiqviorem esse omnes agnoscunt, exeunte Seculo decimo tertio exaratum fuisse contendant, Magnæanum autem ante medium Seculi decimi qvarti, alii autem Codicem regium initio Seculi decimi qvarti et Magnæanum versus finem ejusdem Seculi scriptum fuisse censeant **).

---

*) *Hæc abbreviatio in Cod. A (Arnæ Magn.) rarius v. c.* Festa-þ. *c.* 48 *I. p.* 364 *et ibid. c.* 52 *p.* 374, *sed in Cod. B (Bibliothecæ regiæ) sæpissime occurrit v. c.* Þingf. þ. *c.* 40 *I. p.* 119. Arfa-þ. *c.* 3 *I.* 175 *et c.* 19 *ib. p.* 219 *not.* 4. 220 *not.* 1. 221 * *etc.*

Qvod ad Cod. Arnæanum attinet ratio hujus abbreviationis in locis laudatis est in promptu; ea enim qvæ hic verbis primis ultimisque modo innuuntur, jam antea textui alibi inserta sunt. Festa-þattr *c.* 52 *I,* 374 *cum* Fest. þ. *c.* 33 *p.* 347. (*cfr. etiam* Festa-þattr *c.* 48 *I, p.* 364 *cum cap.* 33 *jamjam laudato eod. libro ib. p.* 347). *Sed qvoad Codicem regium ratio non æqve liqvet, cum qvæ uno loco in hoc Codice tali abbreviatione indicentur, ea ex regula non alio loco plene adferuntur. Primum mihi succurrebat librarium (vel ejus auctorem) qvæ omiserit memoria adeo tenuisse, ut ea exscribere superfluum existimaret, sed cum ejusmodi loca accuratius examinans nullam rationem subesse judicassem cur illa memoriæ potius infigerentur qvam cætera, formulas enim actionum, qvas homines illius ævi verbotenus ediscere solebant non continent, hanc opinionem rejeci eamque potius amplexus sum librarium alium legis Codicem ad manus habuisse, ubi loca ista accurate perscripta essent qvæque proinde heic repetere ipsum piguit.*

**) *Recentiorem ætatem his Codicibus tribuunt Præfectus Archivis Regis secretioribus et Prof. Antiqv. septentrionalium* Finn Magnussen *Eqves O. D. nec non* Rafn *Prof. hon. Eqves O. D., qvi illos junctis viribus accurate me rogante hunc in finem sub examen vocarunt; censura autem prolixior horum Codicum, a Professore* Rafn *V. Cl. confecta, qvam mecum amice communicavit, ad calcem hujus commentationis in usum lectorum typis imprimi curavi.* Grimus *autem* Thorkelinus *Codicem regium, qvem tamen non ipse vidisse sed modo ex apographis accuratis nosse fatetur, jam sub finem Sec. decimi tertii exaratum fuisse existimavit, Codicem autem Arnæ Magnæi, qvo usus est, circa vel ante medium Seculi decimi qvarti (vide Præfationem ipsius ad jus eccl. Isl. vetus p. XI. XVIII. XIX), cui sententiæ accessit* Thordo Sveinbiörnsen, *qvi huic editioni curandæ operam dedit, in notis qvas Seviris Magnæanis communicavit. Eandem quoque sententiam fovet V. Cl.* Werlauf *Præfectus bibliothecæ regiæ majori, Prof. historiæ, et Eqves Ord. Danebr.*

Librarii, qvibus hos Codices debemus, procul dubio non nisi dextera manu usi sunt, ad alios Codices, qvi iis subministrabantur, exscribendos. Virtutes vitiaque, qvin et abbreviaturæ non itaque his librariis, sed auctoribus eorum Codicum, qvas exscribendo presse secuti sunt, tribuenda sunt. Hi autem auctores, sive unus aliusve Nomophylax sive magistratus alicujus toparchiæ (Godi) *fuerit, non Codice Grágás accurate exscribendo acqvieverunt, neqve consilio suo, ut omnia præscripta in hoc Codice occurrerent qvæ ad munus publicum sibi demandatum bene absolvendum scitu essent necessaria, satis fieri existimarunt, si leges solas edictaque recentiora, ad qvæ aditus ipsis pateret, legi antiqvæ suis locis adderent, sed glossas commentariumque simul conficiendum esse duxerunt ope rerum judicatarum sententiarumque de rebus dubiis et optimorum Islandiæ jurisconsultorum qvascunque nossent et suarum, qvæ omnia ex suo ingenio digesserunt atque disposuerunt. Qvam assertionem ne qvis temere a me prolatam putet, sciat ad Nomophylacis officium pertinuisse omnes legum sectiones in comitiis universalibus singulis æstatibus recitare ita ut per triennium totum Codicem absolveret**), *hoc autem non de simplice recitatione ad verbum facienda intelligendum esse, sed eum simul obstrictum fuisse ad leges dubias exponendas et interpretandas, inde colligitur, qvod sectio legis qvæ de munere Nomophylacis agit* (Lögsögomanz-þattr *Vol. I p.* 2 *et* 3) *non solum ei officium imponat eo munere ita defungendi, ut nemo facile reperiatur, qvi id melius expedire possit, sed et præscribat, si tali legum peritia non gaudeat, ut qvinque optimos jureconsultos* (lögmenn) *convocet uno pluribusve diebus ante cujusvis legis sectionis recitationem, qvo ab iis veram sancitorum mentem discat, qvale officium vocati si detrectassent, trium marcarum mulctam incurrebant. Idem Nomophylax obstrictus erat cuilibet civi, cujus intererat, de jure patrio sive in comitiis universalibus sive domi qværenti vi muneris respondere sine ulla tamen ad factum controversum applicatione; vide* Lögretto þattr *Vol. I. p.* 11 *cum qvo loco conferendus* Landabrigþa-b. *c.* 1 *ex Codice regio Vol. II. p.* 203 *not.* 5: "Lögsögomaþr er scyldr at segia mönnom lög til" **). *Hinc ad hoc munus non facile admovebatur nisi qvi insigni juris peritia æqve ac morum integritate se civibus commendasset. Qvantumvis inferiores magistratus jure*

*) *Ob hanc recitationem legum nec non illam qvæ obtinuit qvando novæ leges ferebantur et promulgabantur Nomophylax "Lögsögomadr" i e. legum recitator appellabatur. Vox "lögmadr" qvæ in Norvegia et Svecia de Nomophylace s. legifero adhibebatur rarius in Islandia de eodem usurpabatur, sed sæpius qvemlibet jurisconsultum designat; cfr. indicem verborum, sub his vocibus.*

**) *Idem vita Nialis confirmat p.* 24. 237 *textus Islandici et p.* 46. 521. 522 *versionis latinæ, adeoque hanc potestatem Nomophylax jam ineunte Seculo undecimo longe ante confectionem Codicis Grágás exercuit.*

hæreditario ad jurisdictionem (Godord) *exercendum pervenirent, ad hanc summam in Islandia dignitatem non nobilitas generis sed sola merita libera civium electione agnita aditum aperiebant. Maximum itaque civibus fuit incitamentum jurisprudentiam summo studio colendi, ut se tanto munere aliqvando dignos redderent, et si illud adipiscerentur cum in edicendo tum in consulendo, specimina eximiæ doctrinæ ederent qvibus existimationem suam augerent et suffragia sibi ad novam electionem conciliarent. Neqve munus inferioris magistratus* (Godi) *ab alio qvam a cive juris perito administrari poterat, cum multiplicia negotia judicialia et extrajudicialia in ea parte qvadrantis, qvæ ipsi subjecta fuit, qvotidie fere expedienda essent, actorque necessarius ex legibus esset si communitas toparchiæ, cui præesset, hoc illove delicto læsa censeretur; idemque præterea in foro universali vi muneris Assessoris munere fungeretur cum ubi sententiæ in causis litigiosis pronunciandæ essent, tum ubi qvæstiones juris dirimendæ novæque leges discutiendæ; ad hæc in judiciis qvinariis* (Fimtar-dóm) *considebat, qvæ penitiorem juris cognitionem desiderabant cum in illis inde a prima eorum formatione causæ ob defectum formæ a summo tribunali* (Alþíng) *huc remitterentur, succedente vero tempore aliæ causæ difficiliores ibi quoque disceptarentur.* (*cfr.* Þingscapa-Þ. *c.* 24 *et potissimum c.* 25 *I. p.* 72 *nec non capp. seqv. c.* 26–28 *incl. p.* 73–80 Festa-Þ. *c.* 44 *I. p.* 360); *deniqve post reditum e comitiis in foris extraordinariis, qvæ* Leidar-Þíng *vocabantur, edicta et decreta ibi reddita tribulibus promulgabant simulque jurisdictionem aliqvam in delictis levioribus iisque causis, qvæ rectoribus pagorum* (Reppstiórar) *proxime subjectæ erant, exercebant; neqve dubitari potest qvin de jure dubitantibus tribulibus patronorum instar suis clientibus æqve respondere tenerentur ac Nomophylax omnibus civibus cujuscunque sortis. Sin hi magistratus illis negotiis rite implendis non pares essent, ignominiam sibi contrahebant pœnasque facile incurrebant* *), *aliisque peritioribus munus suum demandare cogebantur, qvi jurisdictionem ipsis competentem alieno nomine exercerent.*

Cum Episcopi vi muneris inter consiliarios in foro universali primo loco considerent juris prudentia carere neutiqvam potuere. Alii Clerici, potissimum majoris dignitatis, in comitiis sedulo comparere tenebantur adeoque sua sponte penitiorem juris patrii cognitionem sibi comparare studuere, ut majorem sibi in negotiis publicis auctoritatem conciliarent. Cum præterea causæ ecclesiasticæ nec non matrimoniales ab Episcopis et tribunalis ecclesiastici Assessoribus non solum ex jure pontificio sed et ex jure patrio dijudicandæ essent, hujus juris cognitione imbui necesse ducebant.

---

*) *Vide* Þingskapa-Þ. *c.* 6 *I. p.* 32. 33 *c.* 35 *p.* 94 *c.* 44 *p.* 130 *c.* 61 *p.* 166.

Qvanqvam pagorum rectoribus (repp-stiórar) *ad munus bene gerendum non nisi accurata legum de pauperum sustentatione* (Omaga-balkr) *opus esset, non tamen defuere in hac civium classe, qvi juris studio in universum operam navarent.*

At sine ratione muneris publici gerendi haud pauci solo amore disciplinæ juris ducti atque ut civibus de jure caverent partibusque litigantibus qvin et jus dicentibus succurrerent *), *summo studio hanc scientiam colebant. Eo autem magis sese huic disciplinæ totos tradebant, cum nulla disciplina majore penes Islandos honore haberetur, ne historia qvidem excepta, qvæ tamen ipsa potissimum, si in rebus patriæ tradendis versaretur, accuratam juris notitiam desiderabat, cum illæ in litibus heroum forensibus ante oculos lectorum vivis coloribus sistendis magna ex parte constarent, si auctor eorum desideriis satis facere studeret. Curæ autem his Jureconsultis fuit, ne talis juris scientia longo usu propriaque arte comparata cum ipsis interiret, adeoque scholas adolescentibus optimæ spei jam ethnicismi tempore more Romanorum aperiebant, qvi ex eorum ore non solum omnes actionum exceptionumque formulas vulgo Ictorum incognitas totamque jurisprudentiam cantelarem sed et sententias opinionesque jus interpretantium resque judicatas haurirent, qvorumque judicium casus juris perplexos ipsis a clientibus propositos resolventibus assistendo mature acueretur* **).

Qvæ cum ita sint intelligimus ex qvo fonte corpus istud Islandicum antiqvum qvod nomine Grágás insignitur, sententias magistratuum jurisconsultorumque subtilitatesque juris, ex qvibus magna ex parte manifeste constat, hauserit.

Inde porro colligo Codicem nostrum, ut jam supra innui, neqve legem proprie dicendam esse neqve librum juris (Rechtsbuch, dan. Retsbog) privata modo opera confectum recte vocari, sed utrumque revera esse, legem nempe cum commentario, cui tamen eadem fere vis

---

*) *Pleræqve historiæ Islandicæ talia exempla suppeditant, sed potissimum vita Nialis p.* 1. 31. 32. 40. 100. 219. 222. 236. 237 *textus Isl. et p.* 57. 77. 170. 204. 377. 481 *versionis latinæ. Hoc autem patrocinium ex jure antiqvo gratis præstandum erat, ut ex Niali historia patet p.* 225 *p.* 251 *textus Islandici p.* 493. 555 *versionis latinæ. Inde enim discimus in comitiis decretum Anno Christi* 1012 *Eyolfum Bölverki filium jure cæsum fuisse in pugna Flosii cum adversariis incendium Nialis filiorumque perseqventibus ob eam causam, qvod armillam auream a* Flosio *clam accepisset, ut variis juris calumniis excogitandis ipsi in hac difficili lite consuleret.*

**) Niáll, *qvi a scriptore vitæ ejus adeo juris consultus prædicatur ut ei par nemo inveniretur (c. 20) cujusque consilia adversariis maxime noxia proverbiali sermone* Niáls bita rádin *(i. e. consilia Nialis mordent) dicebantur cfr. præf. ad vers. latinam p. XI, eo quoque inclaruit qvod plures juvenes jus optime docuisset, inter qvos* Höskulldur *Thrainis fil. postea pontifex Hvitanesius et* Arngrimus *Ellidagrimi fil. potissimi fuere, l. c. p.* 147. 151. 169.

ac ipsi legi in foro tribuebatur. Cum huic corpori lex Grágás dicta revera inesset idem nomen huic ac ipsi codici legum authentico inditum est.

Qvi hanc farraginem, sit venia verbo, legum jurisque accurate perlegerit, leges ab iis, qvæ qvovis loco addita fuerint, fere ubique distingvet, tum ubi scriptor formulis "Þat (*s.* sua) er mælt *s.* Þat er mælt i lögum varum *) *usurpaverit, tum ubi hanc notam characteristicam omiserit, cum hoc ex aliis indiciis plerumque satis eluceat* **).

Ejusmodi codicem ex legum præscriptis jurecousultorumque augmentis conflatum librarius vel potius is, cujus mandato hic operam suam præstitit, non potuit non authentico legum codici dum adhuc is servatus fuit ob insigniorem usum præferre, unde explicatur cur nulla transscripta codicis legum genuini amplius hodie exstent, sed modo hujus corporis juris qvod jam typis evulgatur. Cum autem hæc Ictorum augmenta nunqvam, qvantum scimus, solenniter confirmata fuerint, facile oriebatur dissensus Codicum, dum unus augmenta receperit qvæ alter neglexit sive respuit.

§. 24.

Codicem regium antiqviorem textum sistere qvam Magnæanum ex criteriis internis demonstratur.

Qvæstio illa, qvinam ex duobus Codicibus principibus, regio et Magnæano, antiqviorem textum sistat, non eo ipso solvitur, qvod ex criteriis externis, orthographia litterarumque compendiis, pateat, Codicem regium Arnæano semiseculo esse antiqviorem. Cum enim neuter sit, ut supra demonstravi, authenticus, accidere potuit, ut casu aliqvo librarius Codicis regii in recen-

*) *Cfr. §. 9 p. XX ubi plura ejus modi loca afferuntur. In Cod. A talis formula multo freqventius occurrit qvam in Codice B. In Vigslodi non modo singula capita in Cod. A sæpius ita incipiunt, sed et si ejus modi caput plura sancita complectatur, qvælibet sancita eadem formula distingvuntur v. c. Vigsl. c.* 5 *II. p.* 10 *not.* 1 *et* 5 *c.* 13 *p.* 17 *not.* 3 *et p.* 18 *not.* 7 *c.* 16 *p.* 25 *not.* 4 *et p.* 26 *not.* 4 *c.* 17 *p.* 27 *not.* 1. 6. 7 *c.* 19 *p.* 29 *not.* 2. 4 *p.* 30 *not.* 4 *c.* 20 *p.* 31 *not.* 2. 6 *p.* 33 *not.* 6 *p.* 34 *not.* 1 *c.* 22 *not.* 2 *etc. Idem in Landabrigda-b. v. c. c.* 46 *ubi qvinqvies II. p.* 342. 344. 345 *occurrit. Qvibusdam tamen in locis vice versa Cod. A hanc formulam addit, Codex vero B eam omittit. Festa-b. c.* 13 *I.* 324. *Vigsl. II. c.* 14 *II. p.* 19 *c.* 76 *p.* 119. *Kaupa-b. c.* 39 *I.* 443. *Landabrigda-b. c.* 71 *II. p.* 387. *In iis capitibus, qvæ Msc. B omnino omisit A nihilo minus formulam:* "Þat er mælt" *interdum habet v. c. Vigsl. c.* 109 *II. p.* 156.

**) *Cfr. §. 9 p. XXX. Idem qvoque ex solenni ratione, qva unum aliudve caput incipit, recte colligitur; v. c. Sectio libri "Vigslodi", qvæ inscribitur "Rannsocna-Þattr" (Vigsl. c.* 115 *II. p.* 188) *ita incipit:* Þat scal hverr maþr hafa a landi osso er a; nema gefit vili hafa eþr golldit *i. e. qvilibet in terra nostra habeat qvod ipsius est etc. nec non in Þingscapa-Þ. c.* 27 *I. p.* 99: "Ver scolom eiga varþing a landi varo."

tiorem, librarius vero Codicis Magnæani in antiqviorem Codicem inciderit, qvem fida manu exscriberet. At ex criteriis internis elucet, non solum Codicem regium per se esse antiqviorem, sed et eum, qvem librarius transscripsit, ætate cum, qvo librarius, cui Codex Magnæanus debetur, usus est præcessisse.

Si qvæstio hæc de mutua Codicum antiqvitate ex illa sola thesi diimenda esset: qvi Codex plura augmenta habet, idem et recentior, Codex utiqve regius pro recentiore habendus esset, cum plures sectiones, ut supra (§. 11) *ostendi, in hoc Codice inveniantur, qvæ in Codice legati Arnæ Magnæi desiderantur. At talis omissionis ratio idonea suggeri potest. Hic enim librarius aut suo consilio aut potius ejus, qvi hoc opus ei demandavit, librum de ordine judiciario nec non minores sectiones de nomophylace et de dicasteriis prudens prætermisit, cum hæc fere omnia sancita jam nova lege Jónsbók, qvæ ordinem in judicio servando penitus mutaverat, irrita reddita essent. Qvod autem ad illam sectionem attinet, qvæ jus nauticum sistit, idem librarius hoc qvoque superfluum judicavit, cum novus Codex Islandicus tum vigens jus nauticum multo locupletius complecteretur. Huc accedit qvod hi libri sectionesque prætermissi antiqvum colorem præ se ferant, adeoque nulla suspicio adsit, qvod posterioribus demum temporibus augmenti loco legi Grágás superinducti fuerint. Ne autem qvis credat librarium, si ad nsum practicum legis Grágás respexisset, omnem hunc laborem reliqvisset; primum enim hanc legem antiqvam in aliis libris præter eum, qvi jus processuale sistit, fontem legis Jónsbók non exiguum fuisse agnoscitur a viris doctis; deinde ad legem Grágás longo post tempore ut multa ferunt testimonia, recurrebatur ubi in lege Jónsbók sancita qvædam desiderabantur, qvæ terræ incolarumque ratio exigeret* *).

Alia autem est ratio sectionum et capitum in qvibus uterque Codex pergamenus conspirat. Si textus in his comparatur manifestum fit Codicem Arnæanum plura sæpius addidisse, qvæ recentioribus temporibus debeantur. Inter plura hujus rei testimonia hic modo adferam Codicem Arnæanum multo magis ecclesiæ et Episcopis favere qvam regium (cfr. Arfa-þattr *c.* 18 *I. p.* 223, Festa-þ. *c.* 20 *ib. p.* 332), *præceptumque de donationibus filiabus præstandis, qvanqvam filii adsint* (Arfa-þattr *c.* 11 *I.* 204).

Memorabile discrimen inter utrumque Codicem occurrit qvoad sancita si Islandus in Oriente decesserit (Arfa-þ. *c.* 13 *I.* 208), *ubi Cod. regius l. c. not.* 5 *habet bona defuncti consobrinorum filiis vel cognatione propinqvioribus cedere si ea inter tertias natalitiorum vigilias vindicent, alias autem destituta fieri, Codex autem Arnæanus edicit, hæc bona ab hæredibus nullo*

*) *Vide itinerarium Olafsonii et Paulsonii pluribus locis.*

non tempore vindicari posse. Dubium oriretur qvale statutum antiqvius esset, nisi Codex Arnæanus omne dubium tolleret verbis utens: enda er nu heimting til fiarins hvegi lengi sem Þat liggr *i. e. jam hæc bona ab hæredibus vindicari possunt qvamdiu jacent, inde enim patet præscriptionis brevis tempus scriptoris ævo in favorem hæredum fuisse abolitum.*

Additamentum de privilegiis, qvibus Islandi in Norvegia fruebantur probat hujus Codicis auctorem ex priscis monumentis haurire potuisse, qvæ nobis jam interclusa sunt (II, 407-410).

Ad hæc accedunt verba phrasesque Codicis regii majorem antiqvitatem spirantes, qvam qvibus Codex Arnæanus utitur). Hoc adeo verum est, ut Cod. regius uno loco* (Festa-Þ. *c.* 43 *I.* 357 *not.* 2) *formam ethnicam juramenti servaverit:* Þeim se goÞ gramt er Þvi neitar *i. e. idolum (numen) irascatur neganti.*

§. 25.

Ex qvibus partibus lex Grágás antiqvitus constiterit, disqviritur.

Qvoad ordinem sectionum qvilibet compilator utriusque Manuscripti pergameni suo ingenio indulsisse videtur (cfr. Tab. I qvæ §. 22 *sistitur).*

Antiqvitus autem crederem sectionem "Vigslodi" primam et principem partem Codicis Grágás constituisse, verbis Arii Polyhistoris *suffultus. Hæc tamen sectio non totum jus criminale Islandicum, qvod hodie nobis relictum est, complectebatur. Præter alia inprimis illa particula, qvæ "Baugsocna-Þattr" in Codd. Manuscriptis inscribitur (II. p.* 188-197 *in hac nostra editione) multo serius addita est, qvod ex eo manifestum est, cum in Codice regio, qvi solus hanc exhibet, longo intervallo a sectione "Vigslodi" distet (cfr.* §. 22 *p. XLIX). Qvin et affirmandum est magnam partem ipsi sectioni "Vigslodi" posterioribus temporibus additam fuisse, cum Codex regius multa capita penitus omiserit qvæ Codex Arnæanus habet multaque capitibus, qvæ uterque sistit, Codici Arnæano inserta sint (cfr.* §. 22 *Tab. II. p. LIV-LVI)**), adeoque hanc sectionem olim nomini suo melius qvam postea respondisse.*

Cum autem Arius *eodem loco addit multa alia juris capita tum lege comitiali (anno MCXIX) recepta fuisse, nulla ulteriore explicatione addita***), hodie modo conjectura asseqvi possumus, ex qvibus aliis partibus præter Vigslodi jus Grágás dictum antiqvitus constiterit.*

---

*) *Hoc discrimen ex lectionibus variantibus multo clarius apparuisset nisi editor Sveinbioernsen diversam verborum structuram ex Cod. B in notis studio indicare prætermisisset, ne opus jam prolixum nimis extenderetur.*

**) *Contra Codex regius qvædam habet, qvæ Magnæanus ignorat ut eadem tabula observatur.*

***) Þa vas scrifadr Vigslodi oc margt annat i lögom *c. X p.* 66 *editionis Bussæi.*

Dubitari autem non potest sectionem Arfa-þattr *jam tum saltem ex parte exstitisse, cum omnes leges veteres in delictis coërcendis jureque hæreditario certis regulis determinando potissimum versentur.*

Qvæ tum viguere juris normæ circa civium matrimonia eas antiqvitus sectioni de hæreditatibus insertas fuisse crediderim, inprimis cum illæ paucæ numero fuerint ob eam causam, qvod pleraque huc spectantia ex arbitrio pactisve conjugum ejusque, cui uxorem despondendi jus competebat, omnino penderent.

Idem forte de libro, qvi "Omaga-balkr" inscribitur, dicendum, cum regula generalis obtinuit impuberes pauperesque a cognatis eo ordine sustentandos esse, qvo ab intestato ad defuncto succedendum vocarentur.

Sed cum jure ecclesiastico plures regulæ circa sponsalia et matrimonia adoptatæ fuerunt arbitriumque civium hac in re intra arctiores limites restringeretur, ut ecclesiæ catholicæ præceptis qvodammodo satis fieret, necesse habebatur regulas juris civilis de conjugiis adeo augere ut justum librum efficere viderentur. Cum pauperum deiu numerus indies augeretur, crescente utiqve civium numero, statusque politiæ insulæ melius ordinaretur, normæ de alendorum sustentatione adeo augebantur ut in sectionem singularem justæ magnitudinis colligerentur opus esset.

Sectionem de commerciis (Kaupa-balkr) jam antiqvitus adfuisse existimaverim, sed vix singularem de fundorum reluitione (Landabrigda-balkr), qvod eo confirmatur, qvod fines harum sectionum non accurate designati sint, adeo ut Codex regius insignem hujus sectionis partem sectioni de commerciis inseruerit, qvam Codex contra Arnæanus idemque recentior alteri libro assignaverit.

Sectioni de commerciis brevem de re nautica (um skipferd) *appendicis loco additam fuisse existimaverim, serius an maturius non pronunciare ausim.*

Qvanqvam sectio de ordine judiciario vetustissimas regulas manifeste servaverit, qvod ex comparatione cum historiis de Islandorum rebus gestis vel antiqvissimis constat, dubito tamen nihilo minus an ab initio singularem Codicis partem constituerit, cum id analogiæ juris in toto septemtrione servatæ qvam maxime adversaretur; in Codicibus enim legum septentrionalium aut nullus talis liber de jure processuali seorsim agens exstat aut brevissimus, veluti in Norvegia, nihil fere continens qvam præscripta, qvibus necessitas civibus certo numero ex diversis regni regionibus comparendi imponitur.

Antiqvitus itaque hæ juris processualis regulæ aut soli memoriæ tradebantur aut in libris, qvi de aliis materiis agunt, legebantur. Ex qvo autem nomophylaci injungebatur, qvovis

anno formulas actionum remque, ut videtur, judiciariam universam populo recitandi, necesse existimabatur, ut hæc omnia in unum librum colligerentur, sed cum ignoremus qvando illud officium nomophylaci impositum fuerit, tempus quoque qvo hæc juris civilis immutatio efficeretur definire non possumus.

Cæterum, ut hæc obiter moneam, recitatio totius legis Grágás Nomophylaci per triennium præter lectionem annuam juris processualis absolvenda facile ansum præbere potuit ut ille Codex in certas sectiones justæ magnitudinis divideretur.

At multum nihilominus arbitrio librariorum, ut jam supra innui, relictum fuit. Qvin Codex Arnæanus demonstrat librarium, qvem hic Codex presse secutus est, consilium in his ipsis materiis distribuendis mutasse, cum ea capita, qvæ jam in libro de commerciis exscripsisset, iterum in eo qvi de fundis reluendis agit repetat, nec non qvædam alia capita mox ad hunc mox ad alium librum referat, qvanqvam laboris exscribendi pertæsus altera vice hanc repetitionem paucis modo verbis indicet. Præterea singula sancita in diversis capitibus sæpius repetuntur v. c. id qvod de balænæ translatione in fundo communi statuitur in Landabrigda-b. *c.* 69 *in fine (II. p.* 385) *et denuo c.* 72 *in fine (ib. p.* 394) *legitur. Similis vacillatio qvoad ordinem in Codice regio licet non æqve magna observatur.*

In eo uterque Codex cum regius tum Arnæanus conveniunt, qvod jus ecclesiasticum civili præmissum sit. Ad hunc ordinem servandum exemplum Codicum Norvegicorum, qvi ad unum omnes juri civili Kristin-Rettr *præmittunt, librarios tanto magis adduxit, cum evidens nexus inter leges Islandiæ ecclesiasticas et civiles obtineret. Codex autem regius omnes has leges ad unum idemque juris corpus pertinere agnoscens præfationem communem iis præposuit (cfr. p. XXXVIII).*

§. 26.

De locis legis suspectis.

Non reticendum partem capitis in Festa-Þattr *c.* 43 *(I. p.* 357) *non Islandicæ sed potius Norvegicæ originis videri, cum ibi et de Rege et de Comite* (Jarl) *sermo sit. Nihilominus hic locus suspectus in utroque Codice principe occurrit. Fieri tamen potest ut hæc legis dispositio referenda sit ad illa privilegia, qvæ secundum Codicem regium Islandis a Rege* Olao Sancto *tributa fuere, inter qvæ ante omnia nominatur, qvod Islandi in Norvegia iisdem juribus insignibus Odelicorum ac ipsi Norvegi fruantur* (Islendingar eigar at hava hauldsrett i Noregi; *Vol. II.* 407); *unde forte collegerunt libertis prima juventute manumissis utpote pleno jure civium gaudentibus eadem jura ac ingenuis qvoad mulctas ob injurias sibi illatas competere.*

Minori suspicioni subjecta est una alterave formula τον Griþamál *in Vigslodi c.* 112 *(II.* 165*) occurrens ubi Rex æqve ac Papa et Patriarcha nominatur. Cum ejusmodi formulæ pacificationis, qvæ inter privatos usu jam inde a remotissimis temporibus receptæ essent, Christianorum autem sacris adoptatis aliqvam immutationem subiissent, in toto pœne septemtrione essent eædem, nihil ex hac similitudine tuto colligi potest ad originem harum formularum indicandam* *).

§. 27.

De vestigiis antiqvitatis in lege Grágás occurrentibus.

Qvanqvam sancita recentiora multo antiqvioribus interspersa sint, reverentia tamen antiqvitatis effecit, ut qvæ olim majores statuissent, ea in Codice Grágás religiose servarentur, si aliqva ratione cum jure recentiore conciliari possint. Hinc v. c. notio matrimonii eadem fere ratione concepta est ac ethnicismi tempore; hæc enim sunt verba legis in Arfa-þattr *c.* 3 *(Vol. I. p.* 175*)* þa er kona mundi keypt, er mörk VI alna aura er golldin at munde eþr handsaloþ eþr meira fe ella. Þa er brullaup gert at lögum, ef lögraþandi fastnar kono, enda se VI menn at brullaupi et fæsta oc gangi bruþgumi i liosi i sama sæing kono **); *(Tum uxor pretio rite coëmitur, si marca e sex ulnarum unciis constans ad minimum præstita fuerit majorve argenti summa, aut stipulata; nuptiæqve ineuntur si pronubus legitimus uxorem sponderit et sex testes nuptiis adfuerint, sponsusque eundem cum uxore thorum palam conscenderit). Huc quoque pertinet descriptio testium oculatorumque inspectorum in causa homicidii, cum homicida pacem a proximis hæredibus et cognatis necati expetierit in Vigslodi c.* 15 *II. p.* 20 *et* 21 "sva heilan oc hraustan at han se bæþi vegandi oc veriandi fiörs sins oc fiar, scyldi at valda eþa sciota af bendum boga *(i. e. tantæ valetudinis viriumque, ut se corpus suum protegere reique suæ familiari consulere valeat, parmamque portare et arcu adducto jaculari possit) nec non descriptio fatui* Arfa-þ. *c.* 3 *(I. p.* 175*) qvi nescit qvænam pars ephippii eqvo impositi antrorsum vel deorsum vergat etc.*

Hæc antiqvitatis observatio non solum res internas civitatis sed et circa res exteras obtinet. Ita v. c. Rex Britannorum i. e. Rex Waliæ (Breta-Konungr) *nec non Rex Irlandorum* (Ira-Konungr)

---

*) *In Manuscripto, qvod Pausius in lege Gulensi Haconis Adelstenii alumni danice vertenda secutus est, Trygdamál inveniebatur sed mancum, qvod Pausius proinde ex lege vetusta Islandica Grágás supplevit (vide collectionem legum veterum Norvegicarum Pausii. Vol. I. p.* 255. 256*). Sed monendum hanc pacificationis formulam non proprie ad legem Gulensem pertinuisse sed appendicis loco a librario fuisse additam. Neqve partem legis Grágás antiqvitus effecit.*

**) *Eadem fere verba occurrunt in* festa-þattr *c.* 54 *(I. p.* 378*); cfr. et cap.* 6tum *ejusdem sectionis. (I.* 311*).*

ut diversus a Rege Anglorum (Engla-Konungr) *in Vigslodi c.* 150 (*II. p.* 141) *laudatur; Rex quoque Hebridum* (Sudreyinga-Konungr) *locum inter Reges occupat. In Omaga-b. c.* 34 (*I. p.* 299) *non solum de insulis Færoënsibus, Hetlandensibus, et Orcadibus, sed et de Katanesia, regione Scotiæ, sermo est et qvidem ut terris ad Norvegiam pertinentibus.*

Reliqvias juris antiqvissimi in hoc Codice servati verba obsoleta et veteri forma concepta ostendunt, seriora contra statuta mox ex verbis lingvæ recentioris mox ex flectione vocum veteribus non incognitarum cognoscuntur. Sic vox "brudkaup" *passim occurrit ubi de matrimonio ex jure antiqvissimo agitur* Festa-þ. *c.* 6 *et c.* 12 (*I. p.* 311 *et* 313, *nec non p.* 324), *alibi autem potius forma recentior* "brullaup" *usurpatur. Obsoleta illa hujus vocis flectio ad tempus spectat, qvo matrimonium vera erat coëmtio, respondetque phrasi* "mundi keypt" *qvæ de uxore legitima usurpatur in* Arfa-þattr *c.* 3 *et c.* 18 (*I. p.* 175. 223) *).

Hinc veteres appellationes criminum in Codice nostro ad ea designanda ubivis adhibentur additis verbis: "þat heita" *sive:* sa maþr heitir *sive:* calla menn þat *v. c.* "Ef menn setia mann i utsker, sa maþr heitar sær-nar." Ef maþr er settr i gröf oc heitir sa graf-nar *etc. vide* Vigslodi *c.* 90 (*II. p.* 131) *nec non ib. c.* 108 (*II. p.* 152) *ubi legitur:* "þat heita hyvig." *cfr. etiam* Landabr. b. *c.* 5 (*II. p.* 224) calla menn þat egningar qviþ Þingf. þ. *c.* 16 (*I.* 56).

Qvanqvam mutationes additionesqve, cum publicæ tum privatæ, qvas jus qvod hodie Grágás vocatur, subiit, effecerint, ut non adeo multa alliterationum et terminationum vocum leoninarum sive æqve sonantium (*Riim-Endelser*) *exempla inveniantur ac si hoc jus priscam formam penitus servasset, nihilo tamen minus plura loca afferri possunt qvæ tales voces exhibeant majoribus nostris olim acceptissimas, non solum qvia genio populi bene conveniebant sed et qvod multo facilius sancita actionumque formulæ memoriæ his subsidiis infigerentur. Hinc V. Cl.* Jacobus Grimm *Præpositus bibliothecæ electorali Hasso-Cassellanæ, qvi cum in commentatione: Ueber die Poësie des Rechts* **) *tum in doctissimo opere de antiqvitatibus juris Germanici* (*Gottingæ* 1828) *plures ejus modi alliterationes et terminationes unisonas in legibus Germanicis et*

---

*) *Vide Thorkelini jus eccl. Isl. antiqvum c.* 24 *p.* 114 *ubi et vox* Brúdkaup *in inscr. et textu occurrit, et p.* 117 *in nota, ubi locus memorabilis in Hávards-S.* at kaupa kono mundi *laudatur, ubi vox* "mundi keypt" *qvodammodo voci* "guld-fest qvinde" *in lege Scanica III,* 17 *respondet.* (*Cfr. notam meam ad Ancheri historiam juris danici II. p.* 200-203). *In eadem historia vox* "kaupa" *etiam absolute de matrimonio inito adhibetur.*

**) *Hæc inserta est: v. Savigny Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft,* 2ter *Band. Berlin* 1816. *S.* 25-99.

septemtrionalibus occurrentes sollicite congessit in Codice nostro Grágás non ita paucas ejusmodi voces inveniet, qvibus istam copiam novis exemplis augere poterit. Hic modo qvædam loca maxime memorabilia unius alteriusve generis adferam: festa-þ. *c.* 7 þu handsaler mer heiman fylgio meþ inningo oc efningo —— at vellauso oc breclauso*) (*Vol. I. p.* 316 *et* 317) heilt raþ oc heimilt *ib. p.* 317 til socnar oc til sectar Omaga-b. *c.* 50 (*I. p.* 370) luka hurþ oc hiarra Festa-þ. *c.* 6. Ver ec þer allar landznytar a þvi landi, ifalausom lyriti fullom oc föstum (*fuldt og fast*) Landabr. b. *c.* 4 (*II.* 220) (*I.* 313) nas niþ eþr nefa Landabrigd. b. *c.* 13 (*II.* 247) heilan oc hraustan Vigsl. *c.* 13 *II. p.* 20) vegandi oc veriandi *ib.* (*ib. p.* 21) fegriþ oc fiörgriþ (*ib.*) til farnaþar oc til ferþar — til happs oc heilla satta (*ib.*) hyggiendr eþr hollendr (*ib.*) til heilla satta oc hollrar veizlo (*ib.*) *Notæ sunt proscriptionis formulæ alliteratæ:* oölan, oferiandi, oraþandi Omagab. *c.* 49 (*I.* 369); *sæpius occurrit* lögom oc lofom (Lögr. þ. *I.* 4) godorþ fullt oc fornt (*ib.*) *et* Þingsk. þ. *c.* 1 (*I.* 15).

Hanc rem mitto et ad alias antiqvitatem redolentes transeo. In denunciationibus, interdictis, actionibus, exceptionibus, actibusque ad jurisdictionem pertinentibus formulæ verborum ita concipiebantur, ut vox princeps sæpius et cum novis adjectis sive cum alio substantivo adjectivi vice fungente repeteretur, ut vis hujus vocis augeretur v. c. Hann scal nefna ser vatta aþr hann före lyrit fram i þat vetti at ec ver lyriti, goþa-lyriti, lög-lyriti fullom domendom at döma um söc þa *etc.* (Þingsk. þ. *c.* 38 (*I. p.* 111) ec vinn eiþ —— vefangs eiþ *c.* 23 (*I.* 70) ec vinn eiþ at bok, fimtardoms eiþ *ib. c.* 26. 27 (*I.* 74 *et* 75) ec lysi söc, omaga söc (Om. b. *c.* 7 (*I. p.* 252) stemni ec til alþingis oc lögstefno (*alio loco*) *nec non:* ec spyr Goþa alla i heyrandi hlioþi at lögbergi — spyr ec lögspurning (Þingf. þ. c. 3 *p.* 19)**).

Eodem tendit etiam cumulatio adjectivorum v. c. in juramento actoris; hialpe mer sva guþ i þvisa liosi oc auþro sem ec mun sva sökia söc mina a hendr hanom —— sem ec hygg sannast oc rettast oc hellzt at lögom Þingf. b. *c.* 27 (*I. p.* 75); *nec non comprobatorum eodem loco ut et rei ib. c.* 28 (*ib. p.* 76) *cfr. c.* 6 *p.* 28. (*Vide* Niáls S. *p.* 252 *et passim*). *Eandem vim habet cumulatio substantivorum æqvivocorum v. c.* lysi ec (omaga) til varþveizlo oc viþtöko oc framförslo (Omagab. *c.* 7 (*I.* 252).

*) *Eadem formula* "vellaust oc breclaust" *etiam occurrit in* Þingf. þ. *c.* 52 (*I.* 137).

**) *In formulis, qvæ in Niáls-S. et aliis narrationibus vetustis occurrunt, hæc eadem repetitio servatur, qvod demonstrat tales formulas antiqvo usu longe ante fuisse receptas qvam in Codicem legum translatæ fuerint. (Vide Niála c.* 136 *p.* 118 *c.* 143 *p.* 232. 233 *et centies).*

Maxime autem faciebat ad formulas forenses augustiores reddendas, qvod vox princeps initio singularum periodorum repeteretur v. c. ec stefni N. N. um þat er hann toc eigi vid barni —— stefni ec hanum til gialda — stefni ec hanum til þings; Omagab. *c.* 49 (*I.* 368). *Similiter in alia formula ejusdem capitis verbum* "ec qved" *qvater eodem modo repetitur, nec non in alia formula verbum* "ec tel" *qvater ib. p.* 369 *et verbum* "ec lysi" *itidem qvater ibidem occurrit. Vigslodi c.* 23 (*II. p.* 39) *formulam sistit, qva verbum* "ec qved" *qvater simili ratione occurrit et itidem* "ec lysi" *).

Formulæ Islandicæ non solum usum primæ et secundæ personæ cum aliis medii ævi communem habent, sed et hoc peculiare ut pronomen substantivum "ek" (*ego*) *in singulis commatibus primo loco positum semper recurrat, qvo non potuit non nova vis talibus formulis accedere, ubi in comitiis forisve in maxima hominum freqventia ederentur, ut ex locis jamjam allatis patet, qvæ facile qvam plurimis exemplis augere potuissem, nisi hoc supervacuum duxissem.*

Servavit et hunc priscum colorem jus nostrum qvod et tempus et spatium observationibus, qvæ in sensus hominum vel rudium incurrunt, definiatur.

In jure veteri eccl. Isl. c. 7 *definitur locus, in qvo homines sepultura honesta interdictos sepelire licet ita, ut saltem jactu sagittæ a fundo area septo distet ubi nec ager est, nec pratum, nec unde aqva ad villam fluit,* scal þar grafa er firr se túngardi manz enn i örscotz helgi oc þar er hvártki se akr ne eng oc egi falli vötn af til bólstada. (*vide edit. Thorkelini p.* 38 *c.* 18) *die Saturni sarcinas portare licuit donec sol adhuc hastæ magnitudine a terra distet* (Ef maþr ber klyfiar Þvattdag .... oc á at bera til þess er sól er scapthá *ib. p.* 94); *idem eodem loco de conviviis nuptiarum edicitur. Descriptio autem accurata hujus postmeridiani temporis occurrit cod. cap. p.* 96 þá er sól scapthá ef maþr stendr i fiauro þar er mötiz siár oc land at hálfföllnom siá, oc mætti hann siá i haf ut þá er sol gengr at vatni. Enda syniz honom sva ef spiót væri sett undir sólina þat er sva væri scept at maþr mætti taka hendi til fals, at oddrin töci undir sólina, enn spiótzscaptz halinn i siáinn nidr ef i heidi mætti siá, oc mælti hann niú fet fra (*i. e. ex versione Thorkelini: Sol hastile altus est si cui, littore, in terræ marisque ad dimidium refluentis confinio insistenti, solemque ad oceanum appropinqvantem* (*i. e. ad occasum vergentem*) *prospicienti videatur, qvod hastæ adeo longi manubrii, ut cuspidem manu asseqvi possit, si sub sole erigeretur, cuspis solem,*

*) *Cfr. Niáls-S. diversis locis sed potissimum p.* 232 *ubi qvater repetitur verbum* "ec nefni" *et p.* 233 *ubi* "ek lýsta" *similiter qvater et iterum ead. pag. qvinqvies occurrit.*

pars vero hastilis inversa mare contingeret, 'si solis ab oceano distantia sudo coelo observari possit isqve novem pedes ab hasta retro metiretur). Huc etiam facit qvod eodem cap. statuatur, omnem laborem tempore, qvod "Eyed" *dicitur, cessare debere, sed* "Eyed" *ibidem definitur cum sol cursus sui diurni in tres partes divisi duas percucurrerit, tertia autem supersit* *). (*p.* 92. *cfr. p.* 94).

In parte civili juris Grágás simili ratione tempus definitur. Sic v. c. in sectione de judiciis c. 5 *edicitur judices ad rupem juris dicundi serissime accedere debere ad assessores tribunalis rejiciendos, cum sol e nomophylacis sede in hoc tribunali occidentali chasmatis rupi superinstare videtur.* (Ver scolom fara til lögbergs a morgin oc færa doma ut til hruþningar, sva it siþarsta, at sol se a giahamri enum vestra or lögsögumannz rumi til at sia a lögbergi; *Vol. I. p.* 26). *Idem edicitur c.* 9 (*p.* 37) *qvoad judicia formata. Cap.* 6*to* *præscribitur rejectionem judicum non plus temporis absumere debere qvam dum sol campo comitiali alluceat* (Eigi scal dom ryþia lengr enn sol komi a þingvöll *l. c. p.* 34). *Eadem sectione cap.* 17 *cavetur judices die Saturni ad rejectionem Assessorum ob exceptiones a partibus litigantibus oppositas exire debere et in loco judicii permanere, donec sol campo comitiorum (die dominica) illucet, si tum siccis pedibus in insulam (ubi judicium habebatur) non eatur.* Domar scolo utfara þvattdag oc vera uti til hruþningar unz sol kemr a þingvöll (drottinsdag), ef þa ma eigi ganga þurt i holminn *c.* 16 (*p.* 54). *Cap.* 53 (*I. p.* 138) *statuitur: Si actor evocatos* (qvidr) *producere moretur donec sol campo comitiali allucet* (unnz sol kömr a þingvöll) *reus a veridicis absolutus censendus est.*

Landabr. b. *c.* 41 *p.* 322 *edicit qvoad judicium circa lites de compascuis ortas habendum, qvod auctoritates proferendæ sint anteqvam stella oritur* (aþr stiarna komi a himin) *sed eadem nocte sententiam ferre licebat.*

"Hirdis rismál" *ex Landabr. b. c.* 5 *ita definitur:* Han scal fundit hafa fe sitt er sol er i austri miþio, þat heita hirdis rismal *i. e. pecudem pastor colligere debet anteqvam sol est medio oriente; hoc vocatur tempus surgendi pastoris* (*II. p.* 224).

In nostro codice sæpius spatium definitur ex jactu sagittæ (Örscot). *Sic* "Vetvangr" *definitur in Vigsl. c.* 14 (*II. p.* 19) *omne spatium qvorsum sagitta loco, qvo aggressio primum fiebat, emissa ad qvatuor plagas ferri poterat* (þat scal vettvangr vera er öro ma sciota a IV vega or þeim staþ er et fyrsta laupit varþ *etc.*) *Serius ut videtur hoc spatium ita de-*

---

*) *Hinc qvi operi rustico vel alii labori incumbunt a poena lege præscripta ex hoc jure liberantur si probare possint coelum adeo nubilum fuisse ut solem iis videre non licuerit.*

terminabatur, ut semper 240 *orgyæ* (*s.* 720 *ulnæ*) *a loco rei gestæ ut centro qvoquo versum computarentur, ut litibus de numero passuum qvorsum sagitta ferri possit in posterum occurreretur* (*Vigsl. c.* 51 *II. p.* 91 Örscotz hælgi er nu tvav hundroþ lögfaþma XII röþ a slettum velle) *). *Hinc dimicantes tum demum a se invicem ope succurrentium separati declarantur si alter alterum sagitta non amplius petere possit* (*Vigsl. c.* 14 *II. p.* 19). *Similiter tria illa loca, qvibus relegato* (fiörbaugsmadr) *commorari licuit, ex jactu teli definiuntur* (Þingsk. þ. *c.* 33 *I. p.* 89). *Eodem loco relegato injungitur, ut, si aliis civibus occurrat, via ita discedat ut alter eum cuspide hastæ ferire non possit* (at þeir umtaki eigi spiota oddom til hans). *Ex teli jactu definitur qvoque spatium qvo exsul et relegatus securitate frueretur dum peregre proficiscendi causa cum nautis in tentorio commoratur* (Þingsk. þ. *c.* 34 *ib. p.* 91). *Eadem ratione locus judicii, qvod de litibus ex compascuis ortis pronunciare debuit, definitur* (Landabr. b. *c.* 46 *II. p.* 324). *Si domus condominiorum a compascuis nimis remotæ fuerint judicium habebatur intra terminos teli jactus a prati stercorati sepimento et ubi nec ager nec pratum* (*ib.*)

Tempus qvoque ex ictu sagittæ interdum definitur. Exemplum præbet Vigslodi c. 68 *II. p.* 110 *ubi relegationis poena statuitur ei qvi alterum tamdiu detinuerit ut eo tempore telum jaci potuisset.*

Mireris autem juris proverbia in toto hoc codice vix occurrere, qvam omissionem eo minus explicare valeo, cum ejusmodi dicta eaque vi verborum se maxime commendantia non solum in aliis legibus septemtrionalibus sed et in historiis Islandorum sint freqventissima.

§. 28.
Comparatio hujus juris cum jure Islandico vetustiore qvoad modum procedendi, potissimum in causis criminalibus.

Si jus, qvod in Grágás continetur, cum jure vetustiore, qvod ex historiis Islandorum de iis rebus, qvæ ante hanc legislationem acciderint, conferamus, manifestum fit, veteris juris regulas, qvantum fieri potuit, sollicite fuisse servatas, adeoque illam vocem, qvam Angli inde a remotissimis temporibus in ore habent, "jura mutari nolumus" per multa etiam secula in Islandia æqve ac in toto septentrione fuisse auditam. Cum ejusmodi comparatio faciat non solum ad eorum sententiam penitus refellendam, qvi legem Grágás ex fontibus peregrinis, potissimum jure Norvegico, derivare student, sed etiam explicationi cum legis Grágás tum historia-

---

*) *Observandum est qvod Codex regius hanc definitionem omiserit* (*cfr. II.* 90 *not.* 1), *id qvod hanc determinationem serioris esse originis confirmat.*

rum veterum Islandicarum inserviat, hic eam collationem qvodammodo instituam. Lector autem ne talem comparationem ad ungvem factam hic exspectet, cum illa plus temporis exegisset qvam huic rei impendere potui. Qvævis fere ex historiis de rebus Islandicis huic usui inservire potest, nulla autem magis qvam Niáls-Saga, cum hæc magna ex parte in actionibus forensibus exponendis versetur auctorque hujus historiæ ipse juris patrii optime gnarus fuisse videatur.

Si illam actionem forensem, qvam hæc Nialis historia præter alias accuratissime exponit, contra Flosium ejusque socios ob incendium mortemque Nialo ejusque uxori filiisque universæque domui illatam instituta exceptionesque, qvibus rei utebantur ad hanc actionem qvalitercunque elidendam, replicationes et duplicationes partium litigantium cum iis qvæ in Codice Grágás leguntur, partim in ea sectione, qvæ de jure processuali agit (Þingskapa-Þattr) *partim in illa, qvæ jus criminale* (Vigslodi) *sistit, apparebit qvantum ordo judiciorum in causis criminalibus in hoc Codice præscriptus cum eo, qvi longe ante apud Islandos obtinuit, conveniat, et præterea intelligetur eum, qvi hinc illinc occurrit, dissensum non ita magnum inde ortum fuisse ut tricis cavillationibusque forensibus, qvibus, ut usus docuerat, omne jus sæpius penitus evertebatur, obviam iretur.*

Ex hac comparatione discimus causam homicidii jam initio Seculi 11*mi* *) *eadem ratione fuisse præparatam ac Seculis* 12*mo et* 13*io*. *Jam tum ejusmodi causa ab actore competente viro juris consulto et præpotenti sæpius mandabatur ab actore competente adeo ut dominus litis fieret* **). *Hinc illam mandati formulam, qva Mördo Valgardi filio tota causa a Kario et Thorgeiro, ut proximis e lege actoribus, committebatur duobus testibus præsentibus (nec non legitimam mandatarii responsionem) legimus in Niáls-S. p.* 217 *(p.* 478 *versionis latinæ), qvæ satis bene convenit cum illa qvam præscribunt* Þingsk. Þ. *c.* 40 *(I. p.* 118) *et* Vigslodi *c.* 41 *(II. p.* 80). *Deinde novem accolas ciebat* ***), *qvorum saltem major pars in loco*

---

*) *Eundem ordinem exeunte Seculo* 10*mo obtinuisse in causis homicidii ex eadem historia Nialis patet potissimum ex cap.* 74, *qvod de actione a Gizure Albo adversus Gunnarem anno ex computo* 992 *instituta ob cædem Thorgeiris Otkelis filii (p.* 109-111 *vers. lat. p.* 226-230).

**) *Tale mandatum in Islandia multo freqventius erat qvam in regnis septemtrionalibus cum ob multo majorem difficultatem omnes solennitates jure præscriptus sive in actione sive in defensione rite peragenda observandi, qvæ singularem juris peritiam desiderabant, tum ut pars litigans patrocinium viri potentis et popularis sibi conciliaret. Illi autem ad causas graviores suscipiendas erant eo paratiores, qvo majorem celebritatem adipiscebantur, si exitus votis responderet, qvantumvis præmium laboris sibi stipulari non licuit; cfr. p. LXIV not.* *).

***) *Ex Eyrbyggia-S. c.* 22 *p.* 100 *discimus olim (sub finem Seculi* 10*mi) in causis homicidii juris fuisse reum coram vel saltem domi citare nec accolas prius advocare qvam causa in foro*

criminis commissi (vetvang) *proxime habitabat**), *ut de crimine sententiam suam in foro, cum causa ageretur, legitime pronunciarent testesque duos, qvi de hac evocatione testimonium ferrent* (*Niáls-S. p.* 218 *et p.* 479 *vers. lat. cfr. Vigsl. c.* 14. 22. 23; *II. p.* 19 *p.* 37-40). *Jam inde ab antiqvissimis temporibus exigebatur, ut cognatio vel affinitas etiam tertio gradu cum actore vel reo accolas ab hac functione excluderet nec non post christianorum sacrorum adoptionem cognatio spiritualis primo gradu, qvod æqve in lege Grágás cautum est* (*Niáls-S. p.* 235. 236, *p.* 516-518 *versionis lat. Þingsk. Þ. c.* 16, *I. p.* 50). *Ex hoc jure æqve ac ex Niáls-S. admittebatur inter evocatos qvi comitiale tributum solvebat etiam inqvilinus si simul fundi dominus esset vel pecore lactario uteretur vel famulum haberet* (*ÞÞ. c.* 16 *I. p.* 50) *Vigsl. c.* 25 (*II. p.* 42) *et inprimis Niáls-S. p.* 236 *et p.* 518-520 *vers. lat.*

Eadem historia innuit, qvod necesse jam tum duceretur, ut singula vulnera lethalia in occiso obvia, si homicidium a pluribus patratum fuisset, ejus auctoribus nominatim alta voce ab actore principali sive ejus mandatario deferrentur primum accolis evocatis, dein in foro cum causa ageretur; vide inprimis Niáls-S. (*c.* 113 *p.* 172, *p.* 382 *versionis latinæ*) *in relatione de accusatione ob cædem Höskuldi, pontificis Hvitanesii.*

Seqvebatur dein denunciatio actionis eadem pæne formula ex jure antiqvissimo ac ex Vigslodi. (*Niáls-S. c.* 142 *p.* 229. 230 *vers. lat. p.* 503-506. *Vigsl. c.* 46 *II. p.* 85. *Þingsk. Þ. c.* 2 *I. p.* 18).

*Cum dies in foro actioni constitutus esset et ex sortilegio causa deducenda***), *primum*

---

domicilii ageretur; (Þvíat Þat voro Þá lög at stefna heiman vígsök sva at vegendur heyrdi edr at heimili Þeirra oc kvedia egi búa til fyrenn á Þíngi).

Qvod novem evocati antiqvitus æqve in causis civilibus gravioribus sub poena nullitatis adhibendi essent ac in causis criminalibus ex Niáls-S. c. 60 *p.* 93 (*vers. lat. p.* 186) *colligere licet, cum Asgrimus Ellidagrimi filius, vir cæteroqvin ob jurisprudentiam inclytus, propter hujus præscripti neglectum justissima hereditatis petitione in foro pæne cecidisset, nisi Gunnar adversarium ad duellum provocando ipsum ab hac jactura vindicasset.*

*) *Hic observandum, qvod Grágás diserte statuat legi satis fieri si modo qvinque ex his novem accolis loco delicti proxime habitarent, qvod qvidem etiam eo tempore juris fuit, qvo actio adversus Flosium ejusque socios ob incendium Nialis institueretur, sed tum hoc jus adeo incognitum fuit ut legifer Skaptius miraretur, Niale summo in Islandia Jureconsulto mortuo, esse etiamnum qvi hoc scirent præter se* (*cfr. Niáls-S. c.* 143 *p.* 238 *et p.* 523 *vers. lat.*) *Præterea eadem lex in favorem actoris sanxit, ut si vel major pars accolarum non juste vocati fuissent, actio tamen procederet, si actor juramento affirmaret se credidisse accolas evocatos fuisse proximos, sed ob culpam commissam tres marcas solvere tenebatur. Sine ulla ratione existimat* Johnsonius *in vers. latina historiæ Nialis p.* 521 *not.* 9 *hoc jam antiqvitus juris fuisse.*

**) *De hac sortitione loqvitur Niáls S. c.* 143 *p.* 232 (*vers. lat. p.* 509) *cum qvo loco conferenda*

actor reum vel ejus mandatarium invitavit ut juramento a se præstando suæque causæ deductioni aurem præberet (Niáls-S. p. 232 cfr. þþ. *c.* 11, *p.* 39, at hlýda til eiþspiallz mins oc til framsögo sakar); *dein calumniam cum ejurasset*); actionem instituebat eadem solemni formula, qvam cum in denunciatione causæ judiciali et in citatione prius adhibuisset, eamque super capita ejus assessoris tribunalis, qvi a parte actoris causa perorata eam ad totum tribunal referre debuit, recitavit. (Niáls-S. c.* 143 *p.* 232 *vers. lat. p.* 507 *et* þþ. *c.* 12 *p.* 39. *Vigsl. c.* 21 *II. p.* 34–37). *Hoc tamen temperamentum Grágás addidit, ut reum et aggressionis violentæ et damni dati una eademque formula insimulare liceret, cum olim ut ex Nialis historia loc. cit. nec non c.* 74 *p.* 110 *seqv. apparet, eadem qvidem actione, sed diversis formulis fieri deberet. Sin autem actor hoc novo beneficio uti neglexisset duasque formulas adhibuisset, duæ inde causæ oriebantur. Cum facile in formulis recitandis peccaretur, talisque error ipsam actionem inutilem redderet, actor cautus facultatem errorem admissum corrigendi sibi diserte reservavit. (Cfr. Niáls-S. l. c.)*

Testes tum produxit qvi denunciationem rei et in loco criminis et in judicio ab actore rite factam fuisse nec non denominationem novem accolarum ipsamque actionem recte institutam jurati assererent, et qvidem super capite Referendarii tribunalis a parte actoris. Testium effato his congruo prolato actor novem accolas considere jussit reum simul provocans ut exceptiones, si qvas haberet, contra eos proferret (at ryþia qvid) *cfr.* þþ. *c.* 16 *et Niáls-S. p.* 234 *et vers. lat. p.* 514 **). *Reo exceptiones opponente, actori eas refellere licuit, et si ille iis non renunciasset, judices de earum vi pronuntiabant***). Tum accolæ evocati, si admitteren-*

lex Grágás þþ. *c.* 10, *qvod cap. inscribitur* um hlutfoll *(de sortitionibus) Vol. I. p.* 37, *ubi accurate definitur qvomodo hæc sortitio procedere debuit.*

*) *Hoc juramentum calumniæ actoris accurate indicatur in* þþ. *c.* 27 *(I. p.* 74. 75*) ratione judicii qvinarii* (fimtarþings-dom) *nec non defensoris rei (c.* 28 *p.* 76*). Hic observandum, qvod cum tribunal qvinarium formaretur totus ordo judiciarius adeo accurate definiebatur, ut etiam cæteris tribunalibus exemplar esset. Hinc intelligitur, cur in Niáls-S. c.* 45 *p.* 242 *dicatur de novem accolis:* "þeir haufdo allir vunnit fimtardoms eid" *et postea:* báru þeir þá sva scapadan fram qvidin i fimtardom *etc. qvanqvam ea causa adversus Flosium in foro qvadrantis judicii universalis non vero in foro qvinario ageretur. Inde quoque explicatur, cur plura qvæ ad ordinem judiciarium in universum pertineant neqve judicii qvinarii proprie erant, in Grágás nihilominus in iis capitibus occurrunt qvæ de hoc judicio agunt; qvæ enim ab initio de hoc tribunali statuta erant, ea usu postea ad cætera fora trahebantur.*

**) *Hæ omnes actoris partes in Niáls-S. plus una vice enumerantur (vide cap.* 74 *p.* 110*) vers. lat. p.* 229 *et c.* 145 *p.* 243 *vers. lat. p.* 534.

***) *Reo exceptiones proferente, qvæ manifeste eo tendebant, ut actio inutilis redderetur* (þings afglapan), *neqve eo fine ut coram tribunali qvinario causa melius ventilaretur Grágás poenam*

tur, jurejurando præstito qvæ acta essent coram tribunali exposuerunt suamque de accusatione sententiam ad actionem attemperatam pro reo vel contra reum proferebant, ita ut unus verba præcineret cæteris eadem succinentibus (samqvædi); *sed, si dissentirent, illi, qvi potiores numero essent, hoc munus implebant* *). *Non vero iis licuit qvid juris esset definire* (Þþ. *c.* 62 *I.* 167). Eigi eigo buar enn at bera um þat hvat lög ero a landi her) **). *Reus juramento calumniæ præstito actionem qvoad ipsam causam impugnaturus qvinqve e novem accolis ab actore productis ad suam defensionem evocavit, qvi* "biargqvidar" *nuncupabantur* (*cfr. Niáls-S. c.* 75 *p.* 110. 111 *vers. lat. p.* 230 *ubi hoc luculenter exponitur*); *si autem actor eos non rite evocasset reus alios eorum loco substituere poterat, sed actorem ad exceptiones contra illos proferendas anteqvam effatum proferrent provocare tenebatur* Þþ. *c.* 16 (*I.* 55) *et cap.* 19 um vörn (*de defensione; ib. p.* 60. 61). *Cum partes litigantes perorassent e qvatuor judicum dodecadibus sex a parte actoris et sex a parte rei eximebantur, ne amplius qvam tres dodecades sententiam ferrent; si autem reus sex e numero judicum eximere detrectaret, actor solus duodecim excludebat, cum ex juris rigore sententia a pluribus qvam triginta sex judicibus lata nullitate laboraret; vide Niáls-S. p.* 244, *vers. lat. p.* 536 *qvocum Grágás omnino convenit* Þþ. *c.* 28 (*I. p.* 78) Ef hann (*reus*) vill þa eigi or taca dominn þa scal socnarinn taka þa or hvaratveggio. Enn ef socnarinn vill þa eigi or taca dominom þa er onyt söc hans.

Causam cum utraque pars perorasset et judicio rite formato alius e judicibus, qvi Referendarii partibus pro actore, aliusque qvi eodem munere pro reo fungebatur (sive a partibus litigantibus sive sorte electus) totam causam tribunali exponebat. Þþ. *c.* 21 um reising (*de recitatione causarum*) *I. p.* 63. 64 *qvod olim qvoque obtinuisse ex historia Nialis* (*p.* 243 *vers. lat. p.* 534) *aliisque patet. Anteqvam judices suffragia tulere illi, qvi forte juramentum judiciale nondum in alia causa præstiterant, prius jurare tenebantur se juste et ex intima persva-*

---

statuit relegationis et actore tum postulante ut in causa principali sententia ferretur, judices ita pronunciare tenebantur ac si probationes actoris non impugnatæ fuissent (Þþ. *c.* 22 *I. p.* 67). *Ejus rei vestigium in Niáls-S. c.* 145 *p.* 240 *et* 241 (*vers. lat. p.* 529. 530) *et forte etiam alibi occurrit. Contra olim actor ob ineptam cumulationem causæ ad se non pertinentis cum sua relegatione puniebatur; Niáls-S. c.* 56 *p.* 87. 88 (*vers. lat. p.* 174. 175).

*) *Actor ipse tenebatur hos evocatos provocare ut sententiam suam libere proferrent.*

**) *Eatenus tamen juris rationem habuerunt, qvod si actor ex eorum opinione incompetens esset hanc actionem instituendi, sententiam suam de delicto commisso tribunali aperire jure detrectabant. Exemplum suppeditat Niáls-S. c.* 56 *p.* 87 (*vers. lat. p.* 172) *in lite inter Geirem Pontificem et Gunnarem, in qva evocati de cæde Odolfi nihil pronunciare voluere, cum actor principalis solusque competens in Norvegia esset.*

sione sententiam laturos. Si in diversa judices suffragia irent, ea sententia prævaluit, a qva plurimi stitissent; si discessio judicum (véfang) *fieret duæque sententiæ contrariæ ferrentur causa ad forum qvinarium deferebatur* Þþ. *c.* 23 (*I. p.* 69–71) *cum qvo Niáls-S. c.* 145 *p.* 240 (*vers. lat. p.* 528) *comparanda* *). *Si actor vicisset, ipsi exsecutio sententiæ mandabatur in judicio bonorum occupandorum* (feransdomr) *a judice competente* (Godi) *inde ab antiqvissimis temporibus formato peragenda.* (*cfr. Niáls-S. c.* 145 *p.* 240 *vers. lat. p.* 530).

§. 29.

Comparatio juris antiqvissimi et Grágas qvoad competentiam actoris, probationis instrumenta, litiumque forensium compositionem, transactionem partium et effata arbitrorum.

Jam jure Isl. antiqvissimo constitutum erat, ut is actionem adversus delicti reum institueret, qvem ea res proxime tangeret (sakar-aþili), *adeoque in causa homicidii filius occisi, si sui juris esset, alias proximus agnatus et eo deficiente cognatus, cui in præmium actionis dimidia pars bonorum rei ob crimen commissorum obveniebat præter eam, qvæ ad ipsum ut agnatum vel cognatum occisi ex mulctis* (baugr vel nefgilde) *pertinebat Vigsl. c.* 41 (*II.* 81). *Foeminæ autem a tali actione instituenda excludebantur vi legis jam occasione homicidii in* Arnkillum *commissi ethnicismi tempore anno* 993 *latæ* (*Eyrbyggia-S. c.* 38 *p.* 195), *sin autem nupta fuerit ejus nomine marito actio competebat. Vigsl. c.* 35 (*II. p.* 195).

In causis stupri is, cui jus stupratam despondendi inprimis competebat, proximus actor censebatur.

Si plures actores adessent, qvi competentes viderentur, divinatio qvædam ut olim apud Romanos obtinuit **), *actioque principalis illi tribuebatur, cui jus maxime interesse censebatur, ut delictum pro merito puniretur.* (Þþ. *c.* 40 *I.* 119) *cfr. Niáls-S. c.* 66 ***).

Prævaricationi actoris sollicite occurrebatur Þþ. *c.* 55 (*I. p.* 242) *poena relegationis in hujus delicti reum statuta.* (*cfr. Vigsl. c.* 41 (*II.* 81).

---

*) *Vide omnino de hac judicum discessione, qvæ veri nominis erat, cum judices eandem sententiam foventes mutatis sedibus una sederent, ejusqve discessionis vi notam ad versionem latinam historiæ Nialis p.* 325–328. *Assessor judicii qvi suffragium ferre detrectaret ob turbationem judicii* (þings afglöpun) *poenam relegationis incurrebat.*

**) *Cfr. M. T. Ciceronis in Qv. Cæcilium Orationem de accusatore adversus Verrem constituendo, qvæ divinatio dicitur. Ad hunc morem respicit l.* 16 *D. de accus. et inscript.* (*lib.* 48 *Tit.* 2).

***) *Qvid obtineat si alius qvam actor principalis actionem instituisset, sive errore sive studio, ex* Þþ. *c.* 55 (*I.* 144) *discimus.*

Si illi, ad qvos causa proxime pertinet, actionem instituere sive non possint, sive nolunt, magistratus læsi (godi) *ex officio agere tenebatur, cum is omnes suæ jurisdictioni subjectos contra injurias defendere debuit* *), *tandem omnibus civibus ejusdem toparchiæ vel qvadrantis, qvin et cuicunque civi totius insulæ accusatio, Romanorum actioni populari respondens, competebat. Hinc sæpius occurrit locutio non solum in parte civili juris Grágás sed et in parte ecclesiastica* sá á söc er vill; (*cfr.* Kristinréttr hinn gamli *c.* 10 *p.* 48 *c.* 18 *p.* 98 *ed. Thorkelini*). *Si communitas immediate læsa censeretur actio popularis non solum in subsidium sed statim obtinuit. Qvod hujus actionis ex lege Grágás multo sæpius qvam ex aliis legibus septemtrionalibus usus esset, exinde facile explicatur qvod in Islandia status popularis, in cæteris autem regionibus septemtrionalibus monarchicus obtineret. Ab altera parte accusati absentis defensionem cuivis suscipere licuit, qvamvis nullo mandato ab illo munitus esset* (*Vigsl. c.* 84 *Vol. I.* 126), *cujus rei plurima vestigia in historiis Islandicis occurrunt.*

Extra ordinem socius socii occisi vindex erat legitimus, qvod ex indole talis societatis septemtrionalium more formatæ fluxit nec non ex eo, qvod alter socius alteri ex lege succederet. Vigslodi c. 37 *Vol. I. p.* 72. *Niáls-S. p.* 94 (*p.* 189 *vers. lat.*) *Peregrinorum* d a n i c a *lingva utentium* **), *id est, Danorum, Svecorum et Norvegorum cædem omnibus cæsi propinqvis, si in Islandia adfuerint vel postea advenerint actione perseqvi licuit, sed barbaries medii ævi effecit, ut aliis peregrinis, non nisi patri, filio et fratri adversus cædis auctorem accusandi facultas competeret, neqve hanc qvidem veniam impetrabant nisi antea nati essent* ***). *Sin autem exteri in Islandia matrimonium contraxissent sedemqve ibi fixissent uxoris cognati proximi ejus nomine, qvin et prætor actionem intentabant;* (*cfr. Vigsl. eodem cap. p.* 72. 75. 76). *Exteri autem nave ad Islandiam proficiscentes sub protectione peculiari legum erant per itineris cursum et usque dum ad certum domicilium pervenissent, et nauclerus deficientibus aliis ad pœnam exigendam propius lege vocatis actor fuit legitimus, ipso autem nauclero sive occisore sive occiso*

---

*) *In causis ecclesiam concernentibus Episcopus actor ex regula erat necessarius* (biscup á at ráda fyri söc) *vel actorem constituebat* (biscup scal ráda hverr þá sök scal sökia); Kristinréttr hinn gamli *c.* 3 *p.* 14. 18. *c.* 14 *p.* 68 *et sæpius ed. Thorkelini.*

**) *Voce* D a n i c æ *lingvæ hic ut in aliis locis legis Grágás intelligitur communis lingva, qva trium regnorum septemtrionalium incolæ nec non Islandiæ aliarumque regionum ad Norvegiam pertinentium utebantur, ob rationes qvas hic exponere a consilio meo nimis alienum foret. Id ipsum autem indicio est qvod Codices manuscripti legis Grágás veterem appellationem servaverint, Seculo enim decimo tertio vergente hæc lingva demum "Norræna" dicta est.*

***) *Edictum hic in Grágás occurrere ex verbis Codicis regii colligere licet:* en af þeím tungom er e c t a l þ a nu (*Vigsl. p.* 72 *not.* 2) *cfr. hanc Comm. §.* 18 *p. XLII.*

alii naucleri ejusdem navis si adfuerint, et in subsidium magistratus loci, ad qvem navis appulisset ad causam peragendam ex lege tenebantur (*Vigsl. eod. c. p.* 72–74).

Transactioni etiam in delictis gravissimis locus erat, sed ea lege fieri solebat, ut arbitri ex civibus integerrimis et honoratissimis nominarentur, qvorum laudo æqve ac si res judicata esset reo vel ad poenam proscriptionis condemnato sine ulla tergiversatione obtemperandum fuit, si modo fines mandati non excesserint. Talis transactio, cujus in historiis Islandorum vetustissimis sæpissime mentio fit, etiam extra comitia olim iniri poterat, sed lex Grágás hoc ob abusum metuendum diserte interdicit, qvin et in causis homicidii exigit, ut comitiorum venia prius obtineatur. Vigsl. c. 114 (*II. p.* 173). *In historiis Islandorum sæpius quoque narratur reum læso, cujus integritati fidebat vel cujus potentiam vindictamque maxime metuebat, omnino reliqvisse, ut ipse satisfactionem pro injuria sibi illata competentem ex æqvo et bono definiret, qvod* "siálfdæmi" *vocabatur; cfr. Niáls-S. p.* 54. 71. 77. 80 *et p.* 103. 152.

Gravius autem homicidia aliaque delicta ex pacto transactionis qvam ex legum præscriptis expiabantur; leges enim modo regulam generalem sistebant, nulla fere sortis conditionisque læsorum ratione habita adeoque non securitatem reo a vindicta vivi læsi potentis occisique proximo hærede cognatisque præstabat, nisi tantam satisfactionem mulctamque solveret poenamque sponte subiret, qvæ ex eorum sibique genere et potentia æqvalium judicio pro dignitate viri justa et reatui congrua censeretur.

Dum res ita ventilaretur, "Grid" *reo ejusque agnatis et cognatis tribuebatur, qva a vindicta hæredis occisi ejusque agnatis cognatisve interea tuti præstabantur, sed plenariam et perpetuam securitatem, qvæ peculiari nomine* "Trygd" *vocabatur**), *demum obtinuere ubi transactio inter partes litigantes earumque socios inita fuerit et pecunia iis soluta (vide formulas in Vigsl. c.* 112 *qvod inscribitur* "Griþamal" *et c.* 113 *qvod* "Trigþa-mal" *inscribitur Vol. II. p.* 165–171). *At si aliqvod membrum familiæ huic transactioni non adstipulasset, periculum reo qvin et ejus cognatis semper ab hac parte imminebat, fidem autem legitimo modo datam violare atrocissimum crimen in Islandia æqve ac in universo septemtrione censebatur.* (Gridnidíngr).

Qvod ad probationes forenses attinet, qvibus partes litigantes utebantur, illæ erant vel ordinariæ vel extraordinariæ. Ad ordinarias referendæ qvæ per testes, inspectores oculares nec non evocatos et veridicos efficiebantur. T e s t i u m *usus multo freqventior in Islandia qvam in reliqvo sep-*

---

*) *Non qvidem nego voces "Grid" et "Trygd" interdum in historiis et legibus promiscue usurpari, sed ubi accurate loqvuntur ad illud discrimen semper attenditur, qvod ipsis formulis juri Grágás l. c. insertis omnino confirmatur.*

temtrione, cum non solum ad ipsum factum probandum sed et ad singulos actus forenses adhiberentur. Hinc distingvebantur in lýsíngar-vætti, sakartöko-vætti, stæfnu-vætti *etc.* (*cfr. Niáls-Saga p.* 26. 36. 233). *Si illi, qvi tributo comitiali solvendo pares essent, ad testimonium in summo tribunali* (Alþíng) *proferendum evocarentur, profectionem suis impensis sustinere tenebantur; sin secus eqvum et victum evocans ipsis præbere debuit. Vigsl. c.* 29 (*II. p.* 54) *cfr. c.* 61 (*ib. p.* 109). *Testis ægrotus testimonium edere potuit coram evocante cæterisque testibus, his vero deficientibus coram duobus aliis ad effata ejus audienda nominatis, qvæ ab iis in foro postea repetebantur eadem vi ac si ipse testis in foro comparuisset.* (*Vigsl. c.* 30, *p.* 58). *Testis in navem se recepturus simili beneficio gaudebat* (*ib.*) *Evocatorum* (qvidr) *) *numerus in gravioribus causis major in vilioribus minor, ita tamen ut ille nunqvam ultra duodecim ascenderet, qvi diversa nomina ex causæ indole sortirentur et prouti vel ab actore vel a reo evocarentur. Veridici* (Sannaþarmenn) *semper duo numero erant, eorumque usus præcipuus in foro qvinario qvi bonam fidem justumque procedendi ordinem actoris si ab illo reique si ab hoc producerentur jurati affirmabant, dein ubi qvis asserebat alium proximorem esse ad alendum recipiendum et sustentandum, et tandem si dominus jaculum in balænam ejectum a domino fundi reqvireret ad justitiam petiti confirmandam* þþ. *c.* 27. 28. *Om. b.* c. 7. *Landabr. b. c.* 58. *Nialis historia ostendit veridicos in judicio qvinario inde ab hujus tribunalis prima institutione fuisse adhibitos* (*p.* 241 *vers. lat. p.* 531. 532).

Cum testes, tum evocati, tum veridici partesque ipsæ in causis levioris momenti per civilem suam existimationem affirmabant, (leggi under þegnscap sinn **), *interdum:* at tengþum, Àrfa-Þ. *c.* 7), *in gravioribus jusjurandum præstabant et in gravissimis manu sive cruci sive libro sacro et qvidem majori qvam collari admota* taca bok i hönd ser meiri enn halsbok þþ. *c.* 27 (*I. p.* 75) *codemque cap. in fine:* Menn scolo a boc vinna eiþa þa alla at fimtardomi,

*) *Qvos ego auctoritatem juris Islandi secutus "evocatos" voco, alii inter qvos etiam interpres noster "veridicos" latine appellant similitudine veridicorum (Sandemænd) cum iis de qvibus lex Jutica plura habet in errorem abducti; cfr. indicem verborum huic nostræ editioni adjectam sub voce:* "Qvidr" *(p. 65) qvanqvam plurimum ab his differant, potissimum autem eo nomine, qvod veri essent judices a magistratu ad plures causas maxime criminales graviores dirimendas per annum occurrentes constituti, "qvidr" autem in singulis causis cum civilibus tum criminalibus ab ipsis partibus evocarentur. Eo minus vox "Qvidr" per "veridicos" reddenda est, cum ex jure Islandico vetusto etiam interdum "Sannaþarmenn" i. e. veridici adhiberentur in causis litigiosis, sed hi quoque ab iis veridicis, de qvibus lex Jutica agit, re differebant, qvos proinde idem interpres "comprobatores" (rectius: confirmatores) vertit. Catalogum evocatorum in diversis causis sistit Arnesen in opere: Islandske Rettergang p.* 190-212.

**) *Hæc phrasis quoque ipsi jurisjurandi formulæ interdum inserebatur; vide Niálam p.* 242.

þeirri er heilög orþ ero a ritin oc meiri enn halsbok (*p.* 76) oc scal hann hafa hvartz er hann vill cross eþr bok, meiri enn halsbok*) *Om. b. c.* 7 (*I.* 247 *cfr. p.* 245). *Cum his conferenda est historia Nialis p.* 150 *et* 242 (*p.* 327 *et* 532 *vers. lat.*)

Consacramentalium autem nullus usus apud Islandos obtinuit, qvod eo magis mirum cum iis cæteræ gentes septemtrionales olim æqve ac aliæ medio ævo sæpius uterentur.

*Nulla quoque instrumentorum scriptorum in toto hoc jure mentio fit, qvod antiqvitatem ejus comprobat. Nihilominus hanc probationis speciem ope cleri etiam receptam fuisse eo minus dubitamus, cum tale instrumentum a celebri Snorrone Sturlæo editum hodie etiamnum exstet***).

Ad probationes extraordinarias, qvas Codex Grágás agnoscit, referenda est potissimum illa, qvæ per ferrum candens fiebat, abrogatis vel non usu abolitis jam dudum cum duello partium litigantium sive earum mandatariorum (hólmgángr) *tum ritu subeundi tres cespites in fornicem formatos, ut probationis speciebus****), *qvarum in historiis Islandicis, qvæ majorum res ethnicismi tempore gestas enarrant, mentio fit* (*cfr.* §. 6. *p. XXII*).

---

*) *Ex hac phrasi sæpius in Grágás occurrente intelligitur olim Islandos librum collarem amuleti instar portasse, cui verba sacra inscripta essent loco runarum ethnicismi temporibus. Hæc autem verba potissimum ex formula professionis fidei: credo etc. nec non "Pater noster" constitisse crediderim, cum omni Islando duodecim annos nato sub gravi poena injunctum fuerit hæc memoria tenace ad verbum complecti (cfr. jus eccl. Isl. vetustum c.* 3 *p.* 18) *qvanqvam doctissimus Joh. Johnsonius in notis ad Niális historiam p.* 328 *alia habeat. Cfr. indicem vocum ad hanc nostram edit. sub voce: "hálsbók" p.* 30 *nec non Eddæ Sæmundi T. II,* 195 *et sq.* 925. *Cum autem juramentum tacto libro collari sæpius præstaretur, qvippe qvi semper ad manus esset, gens variis superstitionibus dedita necesse duxit ut jusjurandum in gravissimis causis ad librum sacrum majorem præstaretur, qvo jurans majori religione obstringeretur. Hic tamen liber non universus Codex sacer fuit, qvippe qvi in his plagis qvam rarissime reperiebatur, sed Psalmi Davidis, unum alterumve Evangelium, vel Missale.*

**) *Hoc, qvod antiqvissima membrana Islandica lingva exarata hodie exstans censetur, imprimi curavit Finnus Johannæus in hist. eccl. Islandiæ Vol. I. p.* 206 *not. a.*

***) *De hac probationis specie vide inprimis Viri summe venerabilis* P. E. Müller *Commentationem de vi formulæ:* at gánga undir Jardarmen *editioni Laxdæla-Sagæ a seviris legati Arnæ-Magnæani curatæ adjecta p.* 397. *Locis autem ab ipso laudatis addenda est glossa qvæ habetur in libro de occupatione Islandiæ (Landnama-bok) partis* 3*iæ c.* 4 *ed. Havn.* 1774 4*to p.* 196 *in nota ubi eadem res ac in Vatnsdæla-S. p.* 184 *narratur, sed paucioribus. Conferri qvoque meretur index vocum ab editore* Joh. Finnæo *conspectus sub voce: "Jardar-men" (p.* 491) *cum explicatione Mülleri, ubi observatur qvod "Jardar-men" "cespes virens" respondeat Danico: "Jordmon" nec non sub voce: "men" (p.* 496). *Qvantumvis unus modo locus, ubi de "jardarmen" ac probatione sermo fit, sit Laxdæla-S. c.* 18 *p.* 58-61 *et qvidem in lite de jure succedendi ab intestato, ex eo ipso tamen certe colligitur hanc probationem sæpe fuisse adhibitam. Occurrunt enim verba:* Þorkell þykist einn eiga oc bad gera til skírslu at sid þeirra (*Thorkillus sibi*

De probatione per ferrum candens non tamen in Grágás nisi paucis in locis sermo est; primum in festa-Þ. *c.* 55 (*I. p.* 381) *si illicitæ consvetudinis in certis gradibus prohibitis poenam accusatus evitare studeret exceptione ignorantiæ talis cognationis vel affinitatis; dein ubi qvis adulterii cum uxore alterius insimulatur,* festa-Þ. *c.* 33 (*I. p.* 347), *præterea si foemina ob defectum alius probationis ad hanc recurrat, ut stupratorem de paternitate infantis a se denegata convinceret ib. c.* 45 (*I.* 361). *Accedit, ni fallor, locus qvartus Om. b. c.* 34 (*p.* 299) *si Norvegus absens pater fuerit infantis extra matrimonium geniti, ubi verba:* "at scirslom" *de hac probationis specie non vero de juramento, ut vult interpres, intelligenda videntur; vox enim* scirsla *etiam a Snorrone Sturlæi de ferro candente usurpatur* (*cfr. Arnesenii Islandske Rettergang p.* 175).

Cave tamen ne existimes præter hos casus lege definitos non licuisse ad candentis ferri usum confugere. Ex relationibus enim Islandorum discimus reum sæpius sua sponte transactione cum accusatore se obstrinxisse ut ferrum candens gestaret, qvo accusationem adversus se motam poenamque imminentem, si qvidem illæsus ex hoc experimento discederet, a se averteret. Plura ejusmodi exempla congessit Erici *V. Cl. in notis ad Arnesenium p.* 181 *not.* 138 *eaque ex historia Seculi duodecimi desumta. Talis transactio sæpius quoque in Norvegia obtinuit legibus hoc concedentibus; cfr. jus eccl. Norv. antiqvum c.* 30 *apud Pausium II. p.* 300.

Rationem qva hæc probatio instituenda esset, Grágás non indicat, qvippe qvæ omnibus tum temporis satis nota esset. Uno tantum loco indicat a mare ferrum candens gestandum, a foemina manum lebeti aqva fervente repleto immittendam, festa-Þ. *c.* 55 *I. p.* 381 (eÞr berr hann jarn, eÞr tekr hon i ketil) *qvod cum qvibusdam legibus Norvegicis convenit.* (*vide jus municipale* Biarkeyar-Rétt *apud Pausium II.* 268 *et jus eccl. ib. p.* 300). *Nihilo minus non semper hoc discrimen observatum fuisse crediderim, et neutiqvam a foeminis illustrioribus, cum manus lebeti immissio minus decora censeretur; hinc ex historia Norvegiæ discimus cum matrem Regis Sverreri tum Ingam matrem Regis Haconis Haconidis ferrum candens ad jus filii in regno succedendi asserendum gestasse. Idem quoque statuit lex Fro-*

---

soli hæreditatem competere contendens tecmerion usu receptum obtulit). Þat var þá skírsla i þat mund at gánga skyldi undir jardarmen *(tum temporis fuit tecmerii loco habitum: vivus fuit cespes subeundus etc.) nec non seqventia:* Ecki þóttust heiduir menn minna eiga i ábyrgd, þá er slíka luti scyldi fremia, en nú þykiast eiga kristnir menn, þá er skírslur eru gervar. *(Nec pagani tum minoris æstimabant qvando talia negotia peragerentur, qvam* n u n c *putant Christiani si juramenta perficiantur).*

stensis Haconis Haconidis (apud Pausium II. p. 23. 42) et jus eccl. vetustum c. 3 (apud Pausium II. p. 273).

Torturæ nullum vestigium in toto nostro Codice occurrit præter unum casum, si foemina, qvæ partum extra matrimonium edidisset, nulla alia ratione adigi possit, ut patrem indicaret. Lex tamen cavet ne actor qvæstionem ita adhibeat, ut damnum corpori oriatur, qvod ut eo certius vitetur qvinqve accolis præsentibus instituebatur. Festa-þ. *c.* 33 (*I. p.* 347). *Barbara hæc exceptio ex sollicita modo cura explicari potest, ne familia satisfactione sibi debita privetur neque totum infantem alendi onus in illam cadat* *).

§. 30.

De tribunalium in Islandia forma et jurisdictione ex lege Grágás cum monumentis historicis comparata.

Tribunalia in Islandia jam ante qvam Grágás promulgaretur eadem fere ratione formata fuere ac ex hac lege. ***Ordinaria*** *erant vel inferiora* Varþíng *dicta, vel superiora* Alþíng *et* Fimtardòmr.

Judiciorum inferiorum in singulis toparchiis qvadrantum Islandiæ, qvæ antiqvitus tredecim numero erant **) *(ut supra innui p. XX) ad forum universale relatio eadem mansit ex lege Grágás qvæ antea obtinuit. Non ab illis tribunalibus ad hoc ex regula appellare licuit* ***), *neqve ut in reliqvo septemtrione causæ graviores foro universali reservabantur. Sed electio competebat partibus litigantibus præter causas viliores utrum causam potius coram foro domicilii sive actoris* — (Varþíng) — *sive rei an coram superiore perseqvi vellet* ****) þþ. *c.* 37 (*I. p.* 103) *nisi causæ mulctatitiæ leviores fuerint. Sin autem duo essent actores in eadem causa,*

---

*) *Non tamen dubito qvin servi qvæstioni ad verum elicendum sæpius subjecti fuerint, qvippe qvi a communis juris beneficio essent exclusi. In historiis Islandorum occurrunt exempla qvæstionem in servos alienos in maleficio deprehensos fuisse adhibitam, nec hoc torqventi vitio datum fuisse; multo magis tale jus domino in proprios servos competebat.*

**) *Potuit tamen hic numerus consensu incolarum et magistratuum accedente auctoritate senatus in Althing congregati vel augeri vel minui* þþ. *c.* 39 (*I. p.* 116).

***) *Assertio* Jacobi Grimm *V. Cl. in docto opere: deutsche Rechtsalterthümer p.* 836 *appellationem stricte sic dictam apud Germanos et Septemtrionales a foris inferioribus ad superiora jam antiquitus obtinuisse saltem qvoad gentes septemtrionales erronea esse videtur.*

****) *Singulare est qvod* þþ. *eodem cap.* 37 (*I. p.* 100) *actori relinqvat jus reum citandi ad suum (actoris) forum præ foro domicilii rei:* Manni er rett at stefna i þat þing, er hann er sialfr i, enda er rett at stefna til þess þings, er sa er i, er hann hefir sacir a hendi.

qvorum alter actionem coram foro domicilii alter coram foro Alþíng *instituere vellet, huic ob hanc ipsam postulationem jus agendi illo excluso tribuebatur, qvin et sententia jam in judicio inferiore lata suo jure exigebat ut rescinderetur* þþ. *c.* 40 (*I.* 119). *Si sententia præter hunc casum in tribunali inferiore a judicibus consentientibus lata esset, huic a partibus obtemperandum, sed si assessores judicii in diversas partes abiissent* (vefáng) *vel judicium turbatum fuerit, causa ad tribunal superius deferebatur.* þþ. *c.* 38 (*I.* 107).

Qvilibet ex tribus illis magistratibus qvi eidem jurisdictioni simul præerant, ob hanc mutuam relationem "Samgodar" *dicti, duodecim judices sibi adsciscebat, ut in causis ad se pertinentibus una secum tribunal formarent sententiamqve pronunciarent, sed si qvosdam ex iis partes reprobassent alios eorum loco substituebat.* þþ. *c.* 37 (*Vol. I. p.* 103). *Judicium illud qvod qvatuor primis æstatis* (*i. e. veris*) *septimanis elapsis habebatur, qvatuor ad minimum diebus continuis sed non ultra septimanam in causis dirimendis versabatur. Cfr.* þþ. *c.* 37 (*I.* 99–101) *qvod caput manifeste continet edictum incerti temporis de formatione hujus tribunalis, ut apparet cum ex verbis initio hujus cap.* "Ver scolom eiga varþing a landi voro" *et ex verbis qvibus hoc edictum* (*Nomophylacis*) *absolvitur:* en nu hefi ec talit (*cfr. hanc Diss. p. XLII*) *).

Qvilibet civis jurisdictioni cuilibet magistratui ejus qvadrantis ubi habitabat nomen dare tenebatur, (*cfr.* þþ. *c.* 57 um þingfesti, *Vol. I. p.* 158 *ss.*), *sed ex jurisdictione ejus magistratus, cui subjectus erat, in aliam transire potuit modo hic transitus palam fieret idque vel in comitiis vel in foro vernali manifestet* (þþ. *c.* 60 (*I. p.* 164) *nec non tempore legitimo præterlapso ib. c.* 59 (*I. p.* 163) **), *qvo illi calumniæ, qva Flosius usus est ad actionem adversus se ob incendium Nialis institutam elidendam, clam forum domicilii mutando, in posterum obviam iretur* (*Niáls-S. c.* 142 *p.* 231 *vers. lat. p.* 505. 506) ***). *Ab altera parte*

---

*) *Reliqva pars hujus capitis continet qvæ posteriori tempore addita fuerint* (*Vol. I. p.* 101–104).

**) *Cum enim magistratus* (Godi) *præter illam jurisdictionem non solum imperium in suos curiales in omnibus rebus ad politiam pertinentibus exerceret, sed et patrocinium curialium lege suscipere obstrictus esset, æqvum censebatur, ut singuli curiales inter plures* Samgodar *ejusdem tribunalis, cui subjecti essent, eum sibi potissimum patronum eligerent, in qvo maximam fiduciam collocarent, nec non ei pro arbitrio se subtraherent, si forte tali fiduciæ minus responderet. De auctoritate hujus magistratus late patente, vide* Gunnlaugs-S. *p.* 36. 37.

***) *Ipso facto tamen curiam pristinam relinqvebat, si colonus in alium qvadrantem migrasset. Hic in lege Grágás exceptionis loco additur, qvod qvamvis emigrans in tractu* "Hrútaförþr" *sinum transvehat, nihilominus ad eandem curiam pertineat, cum hic tractus ab utraque parte sinus situs esset, qvod demonstrat qvantum hoc jus Islandicum vetustum opportunitates locorum respexerit.*

autem magistratui jus tribuebatur curialem suum e curia sua removendi, modo id qvatuordecim diebus ante forum vernale curiali indicaret et deinde in eo foro manifestaret (ib. p. 165). *Cum magistralis potestas in bonis esset et jure hæreditario proximis cognatis, qvin et foeminis obveniret, leges statuunt qvando hæc potestas per alios exercenda esset* Þþ. *c.* 61 (*I. p.* 166) *caventque ne abusus hujus potestatis fieret detrimento curialium sive dolo sive culpa. Tum demum curialibus alium magistratum eligendi facultas competebat, si ob nimium abusum munere suo in poenam omnino privaretur* *), *sed electi patrimonium æqve ac olim fiebat adeo ut cognatis jure successionis obveniret, possessorque hoc munus in alium qvovis titulo transferre posset.* (*I. p.* 166).

Ordo judiciarius idem fere erat ac coram foro universali cfr. Þþ. *c.* 37 (*I. p.* 100 *et* 104), *nisi qvod testes hic semper suis impensis comparere tenebantur. Licuit tamen huic ordini forensi foripetarum consensu plura addere modo ea non constitutionibus in foro universali receptis adversarentur.* (Þþ. *l. c. I. p.* 103).

Judicium ordinarium superius "Alþíng" *dictum æqve ac cætera fora Islandiæ nec non totius septemtrionis sub dio habebatur in loco edito* (at lögbergi) **) *in tractu Arnesiensi* (*Arnes-Sýsla*) *prope fluvium* Öxará *huic usui inde a prima hujus tribunalis formatione destinato; Codex tamen Grágás innuere videtur, ut tempestate orta in ecclesia, qvæ inde a christianorum sacrorum introductione hic exstructa erat, haberi possit* ***). *Signum habendi judicii, qvod intra circulum qvendam* (Domhríng) *sanctitate munitum* ****) *formabatur, æqve ac in*

---

*) *Nihilo minus pretium hujus muneris rependere tenebantur incolæ trientis. Hæc enim videtur esse sententia legis ita statuentis:* Nu verdr goþi secr, oc eigo þriþiungsmenn þa goþorþit en virþa scal þat at feransdomi, *(I.* 166*); qvo enim alio fine hæc æstimatio hujus magistratus in judicio bonorum occupandorum fieret?*

**) *Judicia inferiora etiam in locis editis habebantur. Sed ex usu loqvendi distingvebatur inter* þingbrecka *et* lögberg, *altera enim vox de tribunalibus inferioribus, altera de foro* Alþing *simpliciter usurpabatur.*

***) Lögretto-þ. *I. p.* 11 oc þott i kirkio se ef vedr er osvast ute. *Hoc qvidem l. c. proxime edicitur de casu ubi lex proclamanda foret, sed ob paritatem rationis etiam obtinuisse videtur, si jus inter partes litigantes dicendum esset. Antiqvissimis autem temporibus judices in Islandia æqve ac in reliqvo septemtrioni saxis insidebant. Cfr. præf. ad Eyrbyggia-S. p. X.*

****) *Circuli hujus judicialis in Grágás non nisi uno loco fit mentio nempe* Þþ. *c.* 28 *(I. p.* 78*) ratione judicii qvinarii. Vix tamen dubitandum qvin et in cæteris tribunalibus Islandiæ idem mos servatus fuerit, potissimum cum etiam in Norvegia obtinuerit, ut Egils-S. c.* 57 *p.* 340 *et* 350 *ed. Hafn. docet nec non ipsæ leges Norvegicæ vetustæ cfr. legem Frostensem Haconis Haconidis c.* 2 *(apud Pausium II. p.* 14. 15*) ubi significatur hoc esse "jus vetustum" qvod præfecti provinciarum talem circulum forensem* (Vebönd) *in loco foro destinato formare deberent. Idem quoque*

Norvegia tintinnabulo edebatur þþ. *c.* 5 *p.* 27 *cfr. legem Frostensem Haconis Haconidis c.* 3 (*apud Pausium*) *II. p.* 16. *Magni Lagabœter legem Gulensem Norv.* (*apud Pausium I. p.* 11) *et jus municipale Bergense c.* 3 (*ib. p.* 3 *nec non edit. a* Fougner Lundh *curatæ Hafniæ* 1829 *p.* 8). *Dicasterium ipsum tribus subselliis includebatur iisque tam amplis ut in eorum singulis qvaternæ hominum dodecades præter nomophylacem facile sedere possent. In subselliis intermediis e qvovis qvatuor qvadrantum insulæ una Assessorum dodecas magistratu* (Godord) *domi fungens considebat, in duobus autem cœteris subselliis, superiore et inferiore, judices, qvos illi Godar ex tribulibus (singuli qvidem duos) sibi ut collegas adscivissent, locum ita tenuere, ut alter ante alter post suum electorem collocaretur* *). *Aditus intra subsellia, postqvam fori sanctitas verbis solemnibus proclamata fuerat, nemini præter partes litigantes earumque mandatarios tresque asseclas tribuebatur; si qvi in dicasterium ex petulantia incurrerint æqve ac illi qvi tumultu aut vociferatione ordinem in judicio servandum turbaverint relegatione* (fiörbaugsgardr) *puniebantur.* (Lögr. þ. *c.* 4. 5).

Olim partes litigantes cum asseclarum grege armati ad tribunal procedebant, sed hoc, ut videtur, auctoritate Episcopi Gissuri *adeoque inter annos* 1083 *et* 1107 *abolitum fuit* (*cfr.* Kristni-S. *c.* 13 *p.* 116); *hinc* vapnatac *cum in lege Grágás tum in historiis Islandicis pro fine comitiorum usurpatur, qvia tum demum forum freqventantibus arma deposita iterum gestare licuit* (*cfr. indicem h. v.*); *sed negari non potest contra hanc legem sæpius ab Islandis reipublicæ tempore peccatum fuisse, qvare eorum historiæ plenæ sunt perturbationum judiciorum ob pugnas partium et amicorum numerosæque clientelæ vi et armis, non jure, litem dirimere conantium.*

Olim quoque partes magno comitatu stipatæ ipsum judicium adiere, sed lex Grágás hunc numerum ad triginta restrinxit, ex qvibus non nisi tribus venia cancellos fori intrandi concedebatur.

Cum magna vis hominum ad Alþíng *stato tempore confluxit, interque eos plures infimæ plebis lucri captandi causa, necesse fuit ut custodia morum justique ordinis magistratui*

---

in jure Islandico recentiore cautum est. (Vide Arnesen om den Islandske Rettergang p. 575-578). *In Vigsl. c.* 57 *p. II. p.* 96 *distingvitur inter* "þingmark" *et* "þingvöllr". *Illa voce totum campum comitialem, hac eam partem, qvæ tribunali assignabatur, denotari videtur; sed in* þþ. *c.* 39 *I. p.* 116 *nec non c.* 60 (*ib. p.* 164) *vox* "þingmark" *manifeste significat totam toparchiam certis finibus definitam, qvam explicationem solam admittit interpres; cfr. indicem vocum p.* 95. 96.

*) *Errat auctor notæ ad Nialis historiam p.* 329 *asserens omnes hujus tribunalis assessores judicesque electos in uno eodemque scamno consedisse, cum hæc assertio verbis legis Grágás manifeste repugnet.*

cuidam mandaretur. Hic dicebatur "Allsherjar-Godi" *i. e. magistratus universi populi (in comitiis congregati) et in toparchia Arnesensi semper residebat, cujus in historiis Islandorum sæpius mentio fit.*

Universi qvidem magistratus judicesque delegati senatum sub præsidio Nomophylacis, cui uterque insulæ Episcopus proxime assidebant, senatum efficiebant ut legibus corrigendis et interpretandis nec non aliis placitis privatos vel totam rempublicam concernentibus formandis operam darent, sed in litibus dirimendis illi soli Godar *judicesque erant occupati qvi ad illum qvadrantem pertinerent unde causa orta esset, ne nemo suis judicibus natis et legitimis defraudaretur, adeoque* Alþíng *ex qvatuor diversis tribunalibus constabat suam divisam jurisdictionem exercentibus.*

Judicium qvinarium (Fimtardomr) *inter tribunalia ordinaria et extraordinaria fluctuabat. Hoc tribunal, ut supra* (§. 6 *p. XXII*) *dixi, inde a prima ejus formatione, ineunte Seculo undecimo* (*anno* 1004) *ex consilio* Nialis *legem ferente* Skaptio *tum Nomophylace* (*Niáls-S. p.* 149-151 *vers. lat. p.* 322-330) *), *eandem fere servavit formam, adeo ut potissimum eæ causæ hic terminarentur, qvæ ob discessum judicum* (vefang) *exitum in* Alþing *non habuissent vel ob corruptionem judicum partiumque litigantium perversum modum procedendi erroremque in formulis nullitate laborarent* (þþ. *c.* 25, *I. p.* 72, *cfr. Niáls-S. l. c. nec non c.* 145 *p.* 240. 241 *vers. lat. p.* 527 *ss.*); *hinc lis ex pluralitate suffragiorum dirimenda neque discessioni judicum eadem vis ac in foro* Alþing *cæterisque tribunalibus tribuebatur* (þþ. *c.* 28 *I.* 79. 80). *Posterioribus tamen temporibus qvædam causæ huic foro præterea assignabantur, qvæ a prima ultimaque instantia hic dirimendæ essent, v. c. de opitulationibus proscriptis præstitis* **), *de hominum injusta domi retentione, qvi ob æs alienum creditori se addixissent nec non qvædam sacerdotes concernentes.* (þþ. *c.* 25 *in fine*) ***).

---

*) *Arii Schedæ c.* 8 *p.* 50 *ed. A. Bussæi) nihil aliud hac de re habent qvam verba:* "Hann (*Scapti*) setti fimtardóms lög."

**) *Idem quoque edicit jus vetustum eccl. Isl. c.* 13 *p.* 58 *ed. Thorkelini.*

***) *Sectio legis Grágás de jure processuali* (þingscapa-þattr) c. 24. 25 (*I. p.* 72. 73) *manifeste edictum de foro qvinario vel primum formando vel in melius mutando continet, ut ex verbis* "er nu hefir ec talþar" (*I. p.* 73) *elucet. Cum autem ex ampla illa relatione, qvam historia Nialis, de prima fori qvinarii institutione nec non ex fine, qvem in illo formando sapientiores Islandi tum ante oculos habuere, pateat, causas illas peculiares, qvas enumerat lex Grágás, tum non in hoc foro fuisse agitatas, credendum est aut hoc edictum non in Codice nostro legi iisdem verbis ac primitus a Skaptio in comitiis fuit propositum, sed vel corruptum posterioribus placitis vel recentiorem legem hic fuisse insertam, qva prior lex Skaptii in meliorem formam redigeretur. Has vero additiones mutationesque jam initio Seculi duodecimi*

Hoc tribunal in eodem loco, qvo Alþing, *habebatur, ex triginta sex Assessoribus constans, exemtis duodecim a partibus litigantibus**) *ex universo qvadraginta octo judicum numero, qvi ex qvatuor insulæ qvadrantibus, e singulis novem, electi essent.* (Þþ. *c.* 24 *I.* 72 *c.* 28 *I.* 78. *Niáls-S. p.* 243. 244 *vers. lat. p.* 534-536). *Tot judices in omnibus causis, qvæ hujus tribunalis judicio submitterentur, sententiam ferebant nulla habita ratione, qvæ in foro* Alþing, *utrum lis inter unius an alterius qvadrantis incolas intercederet. Lites autem, qvæ a foro* Alþing *huc deferebantur, statim dirimi poterant, nisi ipsæ partes causæ tractationem ad proximam æstatem differri malebant, qvod jam antiqvitus obtinuisse ex Nialis historia discimus* (*c.* 145 *p.* 241 *vers. lat. p.* 530). *Reconventioni etiam hic ut in cæteris foris dabatur locus, sed ad eam demum recurrebatur cum causa actoris peracta esset Niáls-S. p.* 241. 244 *vers. lat. p.* 531. 536. *Totum hoc institutum, qvod Islandis erat proprium tanta solertia erat excogitatum ut finis, qvem sibi hujus inventores proposuerant, vim tricarum calumniarumque juris qvantum fieri posset opprimendo obtineretur, ut ex eo vel solo pateat ad qvalem culturæ gradum jus jam ineunte Seculo undecimo, in hac insula remotissima, qvo Islandos æqve ac cæteras gentes septemtrionales summæ barbariei immersos fuisse ajunt, pervenerit. Cum Gallorum summo tribunali aliqvot annis abhinc instituto, ut causæ nullitate aliqva laborantes ad forum competens remitterentur qvo justior sententia ferretur* (*tribunal de cassation*) *judicium qvinarium Islandorum eatenus conveniebat, ut eædem potissimum causæ ejus jurisdictioni subjicerentur, sed ea ratione differebat qvod hic definitive simul pronunciaretur.*

Præter hæc duo tribunalia superiora erat adhuc aliud, qvod in singulis qvadrantibus formabatur (Fiordungs-þing), *cujus autem accuratam notitiam nemo hucusque suppeditare po-*

---

factas esse inde colligo, qvod jus eccl. Isl. antiqvissimum Thorlaco-Ketillanum l. c. eadem habeat circa opitulationem manumissis præstitam qvam pars civilis legis Grágás; neqve sumi potest hæc verba serius juri eccl. fuisse interpolata, cum codex regius vetustus, qvi hoc jus antiqvissima forma sistit, ut antea docui (p. XXXV), hac in re cum textu Thorkelini conveniat. Cæterum cap. 28, *qvod agit de defensione* (um varnir) *a reo coram hoc tribunali legitime instituenda verbis:* "sem nu hefi ec tint" *(I. p. 78) fragmentum edicti hic quoque insertum esse demonstrat. Idem quoque de reliqva parte hujus capitis sentio, qvanqvam non eadem formula repetatur, sed totus verborum tenor et potissimum qvæ versus finem leguntur:* "Um sacir þær allar er her hafa giorz a þingi *etc.*" *(I. p. 80) pro hac sententia loqvuntur.*

*) *Exemtos autem nihilominus referendarii munere pro una alterave parte litigante fungi potuisse semel et iterum in* Þþ. *c.* 28 *p.* 79 *significatur, qvam repetitionem ex errore librarii fluxisse opinor. Cæterum Niáls-S. indicat Mordum Valgardi filium in causa contra Flosium cæterosque incendiarios instituta eundem referendarium in foro qvinario adhibuisse, qvem antea in foro* Alþing *adhibuerat (p. 242. 243 et vers. lat. p. 533. 534)* "báru þeir þá sva skapadan fram qvidinn í fimtardóm yfir havfdi þeim manni er Mördr hafdi savk sína framsagt, *et postea:* þá stod sá upp er savkin hafdi yfir höfdi verit framsavgd oc reifdi málit.

tuit. In Grágás non nisi uno loco hujus fori mentio fit verbisque adeo obscuris ut inde elici non possit qvalis ejus jurisdictio fuerit (Vigsl. c. 58 *I.* 96), *ubi vocatur* heradsþing, *nec ex historiis novam lucem petere licuit. Vix alias ad hoc tribunal confugiebatur nisi ob causarum multitudinem causa aliqva in foro* Alþing *ea æstate terminari non potuit, ne ad seqventem annum differretur, utraque parte litigante in id consentiente, et tum fere iidem judices judicabant qvi in* Alþing *sententiam pronunciassent* *).

Sed plura fora inferiora extra ordinem in certis causis ob peculiarem earum indolem habebantur. Inter hæc "Leidar-þing", *qvod etiam simpliciter* "Leid" *appellatur* **), *maxime me-*

---

*) *Erici V. Cl. pluribus hac de re disputat in Arnesenii Islandske Rettergang p.* 362–369 *et in Holbergii Danmarks og Norges Stat p.* 512. *Ibi docet eundem Thordonem Gellerum, qvi judicia* "Varþing" *in melius formaverit, etiam hoc forum superius in qvadrante occidentali formasse* (Landnama *p.* 94) *dubitatque an in omnibus qvadrantibus tale forum ordinatum fuerit. Eodem loco eorum sententiam refellit qvi hoc judicium inferius fuisse contendant.*

**) *Vocem* "Leid" *sive* "Leidar-þing" *a* "Leid" *via originem ducere vulgaris est sententia, qvia magistratus a foro* Alþing *redeuntes vel in ipso itinere hoc forum promulgatorium haberent, sed Episcopus* Finnus Johannæus *contra hanc sententiam monuit hanc explicationem minus esse idoneam cum hoc forum semper haberetur qvatuordecim dies post exitum fori universalis, ut diserte edicit lex Grágás* þþ. *c.* 41 (*I. p.* 122). *Hinc existimat hanc vocem hoc sensu cognatam esse græcæ* λῃιτον *qva significatur curia sive locus publicus, ubi magistratus convenit (vide: indicem ad* Landnamabók *p.* 494), *sed aliud etymon mecum amice communicavit jam defunctus* G. Thorkelinus, *qvod præferendum mihi videtur, nimirum verbum* "at leita", *i. e. qværere, inqvirere, adeo ut* "Leidar-þing" *accipiendum esset pro foro ad investigandum formato. Leges Norvegicæ Regis Magni Lagabœter statuunt qvidem ut procuratores toparchiarum* (Syslomenn) *intra tres septimanas postqvam a foro provinciali* (lavgþing) *redierint, forum habeant, in qvo publicarent incolis qvid ibi actum sit et potissimum sententias in causis ipsos concernentibus latas (cfr. leges Gulathingenses hujus Regis ed. Hafn.* Þíngfarar-B. *c.* 5 *p.* 23), *sed neqve singulare nomen* "Leidarþíng" *huic foro tribuitur, neqve omnes ibi res tractabantur, qvæ in ejusmodi foris in Islandia. Cum præterea in legibus Norvegicis antiqvioribus Haconis Adelstenii nec non Haconis Haconidis nullum hujus rei vestigium occurrat, non est qvod credamus Islandis hoc institutum a Norvegis mutuatos fuisse. Contra in Anglia diu forum habebatur* "Court-leet" *dictum, de qvo Blackstone plura habet in Commentaries on the laws of England IV. cap.* 19 *tenth ed. p.* 273 *cfr. p.* 411. 424, *ubi Regi Al*fredo magno *hoc institutum deberi contendit, sed qvantum sciam in desvetudinem in toto hoc regnó abiit præter Monam. Ex decreto enim Parlamenti condito anno Regis Georgii* 3tii 23io, *qvo prius anni qvinti ejusdem Regis de translatione dominii territorialis dominorum de Derby in hanc insulam ad coronam Angliæ immutabatur, jurisdictio qvæ exercetur in Court-Leet his Comitibus præter alia diserte reservatur. Tentamen qvoddam factum fuit talem jurisdictionem renovandi anno hujus Seculi vicesimo sexto in tractu Comitatus "Sommerset", qvi dicitur "Glastonbury" a Henrico Hunt ut domino tali auctoritate instructo (Lord of the Manor), cujus conatus rationes reddunt ephemerides Londinenses dictæ: "the Sun" ejusdem anni diebus* 28vi *Octobris et* 3ii *Novembris, sed, ut videtur, sine successu. Beatus* G. Thorkelinus, *qvi hanc rem accuratius investigavit, credidit fora Anglica "Court-leet" omnino respondisse Islandicis* Leidar-

morabile est. Hoc institutum egregium eo fine primitus formatum fuit, ut novæ leges nec non decreta in foro universali adoptata sententiæque ibi latæ ratioque anni et inprimis qvinam dies ut festi seu semifesti colendi (cfr. jus eccl. Isl. vetustum ed. Thorkelini c. 29 *in fine p.* 128) *pluraque qvæ scitu essent necessaria a singulis magistratibus ab illo foro redeuntibus incolis cujusvis toparchiæ huc convocatis promulgarentur.* (*Cfr.* Þingsk. þ. *c.* 41 *potissimum in fine capitis I.* 122, *et* Lögþ. þ. *I.* 2) *). *In hoc foro proclamationes et denunciationes æqve legitime fiebant ac in foris qvadrantum inferioribus; v. c. creditoris adversus debitorem de pecunia sibi stipulata* þþ. c. 65 (*I.* 140) *de vulneribus et injuriis realibus Vigslodi c.* 43 (*II.* 82) *nec non si civis alii se jurisdictioni subjicere vellet* Þingsk. þ. *c.* 59 (*I.* 163). *Ibi qvoque res alienæ, qvæ inventæ fuerint, ab inventore proclamari poterant* (Landabr. b. *c.* 51, *II. p.* 352). *Si forum vernale transferretur vel mutaretur, hoc in foro* leiþ *incolis toparchiarum publicabatur* þþ. *c.* 39 *I. p.* 116. *Si magistratus domicilium post* Alþing *habitum mutaret, id hic qvoque manifestare tenebatur* þþ. *c.* 68 (*I. p.* 160) *et* Kaupa-b. *c.* 63 (*II.* 478). *In jure veteri ecclesiastico hujus fori plus una vice mentio fit c.* 7 (*p.* 32) *c.* 29 (*p.* 128). *In hoc foro, qvod eodem loco habebatur ac judicium vernale* (i þingbrecko), *magistratus* (Godar) *æqve ac in illo et* Alþing *alternis vicibus fungebantur* (þþ. *c.* 61, *I.* 165). *Hæc fora æqvali sanctione munienda erant a magistratu tum fungente ac ordinaria* þþ. *c.* 41 (*I.* 122), *qvare læsiones hic civibus illatæ graviores exilio, minores dupla poena luebantur* (*Vigsl. c.* 52, *II. p.* 92 *et* þþ. *c.* 37, *I. p.* 100). *Qvanqvam hoc forum seu potius conventus publicus fine peculiari institutum fuerit obque eam causam ad fora extraordinaria referendum videatur, nihilo minus in legibus foris ordinariis* varþing *et* alþing *æqviparatur et* "skapþing" *diserte vocatur* þþ. *c.* 59 (*I.* 163) *et* Kaupab. *c.* 66 (*ib. p.* 482), *cum semper stato tempore certoque loco haberetur verbisque solemnibus qvavis vice proclamaretur, adeoque magistratus per annum fungens tum demum suis partibus defunctus censebatur ubi cum in foro vernali et* Alþing *tum* Leidar-þing *munus obiisset.* þþ. *c.* 61 (*I. p.* 165). (Ef þeir eigo II goþorþ saman, oc scal hinn sami meþ fara III þing, varþing, alþingi oc leiþ).

þing; *sed qvamvis nomina omnino conveniant, re tamen valde differunt, cum finis Anglici instituti nunqvam fuerit leges et decreta nec non sententias in foro superiore latas cum incolis tali jurisdictioni subjectis communicare, sed unice delicta cujusvis generis inqvirere et minora coërcere, Islandici vero potissimum ut legem et decreta aliæqve res scitu necessariæ omnibus incolis notæ fierent. Cfr. quoque Specimen Calendarii gentilis ad calcem Eddæ Havniæ* 1828 *T. III p.* 1105.

*) *Hinc c.* 61 (*I.* 165) *dicitur:* þa scolo þeir scipta a leiþ haþri, þa er leiþ haiþ, er upp er sagt, *i. e. peractus dicitur conventus promulgatorius cum omnia promulganda promulgata sunt.*

Hoc forum promulgatorium jam antiqvitus ethnicismi tempore obtinuit. In Landnamabók (*p.* 340 *ed. Hafn.*) *jam occurrit:* "Leidarskeid" *i. e. tempus, qvo forum* "leid" *habebatur et indicatur eo Gunnarem occisum fuisse, ex qvo colligimus hæc fora jam circa annum millesimum in Islandia fuisse instituta. Idem quoque patet et* Liósvetninga-S. *c.* 2 *ubi de exsulis libertatis recuperatione in tribus diversis* Leidar-þing *in qvadrante septemtrionali agitur nec non in* Bandamanna-S. *c.* 2 *ubi legitur de redditione muneris magistralis a mandatario ad mandantem, aliisque.*

Hoc institutum qvidem serioribus legibus Járnsída Þíngf. b. *c.* 5 *et codice dicto* Jónsbók *adhuc vigente* Þíngfara-b. *c.* 7 *qvodammodo confirmabatur, sed nihilo minus usu exolevit, qvod Islandi cordatiores etiamnum dolent, cui desvetudini ansam dedisse videtur primum pestes in Islandia grassantes sub Erico Pomerano, nec non sub Rege Johanne, dein et maxime edictum, ut omnia, qvæ in* Alþíng *et foris superioribus peragerentur, actis insererentur qvorum exempla in communem usum inde a Seculo decimo septimo* (1630) *reportarunt toparchæ* (Syslomenn) *).

Conventus, qvi in singulis pagis "hreppr" *dictis cujusvis toparchiæ* **) *qvolibet anno sæpius cum statis temporibus tum in casibus subito emergentibus* ***) *habebatur in causis ordinandis de pauperibus a pago alendis aliisque ad politiam spectantibus, regebatur a qvinque colonis prædiatis a paganis electis, qvi et actorum vicibus fungebantur adversus eos, qvi improbe in pago agerent. Sed ubi lis oriretur de ejusmodi causis judicium formabatur in loco extra domum rei, ubi nec ager nec pratum esset, e decem viris pagi incolis, qvos qvælibet partium litigantium secum adduxerat; tres enim ab actore et tres a reo judices nominabantur, qvorum si pars adversa qvosdam rejiceret alios ex eodem pago substituere licuit* (Kb. *c.* 44) ****). *Ex historiis Islandorum patet ejusmodi fora jam ethnicismi tempore obtinuisse et lege Grágás modo fuisse confirmata et forte in melius formata; cfr.* Ljósvetninga-S. *c.* 6. *De hoc foro litibusque, qvæ ex constitutionum has res tan-*

---

*) *Extra ordinem tamen* Leidar-þíng *adhuc Seculo præterito habita sunt; cfr. Arnesenii opus om den Islandske Rettergang p.* 378. 379. *Qvi plura cupit de foro* Leidar-þing *adeat potissimum idem opus p.* 369-380 *cfr. p.* 460. *Vide quoque indicem vocum ad Thorkelini editionem juris veteris Isl. eccl. s. v.* "Leid".

**) *Singuli tractus* "löghreppr" *dicti e viginti ad minimum colonis tributum comitiale solventibus consistebant,* Kaupab. *c.* 39 (*I.* 443). *Simile institutum in India olim sub nomine: "Puncheat" obtinuit et adhuc ibi in qvibusdam tractibus montanis obtinet* (*v.* R. Heberi *journey through the upper provinces of India.* 3d *Ed. London* 1828. *Vol. I. p.* 275.

***) *In tali casu signum emittebatur in formam crucis sculptum* (skera kross) *ad proximum vicinum et ab hoc iterum ad sibi proximum pagi incolam et sic porro definito ordine portandum, qvo omnes pagi incolæ ad hoc forum extraordinarium convocarentur,* Kaupab. *c.* 40 (*I.* 446); *cfr.* Landabr. b. *c.* 72 *II. p.* 393.

****) *Pluralitas suffragiorum in hoc judicio valuit, sed si æqvalia essent suffragia reus condemnabatur* (*I.* 450).

gentium violatione oriebantur, agit Codex noster Kaupab. *c.* 39 *et c.* 41 - *c.* 47 (*Vol. I. p.* 443 *et p.* 448-458) Omagab. *c.* 7-13 (*I.* 244-267) *nec non jus Isl. eccl. vetustum c.* 37 *et* 38 (*p.* 142-150) *qvoad decimarum ecclesiasticarum distributionem causasque litigiosas inde ortas* *).

Si qvis exsilii vel relegationis condemnaretur vel transactione huic poenæ se sua sponte subjiceret judicium bonorum occupandorum (feransdomr) *formabatur, qvo actor in possessionem rerum et mobilium et immobilium ad reum pertinentium mitteretur, detractis prius qvæ creditoribus, uxori, aliisve competerent. Habebatur ex regula qvatuordecim dies post sententiam latam a qvinqve rei accolis proximis sive ejusdem sive alius toparchiæ in fundo extra ipsius domum ubi nec ager nec pratum* Þþ. *c.* 29-33 (*I.* 80-90). *Hoc forum etiam antiqvissimis temporibus obtinuisse ex Hrafnkeli Freys-Godi vita nondum typis impressa et ex pluribus locis Sturlungæ, qvæ doctissimus Erici collegit, discimus* (*vide opus: om den Islandske Rettergang not.* 215 *p.* 362-368).

Similis fuit ratio fori, qvod "Skulda-Domr" *vocabatur, sive ubi defuncti bona relicta æri alieno solvendo non suffecerint. Hæredes proximi vel eorum curatores creditores provocare tenebantur in foro debitoris ordinario* Varþing *ut ad hoc judicium duas septimanas post conclusionem hujus fori in domicilio defuncti habendum comparerent. Creditoribus jure pignoratitio legitimo gaudentibus pignus, si valorem debiti non excederet, pro dominio cessit, cæteris vero, qvi testibus aliave legali ratione jus suum probare poterant, pro rata e bonis relictis solvebatur a judicibus æqvaliter ab hærede et creditoribus electis.* (Kaupa-b. *c.* 7 - *c.* 11 *I. p.* 406-414) **). *Cum hac procedendi ratione convenit qvodammodo illa qvam præscribit Haconis Adelstenii alumni lex Norvegica* Kiöbe-b. *c.* 4 *et* 5 (*apud Pausium*) *I. p.* 54-57 *nec non* Arve-b. *c.* 2 *ib. p.* 120. 121); *cfr. legem Frosteusem Haconis Haconidis parte* 12*ma* *c.* 26 (*ib. II. p.* 156).

Singulare quoque judicium obtinuit, cum si unus e pluribus fundi condominis ad fundi divisionem provocasset; Landabr. b. *c.* 14 (*II.* 253-260) *tum ubi unus alterum ad sepem exstruendam adigere vellet e. l. c.* 15 (*II.* 260-265), *tum ubi lis de prati communis finibus oriretur* (Engidómr) *eod. libro c.* 17 (*II. p.* 268-275) *nec non de aliis rebus ad oeconomiam ruralem pertinentibus* (*c.* 16 *c.* 18 *c.* 21), *cum qvibus conferendum qvod hic de rebus in sectione de fundis reluendis statuitur;* Landabr. b. *c.* 45 *et* 46 (*II. p.* 340. 341 *et* 342-345) ***).

*) *De tota hac materia consule Arnesenii opus p.* 351-359 *p.* 439-443 *p.* 467-470. *Finni Johannæi hist. eccl. I. p.* 117-120 *p.* 130-132 *nec non Michelsenii Altnordisches Armenrecht p.* 19 *ss. et potissimum p.* 33 *seqv.*

**) *Cfr. Arnesenii opus p.* 343-345 *ubi tamen* Landsleyebalk *loco* Kaupabalkr *laudatur.*

***) *Cfr. idem Arnesenii opus p.* 326-343.

Si peregrinus Islandum læserit forum hospitii obtinuit, qvod habebatur in domo magistratus actoris, evocatis novem rusticis prædiatis loco delicti proximis, a duodecim colonis conductitiis ad jurandum omnino habilibus post rei citationem trium noctium Kaupab. *c.* 50 (*I.* 461).

Horum quoque judiciorum, nisi memoria me fallit, subinde in historiis Islandorum mentio fit.

Maxime autem memorabilis est inqvisitio circa res furtivas a læso eadem fere ratione ex jure Grágás instituenda ac illa, qvæ in historiis veterum Islandorum describitur, summam vetustatem redolens. Cfr. Rannsocna-þattr *c.* 118 (*II. p.* 193–197) *qvocum comparanda* Eyrbyggia-S. *c.* 18 *p.* 56–59. *Inqvisitionem qvidem Thorbiörnus tum aliter instituebat ac Grágás præscribit, sed ex ipso Thorarini responso patet hoc juri tum vigenti repugnasse*). Denegatio talis inqvisitionis ex parte domini fundi tum quoque æqve ac ex lege Grágás pro confessione furti commissi habebatur et exsilio puniebatur. Olim qvidem ipsum judicium inqvisitione absoluta ex duodecim Assessoribus ab inqvirente et inqvisito pariter eligendis ante fores inqvisiti, qvod inde* "Duradómr" *vocabatur (ut ex eadem* Eyrbyggia-Saga *l. c. p.* 58 *apparet) qvod institutum procul dubio a Norvegis ex parte mutuatum fuit (cfr. legem Haconis Adelsteinfostre Kiöbeb. c.* 4 *apud Pausium I.* 55 *it. Frostensem Haconis Haconidis parte* 12*ma c.* 1 *apud Pausium* 143 *ss.), sed Islandi usu edocti talem causæ ventilationem in ipso loco rei gestæ inter partes litigantes earumque asseclas sangvinis effusioni sæpissime locum dare, hoc judicium abrogarunt causamque ad tribunalia ordinaria peragendam et dirimendam ablegarunt, ut jam doctissimus* Erici *monuit in opere: Islandske Rettergang p.* 348. 349.

§. 31.

Comparatio juris criminalis, qvod in Grágás continetur, cum iis, qvæ hac de re in historiis Islandicis occurrunt.

Si præscripta Codicis Grágás de delictis eorumque poenis cum jure vetusto compares, intelliges vetera instituta hic quoque tenaciter servata fuisse. Poenæ præcipuæ hic quoque sunt eædem, qvales exsilium s. proscriptio (skoggangr *hinc* skogarmadr *exsul s. proscriptus*), *relegatio* (fiörbaugsgardr, *hinc* fiörbaugsmadr *relegatus*)**) *et mulcta pecuniaria* (útlegd, *hinc* útlægr mu-

*) *Hinc errare videtur clarissimus Erici cum in opere Arnesenii p.* 347 *ex hac relatione colligat inqvisitionem circa res furtivas tum ab illa qvam Grágás præscribit fuisse diversam.*

**) *In versione latina textus Islandici* fiörbaugsgardr *semper per "exsilium" redditur, sed cum ei, qvi talem poenam subiret saltem tribus prioribus annis post sententiam latam in Islandia in certis locis commorari licuit (cfr. II.* 160), *eos cum relegatis Romanorum potius comparan-*

litatus) et eodem fere juris effectu. Proscripti olim non solum a qvolibet impune etiam in terris exteris occidebantur *), *sed præmium quoque occisori majus minusve solvebatur prouti ille magis minusve metuendus esset, olim qvidem ab actore principali, cui exsecutio sententiæ mandata fuit,* Grettis S. *c.* 48, *sed postea a communitate sive toparchiæ sive qvadrantis præstandum modo homicidium primum colono aliive qvi personam in judicio standi haberet, dein in foro statim denunciasset* (Vigsl. *c.* 47, *II. p.* 86). *Qvin et imperfectus reipublicæ status et potissimum firmi imperii defectus effecit, ut proscriptus alium proscriptum maxime periculosum occidens ab omni poena æqve ac olim liberaretur, sin minus noxium poena in exsilium simplex mutaretur, hoc autem in relegationem si duos, si tres deniqve, poena omnis evanesceret* Vigsl. (*c.* 111 *II. p.* 162). *Ex Mantissa operi* Landnámabók *addita* (*p.* 381 *ed. Hafn.*) *discimus, jam ethnicismi tempore, Hacone Comite in Norvegia regnante, e consilio Eyiulfi filii Valgerdæ legem conditam fuisse* (þat var lögtekit), *ut proscriptus tres proscriptos* (skógarmenn) *occidens securitatem acqvireret, qvo latrones tum in Islandia grassantes exstingverentur. Qvi talem proscriptum alebat, vel vehebat vel consilio adjuvabat, gravi poenæ subjiciebatur, qvam ob causam formulæ proscriptionis verba* óalandi, óferjandi, órádandi öllum bjargrádum *diserte inserebantur,* (*cfr.* Niáls-S. *passim;* Vigsl. *c.* 62, *II. p.* 100). *Bona proscripti cum mobilia tum immobilia committebantur eorumque altera pars communitati altera actori cedebat* **), *cfr.* Niáls-Saga (*p.* 233 *et vers. lat. p.* 510) þþ. *c.* 52 (*I. p.* 137). *Jura conjugii ipsa proscriptione adeo solvebantur, ut proles inde a lata sententia nihilominus suscepta illegitima censeretur et omnis successionis incapax fieret.* Arfa-þ. *c.* 4 (*I. p.* 178) ***). Vigaglums-S. *c.* 19 (*p.* 110).

Qvod proscriptos plenæ poenæ addictos (*i. e. neqve alendos neqve vehendos*) *in coemeterio sine speciali Episcopi venia non sepelire liceret, jus eccl. Isl. Thorlaco Ketillanum juri pontificio conformiter statuit c.* 6 *p.* 36 *cfr. p.* 38.

Proscriptos vicennio elapso veniam in patriam redeundi suo jure postulare potuisse, ex lege a Nomophylace Stenone Thorgesti filio anno Christi 1030 *vel* 1031 *lata, doeet* Grettis-

---

dos crediderim qvam cum exsulibus, qvanqvam non negaverim omnem hanc comparationem claudicare.

*) *Humanitatis ratio tamen tantum valuit, ut lex statueret qvod qvi foeminam gravidam qvamvis proscriptam sciens occideret, poenam homicidii incurreret.*

**) *Cum hoc jure onus alendi liberos proscriptorum nec non relegatorum erat conjunctum; Grágás* Omagab. *c.* 22 *(I.* 227*).*

***) *Qvi ex tali contubernio genitus fuit dicebatur* "vargdropi" *si maritus, sed* "bæsingr" *si uxor proscripta fuerit (Grágás l. c.) cfr. indicem vocum p.* 88 *et* 12.

Saga *c.* 82 (*p.* 150 *ed. Isl.*), *sed Grágás hujus rei nullam mentionem facit, contraque statuit veniam redeundi ex consensu Senatus omnino pendere et illam eo difficiliorem reddit qvod reqvirat, ut omnes Senatores in eam veniam consentiant nemoque ex judicium circumstantibus interdictum interponat.*

Gravissimorum criminum manifestorum rei ipso jure proscribebantur adeo ut statim occidi possent et nemini eos hospitio recipere liceret (verdr þegar oöll oc oheilagr fyrir hveriom manni), *veluti latrones* Vigsl. *c.* 95 (*II. p.* 134) *nec non incendiarii, si homines hoc incendio periissent ib. c.* 86 (*II. p.* 128). *Sententia judicialis horum modo proscriptionem confirmavit.*

Relegato olim tria domicilia concedebantur, qvibus proximisque inter ea viis *) *securus degere potuit, cum marca argenti* (fiörbaugr) *toparchæ suo intra qvatuordecim dies a lata sententia præstanda, unaque ora potissimum, qvæ partem hujus marcæ efficiebat, Alads s. Adalfestur dicta, vitam redemisset***), *ut Nialis historia c.* 145 *p.* 240 (*p.* 529 *v. l.*) *nec non historia Vigaglumi testantur, cum qvibus Grágás omnino convenit* þþ. *c.* 32. 33 *et c.* 48 (*I. p.* 88. 90 *et p.* 132) *inter alia cavens:* þar scal gialdaz mörc lögaura at feransdomi goþa þeirra er feransdominn nefndi; þat fe heitir fiörbaugr enn eyrir þess fiar heitir alaþsfestr. Ef þat fe gelldz eigi þa verdr hann scogarmaþr oæll. *His autem tribus annis elapsis in comitiis universalibus exsul sive proscriptus declarabatur et fere omnibus horum malis fuit ob-*

---

*) *Cavendum tamen ei fuit, ne alicui in via occurreret, sed ita illa excederet ut obviam veniens ipsum cuspide ferire non posset; vide Cod. nostrum I.* 89.

**) *Pro hac marca argenti vacca vel taurus qvadrimus toparchæ ex lege Grágás obveniebat, si bona relegati huic præstationi sufficerent, sed tum marca illa argenti bonis judicii bonorum occupandorum recidebat. Cum in formula Mördi adversus Flosium prodita in historia Nialis i. c. diserte declaretur:* þvi at eins ferjanda ne festum helganda nema fiörbaugr eda adalfestr komi fram at feransdomi en alsekian skógarmann elligar *i. e. dico illum relegatione puniendum et hoc unica lege vehendum et fixorum domiciliorum jure fruendum, si annulus pro capite redimendo sive primarium pignus in judicio bonorum occupandorum exhibeatur, idemque Grágás l. c. aperte innuat, nihil impedit, qvo minus* fiörbaugs-gardr *) *per præsidium vitæ pro multa toparchæ præstita obtentum reddamus. Illa originis vocis explicatio, qvam jam dudum* Johannes Arnæus, *Episcopus Scalholtensis proposuit, sed* Eyjulfus Johnsonius *primus protulit, qvod tali condemnato hæc appellatio eam ob causam tributa fuisset, qvod a templorum ethnicorum finibus nec non judiciorum, qvæ olim prope templa habebantur, prohiberetur, a qva illa, qvam doctissimus Erici in notis ad opus Arnesenii p.* 630–632 *nec non F. Johannæus in hist. eccl. I. p.* 140–142 *comprobant, non multum discedit, huic demum præferenda videtur, si probari possit ethnicismi temporibus mulctam "fiörbaugr" in Islandia non fuisse præstitam et nihilominus appellationem "fiörbaugsgardr" de relegatis fuisse adhibitam. Illa autem hujus vocis explicatio, qvam doctus interpres in indice vocum p.* 20 *commendat, mihi ea de causa minus arridet, qvod erronea lectione "fjörbeygsgardr" nitatur.*

*) "Gardr" *proprie sepem denotat, sed* Fiörbaugs-gardr *improprie tutamen seu præsidium vitæ.*

noxius, nisi forte gratiam læsi interea sibi conciliasset veniamque commorandi a senatu impetrasset (*Grágás l. c.*) *Lege autem nautis injunctum fuit relegatum intra justum tempus peregre proficiscentem recipere si testibus comprobaretur annulum vitalem toparchæ fuisse solutum. Cum per triennium in exteris terris exsul degisset, ipsi ad patriam redeundi venia competebat adeo ut æqve insons haberetur ac si nunqvam deliqvisset omniumque jurium civilium denuo compos fieret, sed si ante hoc temporis spatium sua sponte revertisset proscriptis accensebatur.* Þþ. *c.* 34 (*I.* 90-94) *cfr.* Niáls-S. *p.* 111 *et* 251 (*vers. lat. p.* 231. 555) Vigaglums-S. *c.* 19.

Jam ethnicismi tempore receptum fuit qvod si duæ causæ relegationis in unum eundemque reum concurrerent idemque esset actor, qvi poenam reo infligendam postularet, reus proscriptionis obnoxius fieret, ut ex Niáls-S. *c.* 145 *p.* 240 (*vers. lat. p.* 529. 530) *apparet. Idem etiam diserte statuitur in lege Grágás.* Þþ. *c.* 40 (*I. p.* 120).

Sed poenæ cum proscriptionis tum relegationis inde ab antiqvissimis temporibus sive transactione sive judicum sententia sæpius temperamentum additum fuit, qvo illæ poenæ sive mitigarentur sive exasperarentur. Hinc exules interdum vehere et alere licuit, qvod quoque Grágás diserte admittit Þþ. *c.* 33 (*I. p.* 80) *ubi hæc verba leguntur:* Ef feransdomr er attr at þann mann er secr er orþinn s c o g a r m a d r f e r i a n d i (*i. e. si damnatus proscriptus vehendus factus est*), *additque ut tum ei veluti relegatis tria domicilia in judicio designanda essent, cfr. cap.* 36 (*I.* 98 *et* 99). *Tales securi in exteris terris degebant cum contra cæteros proscriptos Islandis ibi æque ac in ipsa Islandia occidere licuit* Þþ. *c.* 36 (*I.* 99). *Similiter ex sententia vel transactione relegatio in iter ad exteras terras transmutabatur, cum nullis aliis malis qvæ relegationem alias ex lege comitabantur conjunctum, cujus rei historiæ Islandicæ plurima exempla suppeditant. Vide inter alia* Niáls-S. *c.* 75 *p.* 111) *vers. lat. p.* 231). *Ex sectione de ordine judiciario patet neqve proscriptorum neqve relegatorum bona semper publicata fuisse adeoqve, si in hoc statu decessissent, bona eorum hæredibus obvenisse* Þþ. *c.* 35 (*I.* 97). *Contra autem poena relegationis interdum adeo augebatur ut relegato nunqvam in patriam redire liceret, qvanqvam cæteroqvin proscriptis non æqvipararetur. Exemplum præstat* Vigaskuto-S. *c.* 13. *Aliud poenæ arctæ documentum habet* Droplaugarsona-S. *ex cujus narratione heroi Helgio Droplaugæ filio infligebatur exsilium trium annorum, ita ut usque dum peregre proficisci posset nullibi ultra unam noctem in eadem domo commorari liceret;* (*cfr. opus Arnesenii p.* 626. 627).

Mulcta (útlegd) *t r i u m m a r c a r u m sæpius in Codice nostro statuitur ob leviora delicta, veluti minores injurias, violationemque ordinis judiciarii; vide* Kaupa-b. *c.* 47 (*I.* 456). Vigsl. *c.* 79. 92. 103. 104. 106 (*II. p.* 148) *c.* 109 (*ib. p.* 156 *c.* 117) *p.* 194 *pluribus-*

que aliis locis. Eandem mulctam et jus eccl. Thorlaco-Ketillanum sæpius adhibet v. c. cap. 2 p. 6 c. 4 p. 25. 26. 27. Ea mulcta sæpius quoque in historiis Islandicis occurrit v. c. in vita Nialis c. 8 p. 15 (vers. lat. p. 27) pro injusta detentione dotis.

De his mulctis Sectio de judiciis ordinandis legis Grágás in universum statuit c. 45 um utlegþir *(I. p. 131) alteram semissem harum mulctarum actori alteram incolis toparchiæ, cui reus subesset, competere additqve cap. seqventi ut, si mulcta ne in judicio qvidem bonorum occupandorum præstaretur, condemnatus in subsidium proscriptione plecteretur (I. p. 132). Interdum mulcta ad sex qvin et ad duodecim marcas adscendebat* þþ. *c. 9 (I. p. 319)*). Accidit etiam aliqvando, ut poena exsilii et relegationis in poenam pecuniariam et qvidem gravem transformaretur (cfr.* Laxdæla-S. *c. 51 p. 230). Adeo vehementer errant, qvi poenas arbitrarias huic ævo incognitas fuisse putent**).*

Mutilationem corporis in qvibusdam casibus ut vindictam privatam sive ut medium, qvo damnum averteretur, Codex noster permittit (qvod barbariem sapere non negaverim); idem autem illam nunqvam ut poenam publicam præscribit. In parte enim ejus criminali venia tribuitur actori ubi servus parricidium in dominum ejusve liberos commiserit, manum vel pedem amputandi anteqvam vita privetur, adeoque iis qvi talem proscriptum comprehenderint, reum actori sub poena relegationis tradere injungitur (Vigsl. *c. 111 p. 161). At lex de alimentariis etiam mendicantem qvi justo labore vitam sustinere possit, evirare incolis permittit, neqve iis vitio vertendum esse edicit, si mendicus exinde semper invalidus fieret, qvin et si moreretur;* Om. b. *c. 35 (I. p. 301).*

Ex verbis in sectione de ordine judiciorum obviis þþ. *c. 28 (I. 80)* "Engi maþr dræpr fyrr en sva sem domr dömir hann eptir vapnatac" *i. e. "nemo ante armorum sumtionem (s. finem comitiorum) morti sit obnoxius, qvantumvis hæc ei secundum sententiam tribunalis infligatur" colligi posse videtur, reum a judicio capitis damnari potuisse, sed cum nullum, qvod sciam, hujus poenæ exemplum in toto Codice Grágás occurrat, hoc de proscriptione ita intelligendum est, ut proscriptum non immediate post latam sententiam sed demum post comitiorum conclusionem trucidare liceret.*

---

*) *Additur interdum minor mulcta majori v. c. colonus justo tempore ad fundum conductum non adveniens præter mulctam trium marcarum sex uncias domino fundi solvere tenebatur ob stipulationis violationem* (handsals slit) Landabr. b. *c. 45 (II. p. 334).*

**) *Numerus evocatorum* (qvidr) *ex poenæ qvalitate, qvam actor intendebat, pendebat. Regulam generalem* Landabr. b. *c. 46 (II. p. 345) suppeditat, qvod novem (interdum duodecim) accolæ evocandi essent si actor ad proscriptionem vel exsilium reo infligendum procederet, qvinqve autem si ad poenam pecuniariam.*

Codex noster non nisi ob duo crimina reum qvantumvis ingenuum servituti in satisfactionem læsi addicit, primum ob furtum, si fur res furtivas duarum ad minimum unciarum per annum occultaverit simulque omnia ejus bona novo hero cedebant Vigsl. *c.* 117 (*II. p.* 192), *dein ob stuprum sed modo sub ea lege si mulctas pecuniarias jure ob hoc delictum definitas præstare non potuisset, qvæ sors etiam debitorem mansit, qvi solvendo non esset;* Festa-Þ. *c.* 47 *I.* (*p.* 362) *cfr. c.* 48 (*p.* 363).

Delicta justis poenis coërcenda potissimum qvidem in sectione legis Grágás, qvæ Vigslodi inscribitur, recensentur, sed plura in cæteris sectionibus occurrunt qvæ proxime eas juris relationes tangunt, qvæ in his exponuntur, veluti qvæ juris sacri violationes censebantur in jure ecclesiastico, transgressiones contra judiciorum ordinem in sectione juris processualis, delicta carnis in sectione de sponsaliis et conjugio, violationes pactorum pluraque politiæ delicta in sectione de commerciis, nec non illæ qvibus jura dominorum fundi læduntur cum in illa tum in sectione de fundis reluendis et sic porro. Qvanqvam plurimis delictis poenæ in hoc codice statutæ sint, non id consilium juris conditoribus fuisse videtur, ut omnia facta punienda hic accurate enumerarentur, sed qvod ea qvoque justa poena ex judicum arbitrio nihilo minus coërcita fuerint, qvæ delictorum numero non diserte accenseantur, nulli dubitamus. Civium hostiles conatus ad rempublicam evertendam tendentes, nefariæ conjunctiones cum extero principe ad patriam prodendam initæ hic nullibi ad delicta relata sunt; qvis autem crederet talia scelera impunita fuisse? *).

Cum clerus curam omnes ethnicismi reliqvias artesque superstitiosas eradicandi sibi soli impositam esse duxerit non est qvod miremur ejusmodi delicta non inter crimina civilia locum obtinuisse, sed eorum modo in jure veteri ecclesiastico et constitutionibus ab ecclesiæ moderatoribus emissis mentionem fieri. Hinc in jure eccl. Thorlaco-Ketelliano c. 16 *agitur de idoloatria* (um blótskap) *p.* 76-78 *ed. Thorkelini. Ibi litatio Diis facta relegatione, crimen autem magiæ, si qvidem talibus incantationibus damnum sive mors animalibus, qvin hominibus illata fuerit, proscriptione punitur. Hæc poena olim incantationibus, qvæ levius damnum attulissent, statuebatur* Laxdæla-S. *c.* 35 (*p.* 142 *ed. Hafn.*), *sed ob majores, unde mors insonti proveniebat, mago sagæve mors gravissima infligebatur, adeo ut lapidibus obruerentur et dein cadavera vel igni vel mari traderentur, ne ex superstitiosa hominum opinione eorum manes damnum vivis in-*

*) Eyrbyggia S. *pluribus locis narrationes habet de apparitione manium et de damno ab iis illato p.* 173. 267. 271. 275. 279, *qvin et de actione agit manibus infestis intentata, ut e domo expellerentur iisdemque formulis et solemnibus acsi actio in foro instituta esset ib. c.* 55 *p.* 278. 280 *qvanqvam incolæ jam tum christianorum sacris nomina dederant.*

ferre possent; eademque de causa eorum adjutores mari submergebantur cum lapide collo suspenso. Laxdæla-S. *c.* 38 *p.* 152. 154. Eyrbyggia-S. *c.* 20 *hoc confirmat narrando Katlam ethnicismi tempore ob crimen magiæ maxime hominibus damnosum lapidatam fuisse* (*p.* 98) *).

Qvantumvis clerus perjuria ad sua fora traxerit, nihilominus lex Grágás perjuria testium et evocatorum ad delicta civilia refert exsilio punienda. Þþ. *c.* 18 (*I. p.* 60) *et cap.* 39 (*p.* 117).

Sectio Codicis Vigslodi dicta circa homicidia injuriasque cum reales tum verbales potissimum est occupata. Qvod ad præscripta de homicidiis attinet, ea cum relationibus, qvas hac de re in historiis Islandicis legimus, bene congruunt. Homicidium simplex "Vig" *hic ut illic a qvalificato "Mord" accurate distingvitur, sed in hoc transibat non solum ob atrocitatem, qva perpetratum esset, sed et si homicida cædem saltem eo ipso die, qvo committeretur, denunciare neglexisset* Vigsl. *c.* 49 (*II. p.* 87. 88). *Hæc denunciatio adeo necessaria censebatur, ut si vel proscripti cædem occultasset homicida, cædis qvalificatæ (Mord) reus haberetur* Vigsl. *c.* 111 *p.* 159. *Eadem lex antiqvissimis quoque temporibus servata fuit; qvin olim ei potissimum homicidium perpetratum indicandum fuit qvi inprimis hoc facinore læsus esset et pax statim ab eo ejusque cognatis expetenda, ut historia Nialis passim v. c. p.* 58. 60. 71. 171. 263. 281 (*vers. lat. p.* 111. 115. 138. 381. 579. 625) *et pæne omnes historiæ Islandicæ testantur.* Laxdæla-S. *c.* 49 *p.* 222.

Si corpus interfecti homicida tegendum non curasset ne ab animalibus consumeretur (sva at hvartkí eti dyr ne fuglar) *hanc ipsam ob causam relegatione puniebatur præter poenam ob homicidium commissam* **), *adeoque si homicidium ut simplex modo relegatione puniendum fuisset jam proscribendus, cum duæ relegationes in eadem causa proscriptionem adferrent* Vigsl. *c.* 20 (*II.* 32). *Qvin et proscripti cæsi cadaver sub poena trium marcarum tegendum sed in locis remotioribus, ubi nec ager nec pratum. ib. c.* 109 (*II.* 156).

Reatus quoque augebatur si cæso homicida caput vel aliud membrum in ejus contumeliam amputasset. (Niáls-S. *p.* 71 (*vers. lat. p.* 138). Laxdæla-S. *p.* 244.

---

*) *De vi magiæ, qva efficeretur ne maritus cum uxore rem habere possit, qvæ superstitio inde ab ethnicismi ævo Islandis æqve ac aliis gentibus pæne ad nostra usque tempora hæsit, habet nonnulla epistola Erici Archiepiscopi Nidrosiensis ad Brandum et Thorlacum, Islandiæ Episcopos, versus finem Seculi duodecimi emissa, qvam primus Finnus Johannæus publici juris fecit in hist. eccl. Isl. Vol. I. p.* 244 *seqv. et qvidem p.* 247.

**) *Sed occultare cadaver homicidæ non licuit; eo enim reatum homicidii qvalificati sibi contraxit* Vigsl. *c.* 49 *II. p.* 87 *cfr.* Niáls S. *c.* 12 *p.* 19 (*vers. lat. p.* 20) *c.* 17 *p.* 27 (*vers. lat. p.* 51).

*Ad homicidia qvalificata præter clandestinum leges diserte referunt in comitiis generalibus perpetratum, nec non incendiariorum, qvi hoc nefario fine domos accendissent**), *denique servorum et hominum libere natorum sed ob æs alienum creditori addictorum in dominum, dominamque eorumque liberos nec non alumnos admissum. Horum homicidiorum rei proscripti primæ classis fiebant, qvorum cædes summo præmio trium marcarum ex legum præscriptis compensabatur* Vigsl. *c.* 47 (*II.* 86). *Vix tamen dubitandum qvin et ii qvi sive pacem intermediam sive transactionem inter homicidam ejusque asseclas et proximum occisi hæredem ab altera parte initam ejusque cognatos violassent etiam homicidii qvalificati rei fierent, cum talis foedifragus* (gridniþingr) *ex ipsis pactorum verbis præ aliis nefarius haberetur et vindictæ omnium ubicunque terrarum et locorum expositus declararetur* Vigsl. *II. p.* 168. 170, *idemque ex aliis juribus septemtrionalibus, maxime Norvegicis cum hoc Islandico cognatis pateat.*

De parricidio nihil in hac lege statuitur præter hoc unum qvod homicida nec non is qvi alium ad homicidium in cognatum perpetrandum excitasset ab hereditate occisi omnino excludendus esset Vigsl. *c.* 71 *in fine II.* 113.

Poena ingenui eadem legibus est definita sine ratione sexus et ætatis. Transactione autem si poena determinaretur magnum discrimen servabatur, adeo ut homicidium in eum admissum qvi ex claris majoribus ortus esset majorique existimatione frueretur majori poena expianda esset qvam qvi inferioris conditionis esset neqve factis ipse inclaruisset.

Cum codex noster singulari cura nascituris prospiciat non solum vetuit, ne mulier proscripta dum uterum ferret occideretur (*cfr. p. XCVII**), *sed et statuit ut qvi foeminam insontem gravidam sciens interficeret duplicis homicidii* (tvær vigsakar) *reus fieret* Vigsl. *c.* 35 *I.* 69. *De infanticidio autem vel partus abactione a matre commissa nihil cautum legimus.*

Homicidii a domino in servos ancillasve perpetrati nulla poena nisi forte eum diebus festis vel intra jejunium qvadragesimale occidisset Vigsl. *c.* 108 *II. p.* 154; *sed si ab alio sine justa causa occideretur, satisfactio domino præstanda fuit pro ejus pretio juxta æstimationem ab accolis faciendam, qvin et reus relegatione puniebatur, sed si domino præsente id perpetrasset adeoque in ejus contumeliam, exsilio* Vigsl. *eod. cap. II. p.* 152–154. *Parentum cum*

---

*) *Odio talis criminis statutum fuit, ut si vel maxime sontes cum insontibus concremarentur illi non pro jure cæsis haberentur, adeoque satisfactio plena pro illis æqve ac pro his deberetur* Vigsl. *c.* 86 (*II. p.* 128). *Hoc olim quoque obtinuisse ex historia Nialis patet, cum Skarphedini Nialis filii mors ex incendio domus Nialis orta secundum pacificationem expianda censeretur, qvanqvam cædis in Höskuldum pontificem commissæ potissimus auctor fuisset, qvin et illa cædes huic æqviparetur* Niáls S. *p.* 251 (*vers. lat. p.* 555).

liberis inimicitiæ exempla in historiis sunt prodita, non autem talis parricidii mentio fit, fratrum autem aliorumque proxime cognatorum et affinium mutuæ cædes hinc illinc enarrantur, sed nullibi, qvod sciam, significatur, eas graviore poena qvam si in alios ingenuos commissæ fuerint vindicatas fuisse.

Si plures ejusdem homicidii rei essent, actori licuit qvemcunque ex iis homicidam designare et plenam ab eo poenam exigere, Vigsl. *c.* 48 (*II.* 86. 87) *qvod demonstrat discrimen inter auctorem principalem ejusque comites qvoad homicidia a turba commissa eorumque poenas non accurate fuisse observatum, qvod olim quoque obtinuisse historiæ Islandicæ veteres testantur* (*cfr.* Laxdæla-S. *c.* 51 *p.* 231). Niáls-S. *p.* 189 (*v. l.* 415).

Ex pluribus Codicis locis colligere licet homicidium attentatum eadem poena coërceri ac consummatum Vigsl. *c.* 89 *et* 90 *II. p.* 180. 181.

Svasores homicidii non minus qvam ipsi homicidæ proscriptione plectebantur, si homicidium consummatum fuerit; sin minus relegatione. Vigsl. *c.* 75 (*II. p.* 116). *Idem et olim obtinuisse videtur; cfr.* Niáls-S.

Homicidam protegens in loco rei gestæ proscriptione, sed extra hunc locum qvantumvis sciens modo relegatione puniebatur Vigsl. *c.* 9 (*II. p.* 12 *et* 13) *c.* 73 (*II. p.* 114. 115).

Nullam autem poenam sustinuit homicida cum si se adversus injustum aggressorem defendisset, sed et qvi ulcisceretur gravem injuriam autem perpessam, modo talis esset ut ipso jure auctor læsionis exlex fieret. In tali casu actio ab occisore adversus juste occisum institui potuit. Vigsl. *c.* 65 (*II. p.* 105).

Homicidium vere culposum non puniebatur, sed satisfactionis nomine pecunia cognatis occisi præstabatur. Vide Grágás c. 34 um vaþaverk (*II.* 65) *cfr. c.* 75 (*ib. p.* 117).

*Qvo modo multcæ**) *ob homicidium inter hæredem cognatosque occisi masculos ratione proximitatis dividendæ essent et qvatenus matrimonium aliudve vinculum jus olim conferret harum multarum participem fieri, cum titulus qvi dicitur* Baugatal *c.* 114 (*II. p.* 171-188) *tum alia legis* Vigslodi *capita singulari cura definiunt, nec non qvantum ex his mulc-*

*) *Hæ multcæ* "Baugar" *i. e. annuli in lege Grágás nec non antiqvissimis Norvegicis vocantur (unde* "Baugatal" *i. e. recensus annulorum), qvia olim ejusmodi multcæ ope annulorum aureorum, qvos circa bracchia gestabant septemtrionales ditiores, magna ex parte præstabantur. Tales annuli quoque non solum dono dabantur a principibus iis poëtis qvi facta eorum dignis carminibus illustrassent, et ab amicis inter se invicem, sed et pecuniæ loco ad res pretiosas emendas. Hinc non est qvod miremur ejusmodi annulos in tumulis mortuorum ethnicismi tempore exstructorum sæpius reperiri pro more gentilium, qvi res pretiosissimas una cum mortuorum illustriorum cinere sepelirent.*

tis cum ipse homicida tum ejus agnati cognative præstare tenerentur). At homicidiorum simplicium poenæ sæpius transactione in foro definiebantur, et tum hæ mulctæ pro dignitate occisi metuque vindictæ ab occisi cognatis potentibus plurimum augebantur, ut jam supra observavi (p. LXXXII)* **). *Si in conflictu hostili civium cædes utrinque illatæ fuissent hæ tali transactione compensari solebant, si pares dignitate censerentur. Nialis historia plura ejusmodi exempla suppeditat;* Niáls-S. *p.* 250 *vers. lat. p.* 554. *Transactio autem in terris exteris qvin regnis septemtrionalibus de homicidiorum læsionumque satisfactione non ut satis libera spectabatur adeoque non impediebat, qvo minus actio in patria adversus homicidam institueretur. Sola exceptio qvoad Grœnlandiam obtinuit, qvæ inde explicari potest, qvod in hac terra, primum ab Islandis detecta, plurimi Islandi domicilium fixerint et ob eorum prævalentiam, qvanqvam hæc terra postea regibus Norvegiæ paruerit, studium partium in justitia exercenda non metuendum esset.* Vigsl. *c.* 99-103 (*II. p.* 138-143).

Si actio ob homicidia institueretur mulctis solutis reliqva rei bona inter actorem et toparchiam sive qvadrantem æqva lance dividebantur; cfr. hanc Comm. p. LXXXI.

Neqve sancita de injuriis realibus ab iis discedunt, qvæ jam ethnicismi ævo in Islandia usu recepta fuere. Accurate inter vulnera (sár) *et ictus* (drep) *aliasque corporis læsiones distingvit jus nostrum. Vulnera autem si graviora vel etiam lethalia fuerint ex lege Grágás æqve ac antiqvioribus temporibus proscriptione puniebantur, qvorsum potissimum referebantur ea, qvæ* "heilund oc holund oc mergund" *dicebantur, i. e. qvæ læsionem cerebri adtulissent, vel in cava corporis penetrassent vel qvibus os ad medullam usqve rumpereretur, ut ex definitionibus legalibus in* Vígslódi (*II. p.* 11) *nec non c.* 51 (*ib. p.* 91) *occurrentibus colligere licet, qvocum formulæ actionum in* Niáls-S. *c.* 136 *p.* 217 *c.* 142 *p.* 230 (*vers. lat. p.* 479.

*) *Cfr. tabulas a toparcha Sveinbiörnsen confectas, qvæ distributionem annulorum mulctatitiorum sistunt, ad calcem legis Grágás. Præter ipsam mulctam solvendum erat augmentum qvoddam nomine* "baugþac", *qvod "annulinstratum" vertit interpres, majus minusve pro magnitudine mulctæ pecuniariæ primariæ; cfr.* Vigsl. c. 114 (*II. p.* 171. 172). *Hujus rei vestigium occurrit in vita Nialis p.* 190 (*vers. lat. p.* 417) *ubi Niall syrma sericum et creas promit acervoque pecuniæ congestæ in satisfactionem cædis Höskulli Hvitanesii superimponit, qvod nihilo minus Flosius in malam partem accipit, forte qvia id minoris pretii æstimasset sibique ignominiæ causa adjectum.*

**) *Hinc ex arbitrorum sententia cædis Höskuldi pontificis Hvitanesii satis fieri debuisset sexcentis argenti oris, pro summa viri dignitate et æstimatione, qva mulcta nulla major, ut ibidem asseritur, hucusque præstita* Niáls-S. *p.* 189 *vers. lat. p.* 415. 416. *Ordinaria satisfactio ingenui tum fuere ducentæ oræ. Pro cæde Nialis incendio domus pereuntis postea ex arbitrorum sententia triplum viri pretium solvendum erat ab incendiariis et pro ejus uxoris Bergthoræ cæde eodem incendio duplum;* Niáls-S. *p.* 250 *vers. lat. p.* 554.

503) *omnino conveniunt, qvin et æqve ac si cædes commissa fuerit ipso facto reus non alendus fiebat, læsionesque acceptæ cæde in ipso loco vindicari poterant; cfr.* Vigsl. *c.* 51 *p.* 90. *Ob membrorum amputationem eadem poena qvæ ob vulnera majora, ut dixi, infligebatur nullo membrorum ut in cæteris legibus septemtrionalibus facto discrimine. Vulnera etiam leviora proscriptione* (scóggang) *sed, ut videtur, non pleno effectu puniebantur;* Vigsl. *c.* 6 *II. p.* 11 *si autem eventus consilio non respondisset modo relegatione ib. c.* 1 *II. p.* 7. *Ictus graviores, qvibus ossa frangerentur, auditus visusve amitteretur, deliqviumve causaretur, proscriptione quoque plectebantur* Vigsl. *c.* 10 (*II. p.* 14) *nec non c* 74 (*II. p.* 116). *Eadem poena eos mansit qvi ictu qvidem corpus neutiqvam læserint, sed ignominiam alteri inferre conarentur ib. c.* 3 *p.* 8 *c.* 11 *p.* 15 *c.* 91 *p.* 131 *c.* 93 *p.* 133. *Hinc plagam inferens non solum ab ipso læso sed et ab omnibus eum seqventibus, qvin et a qvocunque alio per diem vertentem cædi jure potuit;* Vigsl. *c.* 13 (*II. p.* 18). *Idem et olim obtinuisse ex historia Nialis apparet c.* 56 *p.* 87 *et* 88 (*vers. lat. p.* 172. 176). *Qvi animo præmeditato sed potissimum si cum sociis alium adortus fuerit* (til áverka) *poenam proscriptionis luebat, cum consilium perfecisset, sin minus relegationis;* Vigsl. *c.* 8 (*II. p.* 12); *nec minori poena is plectebatur, qvi alium ad civem lædendum sollicitasset ib. c.* 75 (*II. p.* 116) *nec non c.* 85 (*ib. p.* 127). *Si plures junctis viribus aliqvem aggredientes plura vulnera ei inflixissent singulis singula vulnera assignabantur, qvod tamen in Codice nostro ad tres restrictum est;* Vigsl. *c.* 16 *p.* 25 *et* 26, *id qvod olim non obtinuisse ex Nialis historia patet c.* 113 *p.* 172 (*vers. lat. p.* 382). *Injuriæ reales in comitiis judiciisque sacratis alicui illatæ exsilium adferebant et satisfactio debita in duplum augebatur. Actio hac de re, evocatis proximis accolis, statim institui potuit, modo judicium nondum omnino clausum esset.* Vigsl. *c.* 52 *p.* 92. 93 *). *Qvanqvam suicidii nulla poena in hoc Codice statuatur, nihilo minus cavetur, qvod is qvi sua sponte se vulnerasset vel se vulnerari vel male haberi curasset uno aliove malo consilio, relegatione puniendus esset* Vigsl. *c.* 53 (*II. p.* 93. 94). *Si transactione poena et satisfactio definiebatur, a legum præscriptis haud raro discedebatur. Tum ut in homicidiis inter pugnantes commissis vulnera ab utraque parte data et accepta compensabantur dignitatis et natalium eorum, qvi læsi erant, justa ratione habita; cfr.* Eyrbyggia-S. *p.* 246.

Qvoad *injurias verbales* *Codex accurate distingvit inter dicta, qvæ non nisi in*

---

*) *Ex hoc loco discimus ultimum actum legitimum in comitiis* Alþing *susceptum computi semestrium promulgationem fuisse* (medan eigi er upsagt misseristal). *Ex codice tamen regio ultimus actus foret novorum edictorum promulgatio:* er nimæli ero uppsögþ; *vide II. p.* 93 *not.* 2.

*malam partem accipi possunt**) "fullrettis orþ" *s.* "aþettar orþ" *relegatione et mulcta juris personalis violati punienda et dicta ambigua* "hálfrettis orþ" *qvæ a poena immunia erant si ingenui inter se invicem iis usi fuissent, sed dimidia juris personalis mulcta expiabantur, si iis servus liberum vel operarius herum suum lacessiverit.* Vigsl. *c.* 104. 105. *Injuriatus præsens an absens fuerit nullam qvoad poenam vim habuit; præsenti autem æqve graves injurias retorqvere licuit, potissimum si nulli testes adessent et hac probatione injuriarum proinde læsus destitueretur* Vigsl. *II. p.* 145. *Jus hoc nostrum eo nomine cum jure Romano convenit, sed ab aliis septentrionalibus discedit, qvod veritas convicii reum non excuset (qvod tamen eo usque non porrigendum est, qvasi nemini delictum nondum expiatum, qvo ipse se vel rempublicam læsam merito censeret, alteri exprobrare licuisset)* Vigsl. *c.* 105 *(II. p.* 146). *Singulare id quoque est, sed ex acerrima existimationis intactæ servandæ Islandorum cura explicandum qvod is relegatione puniretur, qvi alicui cognomen addidisset usu apud septemtrionales satis recepto, qvamvis per se non contumeliosum esset, modo alter eo indignaretur, sed semper hanc poenam sustineret si re vera ignominiosum;* Vigsl. *c.* 105 *(II.* 146). *Exempla talium cognominum ad maculam infligendam tendentium, qvæ etiam cæde injuriantis vindicabantur, suppeditat* Niáls-S. *p.* 67-71 *(vers. lat. p.* 126-141). *Si injuriæ verbales in foro prolatæ essent illarum mulcta æqve ac realium in duplum augebatur;* Vigsl. *c.* 104 *(II.* 145). *Qvædam injuriæ atrocissimæ, qvæ in* Vigsl. *c.* 105 *(II. p.* 147) *recensentur, proscriptione puniebantur cædeque eas ulcisci licuit* **).

*Summa cura Codex noster cavet, ne qvis alterum carmine famoso lacessat, qvin eo usque procedit, ut etiam prohibeat carmen in alicujus laudem (utiqve sine ejus venia) pangere, qvæ prohibitio inde fluxisse videtur qvod interdum accidisset ut alteri, qvem lædere studerent, eas virtutes carmine tribuissent, qvibus vacabat, vel verbis usi fuissent qvæ qvidem prima facie ad laudem ejus tenderent, sed accuratius inspicienti ad ejus ignominiam****). *Cum ab una parte apud septemtrionales receptum fuerit, ut qvo longius carmen ad ejus honorem compositum esset eo honorabilius*****), *ita ab altera judicarunt, ut qvo longius carmen famosum conderetur eo majorem*

---

*) *Excusatio illa non admittebatur verba adhibita sensu poëtico esse explicanda* (en ecki scal at scaldscapar mali raþa); Vigsl. *c.* 104 *II. p.* 144.

**) *Memoratu tamen dignum est qvod totus hic locus in Code regio antiqvissimo desideretur; vide II. p.* 147 *not.* 2.

***) *Hoc confirmatur additamento, qvod Codex regius continet: p.* 148 *not.* 2 eþr lof þat er hann yrkir til hádúngar *i. e. vel laus in alterius infamiam allata.*

****) *Hac de causa* Gunlaugus Vermilingvis Rafnio *Poëtæ objiciebat qvod poëma, qvod in laudem*

ignominiam adferret. Hinc poena in hoc jure Isl. qvodammodo pro magnitudine carminis definitur. Si qvis qvartam versus tetrastichi partem de aliqvo condiderit a poena immunis erat nisi aliqvid contumeliosum contineret, sin majus trium marcarum mulctam præstaret, qvin si dimidium carminis (hálfa viso) *de aliqvo cecinerit relegatione puniebatur, si nihil per se ignominiosum contineret, sed si ad alterius ignominiam aperte tenderet proscriptione puniebatur; si alium tale carmen famosum docuerit ob id ipsum tali poenæ subjectus erat; eadem quoque poena et illum mansit qvi tale carmen didicisset et in alterius ignominiam pronuntiasset. Si plures carmen famosum confecissent, singuli eandem poenam sustinebant. Qvi adversus aliqvem in foro* Alþíng *carmen famosum cecinisset ipso jure statim proscribebatur, adeo ut non solum ipsi læso, sed et omnibus ejus fautoribus et amicis jus talem injuriam cæde vindicandi competeret usque ad proxima comitia, tumque injuriatus actionem adversus cæsum instituebat qva injuriam sibi factam novem accolarum ope demonstraret injuriantemque adeo jure cæsum fuisse pronunciaret. Si qvis carmen condidisset non adversus certam personam, sed qvod ad diversos applicari possit* (víþátto-scáldscap), *illudque per tribum* (heraþ) *spargeretur, cuivis, qvi hoc ad se applicare vellet, actionem instituere licuit et auctor tum proscriptione plectebatur, qvanqvam evocati existimassent verba non ad actorem trahenda esse.*

Plura carminis famosi exempla in historiis Islandicis occurrunt eaque sangvine sæpius expiata et si ita non vindicata fuissent, id majori approbrio offenso vertebatur; vide vitam Nialis p. 183. 185 *vers. lat. p.* 404. 408. Kristni-S. *c.* 4 *p.* 22.

Qvæ de carmine famoso in universum statuta sunt magna ex parte quoque leguntur in Codice Norvegico Regis Magni *legum emendatoris*, Mannhelgi-Bálkr *c.* 25 um kvedscap *ed. Hafn. p.* 196. 197, *sed facile intelligitur hæc jus Norvegicum ex Islandico pluribus seculis vetustiore hausisse, qvod etiam eo confirmatur qvod jura Norvegica vetustiora hac de re nihil aliud statuant qvam qvod qvi lingva ad alteri infamiam inurendam abuteretur, is pace publica privandus esset; cfr. legem Gulensem Haconis Adelstenii alumni apud Pausium I. p.* 135. *Lex Islandica recentior qvæ* Jónsbók *dicitur plura qvam Codex Magni Norvegicus ex veteri jure Isl. desumsit; cfr.* Jónsbók Mannhelgi-B. *c.* 27.

Olai *Regis Sveciæ composuerat, brevioris generis esset qvod* "flockr" *dicebatur, non majoris et heroici qvod* "Drápa" *sonabat, qvasi tali carmine Rex indignus censeretur; cfr.* Sagan af Gunnlaugi Ormstunga ok Skáld-Rafni, *Hafniæ* 1775, *p.* 112. *Regem autem Daniæ Canutum Magnus vehementer in Thorarinem Loftungam accensum, qvod ejus laudes tantum Flocco qvodam, non justa* "Drapa" *celebrasset, Snorronis Sturlæi hist. Norv. II.* 297 *et Knytl. S. c.* 19 *testantur.*

Cura existimationis civium non ad vivos restricta fuit, sed etiam ad mortuos extendebatur. Hinc Grágás edicit, ut qvi carmen famosum de cive c h r i s t i a n o *mortuo condidisset vel pronunciasset extorris fieret;* Vigsl. *c.* 106, *II.* 149.

Curæ qvoque reipublicæ fuit, ne cives Islandiæ carminibus famosis reges septentrionales sive Daniæ, sive Sveciæ, sive Norvegiæ offenderent, qvod in hujus civitatis perniciem vertere potuisset; hinc proscriptionis poena adversus hujus delicti reum in Codice statuitur ib. p. 149. 150. *Ansam forte huic edicto præbuit, qvod Islandi olim sibi iram regis Daniæ Haraldi cærulidentis contraxissent ob qvædam carmina famosa adversus eum condita, ut occupationem rerum naufragarum ad se pertinentium a Rege factam ulciscerentur, teste Snorrone in Heimskringla I.* 241. *De aliis principibus non agitur.*

Carmen amatorium severa qvoque poena coërcebatur, actioque ipsi foeminæ qvæ se eo læsam censeret competebat, si vicennaria fuerit, sin minor natu ejus tutori legitimo II. 150.

Injuriæ symbolicæ poena relegationis castigabantur, qvo referuntur si qvis ligno characteres inciderit (de qvo loqvitur Vigaglums-S. *c.* 26 *p.* 156), *nec non si perticam exsecrationis* (niþstöng) *adversus aliqvem erexerit (II.* 147). *De tali* "niþstöng" *in pluribus veteribus historiis Islandicis sermo est v. c. in* Gísla Súrssonar-S. *nec non in* Vatzdæla, *ex qvarum relatione erigebatur in ejus contumeliam, qvi non justo tempore comparuisset ad locum qvo duellum conventum ineundum esset, sed maxime memorabilis est narratio de* Egillo Skallagrimi *filio talem perticam, cui runæ exsecrationem continentes insculptæ essent, adversus ipsum Regem Norvegiæ* Ericum Blodöxe *reginamque* Gunnhildam *in rupe hujus regni figente, ut hoc modo vindictam sumeret de injuria qvam sibi ab his illatam contendebat (vide* Egils-S. *cap.* 60 *p.* 389). *Etiam in Codice Gulensi Haconis Adelstenfostre loco supra citato ejus fit mentio reumque pacis damnat.*

De injusta alicujus detentione, obstructione ædium effecta, nec non violenta ejus retentione in via per breve licet tempus agit Vigsl. *c.* 68 *poenamque exsilii ibi statuit. De obstructione ædium, eo fine ut alter ignominia afficeretur, occurrit exemplum memorabile in* Laxdæla-S. *c.* 47 *p.* 208.

Jus nostrum ad f u r t u m (þiofscap) *constituendum non solum reqvirit ut qvis sciens*) rem alienam clam abstulerit, sed et ut res ad minimum pretio semunciæ æstimanda sit**). Sin*

*) *De casu, si qvis culpa rem alienam abstulerit prolixe agit* Vigsl. *c.* 119 um gripatac *(II.* 196*).*

**) *Cibariorum ablatio nihilominus ut furtum puniebatur, nulla valoris ratione habita;* Vigsl.

minoris pretii, sed tamen saltem nummuli (penning) *fuerit* "gjörtæki" (*ad verbum: totalis rei ablatio*) *dicebatur, qvod respondet Norvegico* hvinn *s.* hvinska *eique delicto, qvod furtum rei minimæ dici solet et modo duplo rei ablatæ pretio mulctaque trium marcarum plectebatur;* Vigsl. *c.* 115 (*p.* 188). *Fur manifestus in ipso loco furti commissi deprehensus a domino ejusque asseclis jure cædebatur, sed si vitam forte servasset proscribebatur, nullam pro vulneribus sibi illatis satisfactionem obtinens;* Vigsl. *c.* 97 *p.* 136. 137. *Si non in actu fuerit deprehensus non furti eum insimulare licuit, nisi rem ablatam studiose celasset; si enim hujus culpæ reus non esset de injusta ablatione modo actionem instituere licuit; in utroque tamen casu reus proscriptione plectebatur, sed actio furti maxime contumeliosa fuit, altera ignominiam non adferebat* (Vigsl. *c.* 115). *Hæc conveniunt cum iis, qvæ in* Laxdæla-S. *p.* 350 *ss. narrantur de actione furti a* Helgio *colono contra* Bollium *instituta. Si qvis rem furtivam per annum occultasset domino venia tribuebatur postulandi ut talis fur sibi in servitutem adeo plenam ac si verna esset addiceretur una cum bonis qvæ possideret;* Vigsl. *c.* 117 *p.* 102. *Actio furti saltem tertiis comitiis a domino instituenda erat* (*qvod tamen non ad eum, qvi furti ignarus esset, trahebatur*); *illa autem qvæ ex bonorum ablatione nascebatur non præscribebatur.* (Vigsl. *p.* 190). *Non solum furis comites, sed et qvi mala fide rem furtivam custodirent sibive compararent furti poenam incurrebant* (*vide* Vigsl. *c.* 115 *p.* 190).

Rapina (rán) *tum æqve ac hodie eo a furto differebat qvod manifeste committeretur et hanc ipsam ob causam viro ingenuo non prorsus indigna censeretur. Cæterum jus hoc nostrum inter* "handrán", *si res manibus vel corpori domini eriperetur et* "raudarán" *) (*rapina rubra*), *qvæ cum tali offensione domini conjuncta non fuerit accurate distingvit, qvanqvam proscriptionem utrique rapinæ generi pariter statuat* Vigsl. *c.* 116 *p.* 191. *Cfr. tamen c.* 92 *p.* 132.

Si rapina peregre commissa fuerit eadem actio raptori competebat ac si domi. Vigsl. *c.* 101 *p.* 141.

Neqve rapina possessionis impunita fuit, potissimum si ei auferretur, qvi bona fide justo titulo nixa eam teneret. (*ibid.*)

---

c. 116 *p.* 192. *Rei ne nummulo* (penning) *qvidem æstimatæ ablatio nullam post se poenam traxisse videtur.*

*) *Origo vocis inde repetenda videtur, ut conjicit interpres in indice vocum p.* 67, *qvod raptor rem tali modo auferens ruborem i. e. pudorem aliqvem ostenderet, cum a persona simul lædenda abstinuisset,* "handrán" *autem committens hunc pudorem penitus exuisset. Ceteroqvin vix hæc vox in Sagis occurrit qvanqvam de re ipsa ibi legatur; vide* Laxdæla-S. c. 19 *p.* 63 *ss. c.* 37 *p.* 148.

Prædatores latronesque, *qvorum numero omnes censebantur, qvi ex latebris, ubi residebant exsilientes bona vi abstulerint eorumque dominos male qvacunque ratione habuerint (licet eos non occiderint) ipso jure proscribebantur, qvin et sine prævia denunciatione fama publica ejus vices supplente a qvolibet occidi poterant occisorque præmium constitutum octo unciarum argenti (i. e. octo veterum Joachimicorum) reportavit;* Vigsl. *c.* 95 (*II. p.* 134. 135). *Ex horum bonis damnum passis satisfactio ante omnia præstabatur c.* 96. *Hæc ex lege ab Eyiulfo jam ethnicismi tempore lata fluxisse veri est simillimum (cfr. h. Diss. p. XCVII). Ceteroqvin de latronum insidiis eorumque legitima persecutione in historiis Islandicis sæpius agitur; e qvibus hic modo laudo* Laxdæla-S. *c.* 38 *p.* 155 *c.* 57 *et* 58 *p.* 250-255.

Incendium voluntarium etiam cum nullo homicidio conjunctum proscriptione plectebatur, si ignis cum in finem allatus fuerit, sed tum reum ad latam usque sententiam alere licuit; cfr. p. CIII. vide Niáls-S. *p.* 74 (*v. l.* 146), Eyrbyggia-S. *c.* 31 *p.* 155. *Svasores hujus criminis relegationi erant obnoxii;* Vigsl. *c.* 86 *II. p.* 128.

*De falso reali nihil in hoc jure occurrit**), *præter præscriptum de staterarum illegitimarum usu injustaque mercium mensura, qva qvis defraudaretur, mulctam trium marcarum infligens actionemque adversus reum non solum læso, sed in subsidium etiam aliis civibus tribuens;* Vigsl. *c.* 120 (*II. p.* 197. 198); *cfr.* Kaupab. *c.* 82 (*I.* 497. 498). *Hoc statutum ex consilio Paulli Episcopi Skalholtensis circa annum ducentesimum conditum fuisse alibi notavi (h. Diss. p. XLI).*

Falsi autem, qvod jurisconsulti personale vocant, plura in hoc jure exempla obveniunt. Sexus alterius ac veri simulatio sive vir mulebribus vestimentis sive foemina masculinis se induisset, relegatione castigabatur; v. festa-Þ. *c.* 24 *I. p.* 338 *cum textum tum notam* 4, *ubi supplementum memorabile ex Cod. regio adfertur. Cum hoc statuto comparari merentur, qvæ habet* Laxdæla-S. *c.* 34 *p.* 134 *unde apparet vestium alieni sexus gestationem justam olim divortii causam æstimatam fuisse.*

De alia hujus falsi personalis specie agit festa-Þ. *c.* 37 (*I.* 353) of mannvillo. *Qvanqvam enim capitis inscriptio plura polliceatur, tantum tamen de iis casibus ibi sermo est, si qvis se patrem mentiatur vel foemina suppositionis partus rea sit, qvod relegatione punitur (cfr. c.* 48 *I. p.* 369) *qvæ poena et eos mansit, qvi his falsariis opem præstiterint.*

Sectio de matrimoniis pluribus delictis carnis poenam statuit, amplexibus illicitis (*c.* 24), *stupro*, (*c.* 25, 30 *et* 34), *sponsaliorum violationi* (*c.* 8), *sollicitationi nuptiarum et adulterio,*

*) *Arbitrio toparcharum* (godar) *relictum fuisse ut justis poenis eos coërcerent, qvi in mercium venditionibus cives fallere studerent, crediderim pro summa auctoritate, qua hi magistratus in mercatores exercebant.*

(*c.* 24. 25), *conjunctionibus incestis* (*c.* 44), *bigamiæ* (*c.* 49), *raptuique foeminarum* (*c.* 29 *c.* 38 *ad* 42).

Qvanqvam mores Islandorum non sese castitate admodum commendarent, leges juraque tamen adeo severa erant, ut etiam svaviis poena durior statueretur. Si enim qvis ingenuam foeminam alterius potestati subjectam clam oscularetur, ea licet consentiente, trium marcarum mulctam solvere tenebatur, sin ea nolente relegatione plectebatur, qva poena is semper castigabatur qvi uxori alienæ sive volenti sive invitæ oscula dederit; fþ. *c.* 24 (*I.* 337).

Stuprum ("legord") *cum ingenua certo domicilio utente* (*i. e. non vaga s. circulatrice*) *commissum proscriptione puniebatur, actione ab eo cognato, cui jus eam despondendi competebat instituta;* fþ. *c.* 24 *et* 25 (*I.* 338. 339). *Stuprum libertinæ illatum relegatione, ancillæ servæ mulcta trium marcarum ejus domino præstanda plectebatur. Stupri cum foemina circulatrice perpetrati nulla poena, si reus paternitatem confiteretur et stupratam aluisset usque dum partum enixa esset pristinamque sanitatem recuperasset;* fþ. *c.* 25. 26 (*I.* 339. 340). *Actio stupri non solum contra stupratorem dum in vivis esset instituebatur, sed et eo mortuo cum in finem ut paternitas probaretur mulctaque obtineretur, sin actio stupratore qvidem vivo coepta sed post ejus mortem demum absoluta esset, omnia rei bona committebantur c.* 28 *ib. p.* 342.

Foemina ingenua stupro ipsa ansam præbens ad mulctam octo unciarum condemnabatur, qvam si solvere non posset, actor competens exigere potuit ut ob hoc legale debitum sibi serviret; fþ. *c.* 36 (*I.* 351). *Hæc mulcta ad sex marcas crevit si cum servituti ob æs alienum addicto rem habuisset optioque simul dabatur actori mulctæ loco postulandi ut sibi ancillaretur ib. c.* 48 (*I.* 363) *et c.* 49 (*ib. p.* 368). *Si peractis sponsalibus sponsa fidem datam fregerit sponso actio stupri adversus stupratorem competebat, sed desponsatori foeminæ actio de jure personali violato, sin sponsus illam ob fidei violationem repudiasset hæc actio ipsi, illa tutori tribuebatur;* fþ. *c.* 8 (*I.* 318).

Sollicitatio nuptiarum relegatione puniebatur, adulterium proscriptione c. 24. 25 (*I.* 338–340, *cfr. p.* 347). *Sed cum hoc delicto non solum maritus sed et proximi cognati se graviter læsos existimarent, leges præter maritum et patri et filio et fratri jus per cædem adulteri hanc injuriam vindicandi tribuunt;* Vigsl. *c.* 31 *p.* 60. *Memoratu quoque dignum est ut vel servus adulterium cæde vindicare possit, sed neutiqvam ingenuus si ancillam suam matrimonio sibi junxisset. In adulterii odium qvoque statutum fuit, non solum ut actio marito peregre profecto ab ejus cognatis institui posset sed qvoque marito mortuo;* fþ. *c.* 36 *I. p.* 352.

Si qvis cum foemina in tertio vel propinqviore gradu sibi cognatione vel affinitate conjuncta rem habuisset proscribebatur, sed si modo gradu remotiore relegationi obnoxius erat; fÞ. *c.* 32. *c.* 33. *c.* 44 *et c.* 49 (*I. p.* 346. 358. 364-368).

Coitus cum virginibus sacris) eadem poena ac incestus plectebatur c.* 33 (*I. p.* 346).

Bigamiæ crimen sive a mare sive a foemina commissum mitius puniebatur, nimirum relegatione, Arfa-Þ. *c.* 4 (*I. p.* 178. 179. 181), FÞ. *c.* 49 (*I.* 367), *qvod forte ex summa facilitate fluxit, qva matrimonia ethnicismi tempore solverentur**), qvæ facilitas christianis diu hæsit clero licet repugnante. Liberi ex secundo matrimonio illegitimo suscepti omnis successionis incapaces erant; sed exceptio tamen obtinuit, si in Norvegia hoc matrimonium contractum fuerit,* AÞ. *I.* 181, *ne talis lex matrimoniis, qvæ Islandi in hoc regno sæpius inire studerent, obstaculo esset. Concubinatui nulla poena statuta.*

Si qvis foeminam solutam volentem extra patriam vel extra qvadrantem abducere conaretur relegationi, sed si invitam (qvenna-nam) *vel etiam sponsam cujusdam rapuerit proscriptioni obnoxius erat; eidemque poenæ subjiciebantur qvi opem ipsi ministrassent;* fÞ. *c.* 29. *c.* 38-42. *I. p.* 342. 343. 353-356.

Actio ex omnibus his delictis orta intra tertia comitia a læsis instituenda erat cum comperissent, qvo tempore elapso a qvocunque institui potuit. Contra inscium nulla currebat præscriptio.

Transactioni sine venia judicii sive senatus sive episcopi his de rebus initæ poena statuitur, potissimum si illa poena legitima minueretur. Si is, cui causa ab actore mandata esset, prævaricationis reus fieret, relegatione puniebatur, actorque competens nihilo minus nova actione reum principalem criminis postulare poterat; fÞ. *c.* 31. *c.* 33. *c.* 34 *c.* 35.

De delictis contra naturam Codex noster nihil habet qvanqvam de iis leges veteres Norvegicæ agant, sive qvod ejusmodi in Islandia fuerint rariora, sive qvod eorum coërcitio clero omnino relicta fuerit.

Delictorum carnis passim qvidem mentio fit in historiis Islandorum, non tamen adeo plena, ut accurata inde notitia juris tum obtinentis circa hæc delicta eorumque poenas actionesque inde ortas facile formari possit. Ex Niáls-S. *tamen apparet stuprum jam ethnicismi tempore relegatione fuisse punitum, et actionem adversus reum jam tum interdum alii fuisse mandatam nec non compensationem delictorum admissam fuisse;* Niáls-S. *p.* 99-101 (*v. l.*

*) *Qvod in codice Grágás monialium mentio fiat documento quoque est multa in hunc codicem recepta fuisse qvæ serioris sunt ætatis. Monasteria enim in favorem seqvioris sexus demum sub finem Seculi duodecimi in Islandia condita sunt; cfr. F. Johannæi hist. Isl. eccl. IV. c.* 1 *p.* 17. 78. 106.

**) *Cfr. jus eccl. Isl. vetustum a Thorkelino editum p.* 116 *ss. not.* 69.

201-207. *Plura loca porro demonstrant gravissimam vindictam proximos cognatos ob stupra et adulteria a reis sumsisse ib. p.* 130 *v. l. p.* 276; Vigaglums-S. *c.* 20 *et* 21 *p.* 114. 116.

§. 32.

Delineatio juris Islandici veteris qvoad personas et res ejusque cum iis, qvæ in historiis Islandorum traduntur consensus sive dissensus.

Servorum in Islandia ab initio sat magnus numerus fuisse videtur cum Norvegi sedem hic figentes multos secum advexissent, sed paulatim manumissionibus imminuebantur. Servi aut nascebantur ex ancillis aut fiebant delictis qvibusdam, de qvibus supra dixi (p. CXII) *). *Servitus minus plena ex ære alieno oriebatur, nec non ex mulctis qvas reus solvendo impar esset;* fÞ. *c.* 47. 48 (*I.* 362. 363); Vigsl. *c.* 36 *II.* 69-71. *Hæc autem servitus plena evasit, si ære alieno detentus prolem clanculum generasset, eaque domino suo onere illam alendi gravasset;* fÞ. *c.* 48 (*I. p.* 363) **). *Non solum servi ut res in commercio privatorum spectabantur, adeoque venum dari, permutari aliisque donari potuere sed jus eos ob delicta noxæ dandi* (*II.* 155) *nec non jus et vitæ et necis in eos domino competebat* ***), *neqve aliqvid temperamentum huic juri additum præter hoc, ne servum diebus festis et jejunii qvadragesimalis tempore sub poena relegationis occidere liceret;* Vigsl. *c.* 108 (*II.* 154). *Nihilo minus jura conjugii a servo initi adeo sancta habebantur, ut adulterum jure suo cædere posset. Si servus læderetur non omnes semper mulctæ domino, sed pars earum interdum ipsi servo cedebant v. c. si ingenuus graves servo ictus infligeret, nec non si servus alienus ipsum verberasset ib. p.* 154. 155. *Servi bonis moribus sese commendantes bene habebantur peculiumque propria industria ipsis sibi comparare indulgebatur.*

Manumissiones apud Islandos fuere freqventes ****). *Servi ancillæve libertatem recuperabant ex liberalitate domini aut pretio huic præstito* *****). *Qvi sibi justo pretio libertatem*

---

*) *De mancipiis sive servis bello captis nihil in Codice nostro neqve, qvod sciam, in historiis Islandorum occurrit, forte qvia eos se lytro redimi patiebantur ne eorum transvectione onerarentur. Contra servorum in exteris terris emtorum sæpius mentio fit.*

**) *Plena et perfecta hæc servitus hic ut alibi explicatur:* verÞr hann Þa Þræll hins — — sva sem hann veri ambattar sonr *i. e. tum servus fit — — ac si ex ancilla natus esset (verna).*

***) *Hoc jus inde qvoque elucet qvod lex arbitrio domini relinqvat poenam ipse statuere servis suis sibi invicem cædem infligentibus* Vigsl. *c.* 108 *II. p.* 155.

****) *Manumissio ex arbitrio domini pendebat præter eum casum ubi civis ancillam sibi duodecim oris (argenti unciis) vendumdari exigebat, ut eam uxorem duceret.* fÞ. *c.* 43 *(I. p.* 358*).*

*****) *Non eo favor libertatis processit ac apud Romanos, ut libertas ancillæ gravidæ data etiam partum liberum efficeret, sed talis partus ad pristinum ancillæ dominum pertinuit.*

stipulabantur, non plenam ejus possessionem nanciscebantur ante qvam dimidium pretii præstitissent. Ritus a parte manumissoris observandos Codex non præscribit, sed modo innuit magistratum (Godi) *extra forum esse adeundum ut manumissum inter cives cooptet juramento per crucem præstito: se leges juraque civitatis sancte servaturum aut in foro manumissionem proclamandam. Medio tempore statu liberis Romanorum æqviparandi* "grefleysingr" (*i. e. a ligone s. ab operis servilibus* *) *liberi) dicebantur;* fþ. *c.* 43 *I. p.* 357. 358. *Manumissor manumissi patronus ipso jure fiebat juraque sat pingvia exercebat; interque ea jus ab intestato succedendi, si libertinus nullos filios filiasve reliqvisset, qvin et si liberi liberti sine prole decessissent, tantum ad patronum devolvebatur qvantum ad eos ex hæreditate patris matrisve manumissæ pervenisset;* Aþ. *c.* 5 (*I. p.* 184. 185) **). *Liberti pronepotes jura demum ingenuorum etiam hac ratione acqvirebant. Ab altera autem parte patronus ejusque hæredes libertum defendere et ad incitas redactum sustentare tenebatur;* Oþ. *c.* 11 *et* 17 (*I.* 265. 270); Vigsl. *c.* 36 (*II.* 70). *Qvanqvam libertini cives efficerentur, non tamen tantis juribus ac alii cives qvoad satisfactionem ob læsiones sibi illatas fruebantur;* Vigsl. *c.* 36 (*II.* 70). *Ob insignem ingratudinem adversus patronum denuo servus fiebat v.* Aþ. *c.* 11 (*I.* 203).

De servis eorumque conditione, meritis et demeritis plura in historiis Islandorum occurrunt, nec non de dominio in eos ad alios translato, de vindicta ab iis sumta, de satisfactione domino ob eorum cædem vel vulnera præstita ***), *de manumissionibus servorum pro justo pretio vel gratis concessis* ****), *de statu libertinorum patronorumqve iis succedendi jure, qvibus ea qvæ in nostro Codice hac de re leguntur, egregie confirmantur. Vide* Niáls-S. *p.* 58. 73. 83. 257 (*v. l. p.* 110-113. 143. 164. 569); Eyrbyggia-S. *p.* 160. 221. 222; Laxdæla-S. *p.* 13. 27. 36. 45. 100; Vigaglums-S. *p.* 38-42. 94-100. 134.

Neqve omnes ingenui, qvantumvis ex manumissis non descenderent, optimo jure cives

---

*) *Ad qvas operas servi adhiberentur ex jure eccl. antiqvo discere licet;* c. 17 *ed. Thork.*

**) *Liberti nepotes bona avi relicta ex æqva parte cum patrono ejusve hæredibus dividebant;* Aþ. c. 5 *p.* 185. *Singulare est qvod libertus servum manumittens non ei succederet, si hic improles decessisset, sed patronus manumissoris. (ib.)*

***) *Minima satisfactio pro cæde servi erat duodecim unciarum si qvidem ille huic cædi ipse ansam præbuisset; v.* Eyrbyggia-S. c. 31 *p.* 160 *et p.* 222 *ed. Hafn. qvod cum pretio legali ancillæ in Grágás* fþ. c. 43 (*I. p.* 338) *convenit. In* Gunnlaugs Ormstungu ok Skáld-Rafns S. p. 66 *occurrit casus, ubi ob singulares facti circumstantias modo una marca (i. e. octo unciæ) pro cæde servi præstabatur. Ex* Vigaglums S. *p.* 23 *nihilo minus discimus vulgare pretium servi ethnicismi tempore fuisse qvinqve marcas.*

****) *Qvin et heri liberales servo manumisso fundum omnino instructum dono cesserunt vel aliud munus insigne v.* Laxdæla-S. *p.* 13. 36. 100.

erant. Pleno civium jure modo ii gaudebant qvi proprium fundum possiderent et tributum comitiale solverent. Hinc operarii famulitii expertes (einvirki), *infimasque artes exercentes ad evocatorum veridicorumque nec non pagorum rectorum officium* Þþ. *c.* 8 *non admittebantur* Kaupab. *c.* 39. *Qvanqvam illis civibus, qvi e generosa stirpe orti fuerint vel opibus vel rebus gestis exteris qvoque acceptis vel doctrina inclaruerint suus honor non deesset, qvi non solum in commercio privatorum, sed et in conventibus publicis vim suam exseruit, moderatio tamen reipublicæ penes eos solos stetit, qvi munere nomophylacis, ad qvod omnibus civibus doctrina moribusque conspicuis aditus patuit, v.* Lögsögomannz-þ. (*I. p.* 1-4), *nec non toparcharum dignitate* (*qvæ hæreditaria fuit*), *fruerentur, et ex clero potissimum penes Episcopos, cæteris autem civibus exclusis nisi forte vices toparchæ ex mandato obierint,* Þþ. *c.* 4, *vel a toparchis ad sedem in dicasterio aliqvamdiu occupandam vocati fuerint* (*cfr.* Lögretto-þattr *I. p.* 5).

Exteris potissimum lingva danica (*i. e. septemtrionale*) *utentibus jura civium adipiscendi venia data post trium annorum decursum,* Þþ. *c.* 1 *p.* 16, *domicilium fixum qværentibus et a toparcha nec non a tribus cujusdam rectoribus in municipium receptis.*

Seqviori sexui æqve magna jura in Islandia qvam in reliqvo septemtrione, qvin majora ex legibus competebant. Virgo enim vicennaria si ejus tutor sæpius matrimonio justo consensum suum impertiri detrectasset, illo inconsulto nuptias contrahere jure potuit; fþ. *c.* 6 (*I.* 316). *Nupta juribus peculiaribus ut mater familias gaudebat, magnam potestatem in liberos famulosque exercens. De bonis suis mobilibus ex arbitrio suo fere disponere potuit, nisi communio inter conjuges mutuo consensu constituta fuerit, tum enim maritus horum bonorum communium administrator fuit legitimus. Cum Codex enim prohibeat ne uxor fundi sui habitati partem dimidiam, neqve munus magistratus, neqve navem mercatoriam* (hafscip) *sine consilio curatoris legitimi alienet, eo ipso declarat minorem fundi sui partem resque mobiles a se alienari posse;* fþ. *c.* 21 (*I.* 333. 334). *Summa cura idem jus prospicit ne maritus auctoritate sua in uxorem abutatur.*

*Vidua pæne sui juris fuisse videtur nisi qvoad matrimonia ineunda. Si tutela liberorum ad eam devolveretur, sola illam suscipiebat neqve ut jure danico proximus post eam tutor legitimus prospicere debuit ut illam tutelam bene gereret**); Aþ. *c.* 9 (*I. p.* 192). *Qvin et uxori non solum æqve ac marito onus cognatos sibi proximos sustentandi deferebatur, sed Co-*

*) *Matri qvoque filiam jure despondere sola potuit, si neqve pater neqve fratres a parte paterna adfuerint, additque lex in hoc uno casu foeminam jure despondendi foeminam gaudere;* þar at eins fastnar kona kono fþ. *c.* 1. *I. p.* 305.

dex qvoque innuit eam curatelam bonorum alienorum suscipiendi habilem esse; Aþ. *c.* 4. (*I. p.* 179). *Qvanqvam pater ad liberorum legitimorum successionem prius qvam mater lege vocabatur, nihilo minus prima mater ad inecitas redacta a filiis sustentanda erat, pater demum post hanc si opes suffecerint;* Om. b. *c.* 1 (*I.* 232). *Si filia stuprata fuerit matrem post patrem fratremve ad actionem adversus stupratorem instituendam lex vocat, eique partem juris personalis violati assignat;* fþ. *c.* 25 *I. p.* 339. *Sed id maxime memoratu dignum est qvod foeminæ jure hæreditario potestatem magistralem aeqvirere possent, emolumentaque hujus muneris percipere, qvanqvam ipsis illud administrare non licuit sed aliis mandare tenebantur.*

Qvæ Codex de juribus matrum familias statuit, ea novam lucem ex historiis Islandorum accipiunt. Vita Nialis testatur summam auctoritatem et Bergthoræ uxoris Nialis et Hallgerdæ uxoris Gunnaris, qva hæc potissimum sæpius abutebatur ad lites fovendas et homicidia patranda, nec non Laxdæla-S. *de Gudruna Osvifi filia, uxore qvatuor maritorum semper imperiosa motusque perpetuos concitante. Herdisam autem, Pauli Episcopi uxorem, eadem fere autoritate domestica usam in meliorem partem vertisse docet* Páls Biskups S. *c.* 12 *et* 13 *p.* 200. 205. *De jure viduæ fundum avitum alienandi plura habet* Vígaglums-S. *p.* 29. 39–42 *ut alia exempla taceam.*

Nuptias præcessere jam ethnicismi tempore in Islandia ut alibi sive pactum minus solemne sive stipulatione firmatum, si qvidem matrimonium legitimo modo iniretur. Hinc distingvitur in historiis Islandicis inter "heit-kona" *sponsam pactam et* "festar-kona", *sponsam stipulatam, qvod discrimen eam vim habuit ut a pacto tempore statuto præterlapso sine ullo incommodo partibus recedere liceret, sed a sponsalibus non item. Hoc discrimen bene illustratur ex historiis Gunnlaugi et Rafnis Poëtæ p.* 80. 116; *cfr. p.* 150 *ed. Hafniensis. In Codice nostro ad hoc discrimen non attenditur, sed ille modo de sponsalibus stipulatione firmatis loqvitur, definitque hæc junctis manibus ineunda esse a sponso cum eo, cui jus foeminam despondendi competebat ex lege;* fþ. *I. p.* 305 *) *altero coram testibus pretium emtionis* (mundr) *promittente, altero fidem suam interponente sponsam ipsi una cum dote* (heimanfylgia) *tradi-*

*) *Hæc lex ordinem successionis ab intestato in hoc jure foeminam despondendi constituendo tam accurate seqvitur, ut primo loco nominet filium foeminæ despondendæ sedecim annos saltem natum, dein filiam maritatam ea tamen lege ut maritus hoc jus uxoris nomine exerceat, et tum demum patrem I.* 305; *cfr. hanc Diss. p. CXVI. Si plures ejusdem gradus fuerint v. c. fratres ex parte patris simul hoc jus despondendi exercebant, sed iis dissentientibus, majoris natu sententia prævaluit* fþ. *c.* 2 *I. p.* 307. *Anteqvam contractus sponsalitius iniretur accurate perpendebatur an sponsus sponsaque æqvalis conditionis* (jafnrædi) *essent, qvod Sagæ qvavis fere pagina demonstrant.*

turum nullo ejusmodi occulto vitio laborantem, qvod illam si servilis foret conditionis minoris pretii efficeret ib. c. 7, *I.* 316–318. *Si sponsus sine justa causa contractum sponsalitium rupisset, pretium emtionis nihilominus solvere tenebatur; si autem despondens fidem violasset, foeminam vitio laborantem scienter despondendo relegatione plectebatur c.* 7 *p.* 313; *sin idem consummationem matrimonii stato die impediret nullam qvamvis justam excusationem laudare possit, Codex non solum sponso plura juris remedia suppeditat, qvibus utens matrimonium perficere possit, sed et dotem stipulatam sumtusque nuptiarum nancisci I. p.* 313. *Foeminæ consensus non reqvirebatur ad sponsaliorum validitatem nisi vidua fuerit, sed de ejus qvoque matrimonio patri si in vivis esset, statuendi liberum fuit;* fþ. *c.* 2 (*I.* 306).

Sponsaliis rite peractis nuptiæ intra annum celebrandæ erant, nisi impedimentum legitimum v. c. morbus sponsi sponsæve obstiterit; tum tamen non ultra annale tempus differebantur, qvo elapso sponsalia dissoluta habebantur nisi mutuo consensu aliud statueretur; fþ. *c.* 5 *et* 6 (*I. p.* 310. 311).

Ad nuptiarum solemnia Codex modo reqvirit ut præcedentibus sponsaliis consentiente illo qvi sponsam jure despondere potuit initis, pretioque emtionis ad minimum marcæ argenti e sex ulnis constantis a parte sponsi sub stipulationis fide promisso, convivium nuptiale sex saltem testibus præsentibus haberetur, sponsus sponsaque eundem lectum palam conscenderent; Aþ. *c.* 3 (*I.* 175) *nec non* fþ. *c.* 54 (*I.* 378). *Pretium emptionis* (mundr) *antea qvidem contractu sponsalitio stipulatum tum demum acqvirebat uxor ubi matrimonium conscensione thori consummatum fuerit, ut edicit* fþ. *c.* 50 (*I.* 370), *qvod ostendit hoc* "mundr" *dono matutino, non vero largitati sponsalitiæ qvæ dicebatur* "bekkiargiöf" *qvæ statim solvebatur, respondisse* *). *Hæc solemnia, qvæ cum iis, qvæ historiæ Islandicæ innuunt, bene conveniunt, inde ab ethnicismi tempore tenaciter servata nullam christianorum sacris publice receptis mutationem subiere* **). *Benedictionis sacerdotalis nullibi mentio fit, neque ad cultum christianum in Codice nostro re-*

---

*) *Idem diserte affirmat* Laxdæla-S. *c.* 43 *p.* 188 *cfr. c.* 34 *p.* 132 *ib. c.* 20 *p.* 70. *Neqve mundum cum donatione propter nuptias Romanorum miscendum, semper enim præstandum qvantumvis nulla dos* (heimanfylgia) *stipulata fuerit; hinc in formula contractus sponsalitii* fþ. *c.* 7 *p.* 316 *ejus mentio fit et sæpius.* Kb. *c.* 9. *Cfr. Diss. meam de doni matutini origine et juribus secundum leges exteras, sed potissimum patrias cum antiqviores tum recentiores Hafn.* 1796 4. *danice redditam in Astræa a me edita Vol.* 2 *p.* 202–210.

**) *Cfr.* Eyrbyggia-S. *c.* 17 *p.* 48; Egils S. *c.* 7. 8. 9. *p.* 24. 26. 29. 30. 38. 40; Laxdæla S. *c.* 34 *p.* 132. *Dos* (heimanfylgia) *interdum in fundo satis ampla consistebat v.* Landnama-b. *P. V. c.* 4 *p.* 337. *Dos qvidem non necessario reqvirebatur, sed nihilominus tantum non semper promittebatur.*

spicitur qvoad matrimonium ineundum præter illud, qvod diserte prohibeatur ne nuptiæ fiant diebus festis et jejunio legali dicatis fþ *c.* 13 (*I.* 324. 325), *qvæ prohibitio ei, qvæ in jure vet. Isl. eccl. c.* 24 *) (*p.* 114-119) *continetur respondet, nec non præscripta Codicis circa matrimonia ob cognationem veram et ecclesiasticam et affinitatem prohibita et contra bigamiam* fþ. *c.* 11 (*I.* 322).

Præcipuum impedimentum sponsaliorum et nuptiarum christianis sacris receptis fuit cognatio vel affinitas inter marem et foeminam, qvæ jungi cupiebant. Prohibitio ob cognationis affinitatisve vinculum, cujus ethnicismi ævo non multum ratio habebatur, juri pontificio conformiter extendebatur præter lineam rectam, ubi nulli limites, ad qvintum usque gradum lineæ collateralis æqvalis et ad qvintum sextumque lineæ inæqvalis, ita tamen ut venia ab episcopo in his remotioribus gradibus solutis decimis majoribus **) *saltem centum ulnis obtineri posset, si utrique qvinto gradu vel alter qvinto alter sexto sibi juncti fuerint;* fþ. *c.* 3 (*I.* 308-310) *c.* 10 *c.* 11 (*ib. p.* 320-323) *c.* 55 (*ib. p.* 379. 380); *cfr. jus eccl. Isl. vetus c.* 44 *p.* 164 *ed. Thorkelini. Qvin et sexto gradu conjunctis decem unciæ* (aurar) *erogandæ erant ut matrimonium rite inirent* (*I.* 309) ***). *Cum vero ex præscripto Codicis cap.* X^{mo} (*p.* 320) *computus cognationis* (knérunnr) *non fiebat a stipite communi remotissimo, sed a fratre et sorore prohibitio hæc re vera ad sextum nec non sextum et septimum gradum extendebatur et venia tantum iis, qvi sexto gradu conjuncti essent, ab Episcopo tribuebatur. Cognationis qvoque spiritualis baptismo, primave christianismi signatione, confirmatione et confessione auriculari contractæ ratio ut impedimenti nuptiarum legitimi habebatur;* fþ. *c.* 4 (*p.* 310) ****).

Sed præter hæc impedimenta nuptiarum e christianis sacris oriunda erant alia juri Is-

---

*) *In versione latina hujus capitis benedictionis qvidem sacerdotalis mentio fit* (*p.* 115), *sed hæc non in textu Islandico leguntur. Præterea observandum est hoc cap. de nuptiis et divortiis neqve in Cod. regio neqve in Cod. Magnæano neqve in aliis veteribus Codicibus occurrere, sed modo in solo Cod. Skalholtensi sat recenti Seculi vergentis* 14^{ti}; *vide notam ad h. cap. p.* 114 *ed. Thorkelini * cfr. præf. p. XIV.*

**) *Hæ decimæ ideo majores* (meiri tiund) *vocabantur, ut ab aliis decimis, qvæ singulis annis a bonorum possessoribus solvendæ erant eoque anno, qvo majores præstarentur, non excepto* (*cfr.* fþ. c. 55 *p.* 379), *accurate distingverentur.*

***) *Novella constitutio hac de re* fþ. *c.* 3 *p.* 308 *laudatur, sed ex j. vet. Isl. eccl. c.* 44 *p.* 144 *discimus hanc constitutionem Episcopo Scalholtensi Magno Gizuri filio deberi; cfr. hanc nostram Diss. p. XXXIX. Cæteroqvin hujus edicti in jure eccl. modo summa, sed in parte civili legis Grágás totum edictum, ut videtur, exhibetur* fþ. *cum cap.* 4 *tum cap.* 55.

****) *Cfr.* Jo. Olavii *Diatriben historico-ecclesiasticam de cognatione spirituali a nostris qvondam majoribus observata Hafniæ* 1771. 8.

landico magna ex parte propria. Huc referendum est qvod iis qvi non saltem centum uncias legitimas sex ulnarum (sc. panni vulgaris) ad minimum præter vestes qvotidianas possiderent, nuptiæ omnino interdicerentur; fþ. *c.* 12 (*I.* 323) *qvodqve matrimonium a viro octogenario citra consensum cognatorum initum pleno effectu caruerit;* Aþ. *c.* 4 (*I.* 178). *Fatuorum matrimonia sine heredum legitimorum consensu inita merito pro nullis declarantur* (*I.* 177). *Liber non cum serva sed qvidem cum manumissa matrimonium legitimum inire potuit; cfr.* fþ. *c.* 43 *p.* 358. *Foeminæ liberæ connubium cum servo a se hunc in finem manumisso injustum censebatur* (*I.* 178).

Ex arbitrio conjugum pendebat utrum qvilibet bona sua separata conservare vellet (qvod olim præsumebatur) an communionem bonorum inire, qvæ tamen tunc ita instituebatur ut uxori modo triens bonorum communium marito autem bes competeret; fþ. *c.* 22 *et* 23 (*I.* 334-337) *). *Sed qvanqvam communio inter conjuges non obtinuerit, uxor tamen ut materfamilias rebus domesticis consuluit.*

Ethnicismi tempore divortia inter conjuges vel ob causas leves erant freqventissima; sacrorum autem christianorum receptio effecit ut divortia rariora essent, sed sæpius ad separationem qvoad thorum et mensam recurreretur, qvæ olim fuit incognita **). *Neqve divortium neqve separatio pleno effectu a conjugibus obtinere potuit nisi prius episcopum, in cujus dioecesi vitam agebant, adiissent rationibusqve expositis veniam ejus impetrassent;* fþ. *c.* 14 (*I.* 325) (*cfr. c.* 15 *p.* 328) *et c.* 20 *p.* 332 *et* 333) *c.* 53 *et* 54 (*p.* 376. 377). *Codex tamen ab hoc prævio Episcopi judicio diserte excipit eum casum, ubi utriusque vel alterius conjugis bona cognatis ipsorum alendis non suffecerint, nec non si alter alterum plagis graviter affecerit c.* 14 *p.* 325. 327. *Hæ eædem exceptiones etiam in iure veteri eccl. secundum exemplar Scalholtense le-*

---

*) *Sed ex iis qvæ in* Laxdæla-S. *c.* 34 *p.* 132 *narrantur colligere licet olim ex consensu partium pendisse plenam communionem bonorum* (til helmings) *statuere, cumque id in Grágás non prohibeatur crediderim hanc libertatem conjugibus non fuisse ademtam, sed hunc Codicem de illa inæqvali communione hac de causa solum edixisse, cum hæc fuerit usu maxime recepta. Conferri meretur qvæ de communione conjugum nec non de* mundur *et* heimanfylgia *s.* hemfærth *dixit S. T. Thorlacius in novis Actis Societatis Hafniensibus, T. IV, anno* 1793 4. *p.* 169-212.

**) *G. Thorkelinus in nota* 69 *ad jus eccl. Isl. vetustum p.* 116-121 *diversas causas collegit qvæ ex narrationum veterum Isl. testimonio matrimonio solvendo olim ansam dederunt, qvibus addidit qvæ in lege Grágás, ut tales recensentur. Qvod uxor divortium postulans duos testes advocare debuit domi hanc voluntatis suæ significationem audientes coram thalamo conjugum et pro foribus ædium primariis* (fyrir karldyrum) *ex* Niáls-S. *c.* 7 *p.* 14 (*v. l. p.* 25) *discere licet, qvi testes in foro producebantur actione divortii ibi instituta.*

guntur c. 24 *p.* 116-118 *ed. Thorkelini* *). *Sed posteriore novella initio, ut videtur, Seculi* 13[ii] *lata, qvæ qvidem in Cod. Magnæano non vero in regio occurrit* **); fþ. *c.* 53 *p.* 376 (*cfr. inscr. cap.* "nymæli" *et not.* 1 *ead. pag.*) *statutum fuit, ne posthæc ob sustentationem alendorum conjuges separentur, sed si alter conjux opibus pollens fuerit onus eos alendi ipsi, si utrique conjuges inopes eorum cognatis imponeretur. Eadem forte vel alia novella statuit, ne ob discordiam conjugum ipsum matrimonium dissolvatur, sed separatio modo venia Episcopi obtineatur c.* 54 *p.* 377. *Inter causas nullitatis qvæ effecerunt, ut conjugii vinculum invitis licet conjugibus omnino rescinderetur, diserte recensentur cognatio naturalis et affinitas* (*sive matrimonio sive concubitu contracta*) *proximioribus gradibus non dispensandis* (frændsemis-spell *et* meira) *v. c. inter consobrinorum liberos;* fþ. *c.* 14 *c.* 33 *c.* 44 *c.* 55 (*I.* 326. 346. 358. 380-81) *nec non cognatio spiritualis c.* 55 (*I.* 381) ***), *denique bigamia, unde tamen non colligere licet cæterarum causarum nullitatis, qvas ecclesia Romana admisit, non debitam rationem fuisse habitam. Sed Codex divortiis magis favens, qvam aliæ leges septemtrionales, diversas divortii causas laudat post conjugium demum ortas contra ecclesiæ Romanæ præscripta, easque ex parte leviores, quas tamen clerus potentia in Islandia crescens subinde abolere studuit. Ut aliæ præter nominatas causæ divortii recensentur desertio non localis per tres annos durans, qvæ præterea poenam ad-*

*) *Ad hanc novellam G. Thorkelinus in nota jamjam laudata animum non advertit nec qvod sciam alius. Inscriptio cap*[is] *in ipso Codice Magnæano modo in catalogo capitum occurrit, sed ipsi textui adscripta est vetere manu* "nym" (nymæli).

**) *Qvod hæc constitutio non in Codice regio reperiatur novum documentum est hunc Codicem ex vetustiore qvam Codicem Magnæanum fuisse exscriptum. Cum cap.* 24 *juris eccl. veteris, qvod inscribitur:* um Brúdkaupsgiörd oc skilnad hiona, *non in Cod. Magnæano, sed in solo Cod. Skalholtensi (cfr. not.* 67 *Thorkelini ad h. c.) legatur, non est qvod miremur hujus immutationis in parte legis Grágás ecclesiastica Cod. Magnæani nullam mentionem fieri, qvanqvam alias mutationes eodem fere tempore factas indicet (cfr. c.* 44 *p.* 164).

***) *Cum sæpius contra has regulas ecclesiæ in Islandia peccaretur et Episcopi talia peccata ut actores competentes sæpius summo zelo proseqvebantur, hoc gravibus litibus inter eos et proceres hujus culpæ reos ansam præbuit, potissimum cum nuptias ultra juris civilis prohibitiones qvasi incestas rescindere studerent. Ita Thorlacus Præsul Skalholtensis, inde ab anno* 1176, *(post mortem sanctus habitus) nuptias Theodori cum Hugonis Sacerdotis Bajensis filia ut incestas dissolvendas in foro* Alþíng *pronunciavit, qvod conjuges qvarto cognationis gradu ex stupro orto inter se conjuncti essent; v. F. Johannæi hist. Isl. eccl. I.* 295; *cfr.* Sturlúnga-S. *lib.* 3 *c.* 3. *Cum, ut observavit Johannæus, idem Episcopus Thorlacus jussu Eisteini Archiepiscopi Nidrosiensis effecerit, ut saltem pars mulctarum ex incestibus et adulteriis provenientium Episcopo tribueretur, (eod. opere I.* 291), *vero simile est qvæ hac de re statuuntur in Codice Grágás ea demum versus exitum Seculi* 12[mi] *illi addita fuisse; cfr. Grágás* fþ. *c.* 55.

ferebat c. 16 (*I.* 329) *), *si maritus uxorem citra ejus voluntatem in terras exteras abducere conatus fuerit, c.* 19 *p.* 331, *qvod et tum obtinuisse videtur si bona uxoris clam secum avehere intendisset c.* 18. *Neqve tamen divortium ad memoratas causas restrictum fuisse initium capitis vicesimi indicat* (*p.* 332). *Desertionem localem malitiosam tribus annis peractis justam matrimonio solvendi causam conjugi deserto præbuisse ex eo, qvod de desertione non locale statuitur, seqvitur. Neqve dubitare licet fidem violatam a parte uxoris semper, sed mariti tum demum si cum foemina nupta rem habuisset vel cum incestu conjuncta fuisset, justam matrimonii solvendi causam æstimatam fuisse. Posteriore tempore clerus qvidem annisus est efficere, ut adulterium personæ læsæ modo jus tribueret exigendi ut cohabitatio cessaret, non autem ipsum matrimonium solveretur* **), *sed eorum conatus non omnino successisse videntur qvamdiu auctoritas legis Grágás viguit. Proscripti matrimonium qvamdiu proscriptio duravit laxatum fuisse alibi observavi* (*p. XCVII*).

Matrimonio autem sublato et interdum etiam ob solam separationem bona sua singuli conjuges obtinebant. Uxor si læsa fuerit cum "mundium" *tum dotem a se advectam* (heimanfylgia) *vindicabat* ***), *sed si bona conjugum communia fuissent uxor trientem sibi competentem maritus bessem, nisi aliter conventum, nec non hæreditatem, qvæ huic vel illi constante matrimonio obvenisset, suo jure exigebat;* fþ. *c.* 17 (*I.* 329-331) ****).

P a t r i a m p o t e s t a t e m in liberos justis finibus fuisse restrictam cum ex historiis Islandorum tum ex hoc nostro Codice patet. Eo tamen usque vergebat, ut pater obæratus liberos sui loco servituti minus plenæ creditori addicendi facultate gauderet; Om. b. *c.* 1 (*I.* 234). *Jus liberos exponendi paullo post ethnicismum abrogatum in Islandia cessasse alibi observavi; hinc nihil hac de re in Grágás occurrit. Patria hæc potestas in filias earum elocatione, in filios propria sibi domicilia qværentes emancipatione cessavit.*

---

*) *Sed Codex c.* 55 (*I.* 381) *diserte declarat ob hanc desertionem non matrimonium dissolvendum esse, si uxor deserens cohabitationem non detrectasset alieni erga maritum animi causa.*

**) *Cfr. epistolam Erici Archiepiscopi Nidrosiensis ad Episcopos Islandiæ Brandum et Thorlacum* (*post annum* 1188 *emissa*) *qvæ inserta est Johannæi hist. eccl. I. p.* 244-249 *et qvidem p.* 245 *v. quoque alteram ejusdem epist. ad Thorlacum, Loptium Jonæ fil. aliosque ibid. p.* 250 *nec non tertiam ad eosdem ib. p.* 252, *unde apparet Archiepiscopum nova qvædam* (nymæli) *circa adulteria in epist. præcedente et a consvetudinibus Islandicis aliena statuisse.*

***) *Hanc repetitionem inde ab antiqvissimis temporibus obtinuisse inter alia historia litis inter Mördum et Rutum demonstrat* Niáls-S. *c.* 8 *p.* 15 (*v. l. p.* 26-28) *cfr. c.* 24 *p.* 36 (*v. l. p.* 68 *ss.*); *vide etiam* Eyrbyggia-S. *c.* 17 *p.* 48.

****) *Hoc illustratur* Laxdæla-S. *c.* 34 *p.* 132. 134. *Cæteroqvin circa totam hanc materiam conferri meretur commentatio b.* Skule Th. Thorlacii *de matrimoniis borealium in præf. ad h. C. p. X laudata.*

Sub generali voce "Omagi" *non solum egeni, sed et impuberes aliiqve qvi tutelæ ex jure Islandico suberant, continentur.*

Ad annum usque duodecimum masculus nulla jura ipse exercebat, sed cum ad hanc ætatem pervenisset non plene impubes censebatur. Hinc duodecim annos natus testis habilis legibus declaratur, Vigsl. *c.* 15 (*II.* 20), *nec non loco coloni prædiati evocati* (qvidr) *munere in comitiis fungi poterat,* Vigsl. *c.* 27 (*II.* 45. 46), *qvin et filio hujus ætatis actionem homicidii adversus patris occisorem instituere licuit, si actor post hunc proxime competens eum sat magna prudentia præditum judicaret ut talis actio ei committi possit;* Vigsl. *c.* 35 (*II.* 68). *Mares cum sedecimum annum**) *compleverint plene puberes et sui juris fiebant;* Aþ. *c.* 10 (*I.* 197 *ss.*) *Hinc viri hujus ætatis ipsi hæreditatem adibant et administrabant c.* 4 (*I.* 179); *ii qvoque qvamlibet actionem ipsi instituere aliisque mandare poterant;* Vigsl. *c.* 35 *p.* 66. *Foemina quoque, si nupta fuerit eodem anno plura puberum jura nanciscebatur* (Aþ. *c.* 4 *p.* 179 *cfr. p.* 180). *Annum decimum octavum virginibus majora jura attulisse, qvam qvibus antea fruebantur, qvoad matrimonia et bonorum suorum administrationem discimus ex* fþ. *c.* 6 (*I.* 316) Aþ. *c.* 4 (*p.* 180) *cfr. h. Diss. p. CXVI. Si masculus annum octogesimum compleverit ob ætatem nimis provectam et præsumtam virium animi imbecillitatem sui juris esse desiit. Hinc matrimonium sine hæredum consensu non inire potuit, et si nihilominus iniisset, liberi inde forte nati illegitimi censebantur* Aþ. *c.* 4; *hinc qvoque neqve fundum neqve magistratum* (godord), *si eo gaudebat, ipsi alienare licuit nisi ære alieno oppresso;* Aþ. *c.* 18 (*I.* 224). *Qvin testis idoneus non habebatur.*

Codex noster non aliam t u t e l a m *qvam* l e g i t i m a m *agnoscit. Ei illa proxime defertur qvi ad impuberi succedendum fuerit propior* (sva scal til fiarvarþveizlo taca sem til arfs), *modo ille ipse ad ætatem legitimam pervenisset et ad tutelam gerendam cæteroqvin habilis. Primus omnium filii filiæqve impuberis bona propria habentis tutor legitimus pater lege vocatur, dein frater germanus et consangvineus (non uterinus), post hunc mater***). *Hi tutores ea prærogativa præ cæteris fruebantur, ut de reditibus bonorum nullam rationem finita tutela reddere tenerentur;* Aþ. *c.* 9 (*I.* 192). *Qvinam post eos ad tutelam suscipiendam vocarentur ex præscriptis de successione ab intestato* Aþ. *c.* 1 *discimus, unde quoque patet agnatos ejusdem gradus semper cognatis fuisse prælatos. Si qvis forte bona pupillaria* (omaga eyri) *curanda susceperit qvi remotiore gradu impuberi conjunctus fuerit, proximior illum anno post tutelam susceptam præterlapso ab hac tutela removere potuit, si adeo solvendo sit ut dimidio plus bonorum habeat qvam*

*) *Ad hunc usque annum masculus in Codice Grágás peculiari nomine* "ungi madr" *vocatur.*

**) *Si mater novas nuptias iniisset vitricus pro matre bona pupillaria administrare solebat.*

bona pupillaria efficiant, tutor autem præsens ne tantum qvidem possideat qvod rei familiari pupilli pretio respondeat, dein se offerat ut bona pupilli elocare et frugifera reddere studeat et resarcitioni alimentorum in impuberem erogandorum renunciare velit; Aþ. *c.* 9 *I.* 196 *) *cfr. c.* 10 (*I.* 197–200). *Plures etiam juncti hoc simul offerre poterant* (*ib.*), *qvo in casu nec non ubi plures ejusdem gradus simul lege ad tutelam vocati essent, tutelam hi omnes una suscipiebant. Bona pupillaria accurate statim a viris peritis æstimabantur secundum eas regulas, qvas* Aþ. *c.* 9 (*I.* 193–195 *cfr. p.* 196) *exhibet, et eadem tutor finita tutela restituere tenebatur; remotiores tutores insuper fructuum perceptorum rationem reddere tenebantur. Illa bona non extra qvadrantem deferre licuit ubi sita erant qvanqvam tutor in alio habitaverit, sed si in pluribus dissita fuerint eo transferebantur ubi eorum maxima pars esset* (*p.* 193). *Plures quoque regulas Codex sistit circa administrationem bonorum servandas* (*p.* 200). *Si egeni cognati sustentandi impuberi ob cognationis proximitatem obvenirent tutor prospicere debuit ne ultra vires rei familiaris gravaretur, sed alendorum juste impuberis bonis injunctorum ipse curam gerere tenebatur* (*p.* 193). *Si jus protimiseos pupillo in fundum competeret id servare tutor tenebatur, qvod si neglexisset pupillus cum ad ætatem legitimam pervenisset illud exercere nihilominus potuit;* Landabr. b. *c.* 12 (*II.* 239).

Eædem fere regulæ de iis qvi ob insaniam ætatemqve provectam tutelæ subessent servatæ fuisse videntur.

Qvi viduæ qvin et virgini sedecim annos natæ et inprimis vicennariæ provisor fuit legitimus, is potius ad curatores qvam ad tutores referendus esse videtur.

J u s r e r u m modo delibabo, ne fines hujus dissertationis nimis excedam.

Codex noster eadem jura r e a l i a, qvæ alia jura cultiora agnoscit, qvalia d o m i n i u m h æ r e d i t a s, s e r v i t u s (aúdæfi *s.* ítak) *et p i g n u s* (ved).

Qvoad m o d o s a c q v i r e n d i in pluribus qvidem cum aliis juribus medii ævi potissimum septemtrionalibus convenit, in aliis autem ab iis discedit.

De o c c u p a t i o n e fundorum Codex nihil statuit, cum omnes Islandiæ fundi jam diu occupati essent. In Landnáma *aliisque Sagis vetustioribus qvomodo hæc occupatio ab origine processerit accurate explicatur. Cum res publica Islandiæ dum stetit nunqvam bello externo implicita esset, nihil hic de occupatione bellica occurrit. Prædam inter pugnas domesticas acqvisitam civis civi restituere tenebatur, qvin et ut prædator poenæ reus erat, sed qvæ qvis apud*

*) *Hæc pluraque ex edicto qvodam Nomophylacis de bonis pupillaribus desumta fuisse vero est simile ex phrasi, qvæ I. p.* 196 *occurrit:* Ef oscylldri menn taca til fiarvarþveizlo enn aþr talþa ec.

exteros principes militans sive privatis expeditionibus piraticis sibi aeqvisivisset, ea Codex non curat. De venatione autem, nec non de piscatione et rerum ad littus appulsarum atque naufragarum occupatione (vagrek) *plura hic leguntur.*

Fundi domino soli ex regula venari et piscari licuit. Exceptio obtinuit si alius justo titulo hoc jus acqvisivisset, nec non recta per fundum alienum proficiscenti aves vilioris pretii capere et occidere licuit *) *præter loca ad venandum et piscandum diserte a domino reservata avesque nota disjunctiva in membranis pedum signatas* **). *Animalia autem nocifera veluti vulpes et ursos* ***), *aqvilas corvosque in fundo alieno impune occidi potuere. Jus seqvelæ admittebatur. Retia per transversum amnem tendere prohibitum, nisi qvis totum amnem possideret. Si qvis has venandi et piscandi leges violaverit poena sæpius ex arbitrio læsi statuebatur; vide* Landabr. b. *c.* 47. 48. 49 *II. p.* 343–350. *Condominio qvoad jus venandi et piscandi Codex noster non favet, hinc vel uno postulante hæc communio tollenda erat; ib. c.* 49 (*II.* 349). *De jure venandi piscandi ad litus commune vid.* Lb. *c.* 72 (*II.* 392) *cfr.* Grettis S. *p.* 106 *et notam ad* Gunlaugi *et* Skald-Rafnis S. *p.* 61.

Omnia ad littus appulsa domino fundi cedebant, nisi hoc jus res ejectitias occupandi alii ex singulari titulo competeret ****). *Si dominus fundi, vel alius hoc jus rite exercens, notam disjunctivam rei ad littus suum appulsæ et qvinque accolis suis antea exhibitam impresserit, eam, si ad alienum fundum fluctibus appulsa fuerit, hujus domino occupare non licuit, sed signum suum demonstranti restituere tenebatur;* Landabr. b. *c.* 52 *p.* 352. *Si materies vel balæna trans sinus terminales in terram ferrentur, dominus fundi adjacentis eam pro parte sibi proxima acqvirebat ib. p.* 353. *Talis casus mentio fit in* Eyrbyggia-S. *c.* 57 (*p.* 290). *Res ejectitias in mari et finibus extra eam partem, qvam jus littoris exercens sibi jure vindi-*

---

*) *Jus ova in fundo alieno legendi intra eosdem fere fines restrictum. Sed in favorem hujus generis victus ab antiqvissimis inde temporibus lucrosi cavetur, ne qvis in proprio fundo anseres anatesque et boscades venetur intra teli jactum ab alterius ovifundio qvin et ultra, si evocati censeant ovifundium hac venatione corrumpi posse. II.* 347.

**) *Si qvas errore ceperit, eas domino restituere stricte tenebatur.*

***) *Ursus ei cedebat, qvi primus vulnus lethale ei inflixisset. Islandos olim et ursos cicures habuisse ex* Vigsl. *c.* 75 *nec non compedibus vinctos ib. c.* 77 (*II.* 121) *comperimus. Ex eod. c.* 77 *discimus ursos, lupos vulpesque in Islandiam olim interdum fuisse delatos, qvod severæ prohibitioni huic capiti insertæ ansam dedit.*

****) Landabr. b. *c.* 54 (*II.* 358) *de eo casu agit, ubi qvis jus litoris sibi in alieno fundo emendo comparasset, nec non c.* 57 (*p.* 364) *si ad unum fundus ad alterum litus pertineret, cap. autem* 58 (*p.* 365) *si jus litoris in condominio plurium fuerit; cfr.* Eyrbyggia-S. *c.* 57.

cabat *), *qvilibet occupare potuit, qvin ad fundum alienum advehere ibique eas figere licuit modo eas intra tempus lege definitum domum aveheret. Qvid juris sit ubi balæna mortua in mari deprehendatur, vel viva ad fundum impellatur, vel postqvam qvis eam jam jaculatus fuerit et inter qvos illa pro re nata partienda sit, accuratissime in Codice definitur;* Landabr. b. *capitibus* 55 *ad* 70 *usque* (*II. p.* 360–387), *ad qvæ lectorem ablegatum volo* **).

E priscis Islandorum narrationibus jus litoris resque ejectitias veluti materiem, balænam mortuam aliaque sibi vindicandi permagni semper fuisse æstimatum; vid. Laxd. S. *p.* 4. 97, Landn. b. *II. c.* 7 *p.* 75–77, *ubi lis inter dominum fundi ad qvem balæna primum devenit ejusque ad qvem postea delata fuit narratur, nec non c.* 23 *p.* 134 *ubi de materie per mare advecta agitur. Locus ante laudatus in* Eyrbyggia-S. (*c.* 57) *qvæstionem de partitione balænæ ad littora advectæ optime illustrat. Maxime quoque memorabilis est locus in vita Vigaglumi c.* 27 *p.* 162, *unde colligere licet jam tum juris fuisse, cum plures piscatores fundos ipsi haberent, balænam recens mortuam ad eum fundum vehere, qvi ex iis proximus esset, qvod utique cum sancito qvod legitur in* Landabr. b. *c.* 67 (*II.* 3) *bene convenit, ubi poena relegationis in eos statuitur, qvi hanc legem violarent. De balæna capta ad littus commune* (almenning) *plura habet* Lb. *c.* 72 (*II.* 393) *notatu digna.*

Res naufragæ, primum illæ pronunciantur qvæ cum mortuis ***) *ad littus appulsæ fuerint, deinde qvoque si cadavera non reperirentur, deniqve si naufragi qvantumvis vivi earum possessionem amisissent;* Landabr. *c.* 71 um vagrek *II. p.* 387. 388. 389. *Has res qvidem dominus fundi servare tenebatur illasque vel pretium earum si eas vendidisset, vel in suos usus convertisset, ex æstimatione a qvinque accolis facta vel ipsis prioribus possessoribus, si etiamnum viverent, vel eorum hæredibus restituere cum suum in eas dominium probassent. Ex contextu autem manifestum fit, Codicem semper præsumere has res naufragas ad Islandos pertinuisse. Non itaque affirmare ausim eandem humanitatem etiam erga exteros fuisse servatam.*

Si res (*inanimatæ*) *inventæ fuerint* Lb. *c.* 51 (*II.* 351) *id maxime lex curat ut promulgatione in conventibus et foris notum fieret domino, sed si nemo rem vindicaret, cedebat*

---

*) *Litus ex* Landabr. b. *c.* 53 *in fine* (*p.* 358) *a fundo eo usque sese porrigere declaratur, ubi loci retium ad phocas capiendas ponendorum definitæ magnitudinis extremi inveniantur.*

**) *Utrum venator balænam ad certum fundum vehere teneatur an ad qvemlibet ex ejus arbitrio, id pendebat e majore vel minore distantia qva a terra remotus esset, hæc autem peculiari piscatoria ratione definiebatur, ut e cap.* 67 (*II.* 380) *apparet.*

***) *Mortuos autem fundi dominus ex præscripto legis sepeliendos curare tenebatur qvin et missam* (liksaung) *cantandam sumtusque ad hoc erogatos ex bonis servatis, ubi restituebantur, ante omnia jure suo detraxit* (*II. p.* 388); *cfr. jus eccl. Isl. vetust. c.* 46 *p.* 166.

domino fundi, qvanqvam alius eam invenisset, ne heurctro qvidem inventori concesso Kb. *c.* 6 (*I.* 403); *sin in fundo ad toparchiam pertinente inveniretur inventori addicebatur, nisi is alienæ toparchiæ incola fuerit, tum enim omnibus toparchiæ participibus obveniebat, deniqve si in fundo in communione negativa constituto* (almenníngr), *semper inventori tribuebatur. De pecunia qvidem recens defossa loqvitur Codex non autem de thesauro antiqvitus recondito* *). *De inventione pecorum palantium Codex edicit alia omnia in* Lb. *c.* 37 (*II p.* 305. 306) *et c.* 39 (*II.* 311); *cfr.* Kb. *c.* 16 (*I.* 419) **).

De accessione, qvam naturalem vocant, hinc illinc plura edicuntur. Memoratu digna sunt qvæ circa alvei fluminis mutationem insulamque eo natam in Lb. *c.* 33 (*II.* 291) *nec non c.* 50 (*ib. p.* 350. 351) *caventur. Regulam circa foeturam cum ancillarum tum pecorum cum omnibus fere juribus communem, "partum seqvi ventrem" habet Codex noster; vide* fþ. *c.* 48 (*I.* 363), Kb. *c.* 14 (*I. p.* 418), Lb. *c.* 37 (*II. p.* 307). *De accessione industriali qvædam etiam hic leguntur. Qvanqvam tutori impuberis modicus sylvæ usus concessus fuerit ad domos suas nec non utensilia reficienda, diserte tamen cavetur nova utensilia qvæ e hujus sylvæ materie confecerit impuberi ut domino cedere;* Aþ. *c.* 39 (*I.* 200). *Qvod ad inædificationem Codex colono conductitio jus tribuit non solum novas domos e fundo ante diem migrationis avehendi, sed et propriam materiem, qvam domibus pristinis addidisset, dum modo has domos in pristinum statum restituat. Sed si non intra tempus definitum ea avexisset, domino fundi cedebant;* Lb. *c.* 45 (*II.* 336). *Justo titulo bonaque fide rem alienam possidens eam qvidem vero domino dominium suum comprobanti restituere tenebatur, sed fructus interea perceptos suos faciebat;* Aþ. *c.* 41 (*I.* 184), Vigsl. c. 115 (*II.* 190).

Usucapionem non admittit Codex noster, neqve hic acqvirendi modus in septemtrione antiqvioribus temporibus receptus fuisse videtur, neqve in Anglia veterum morum tenacissima ad hunc usque diem agnoscitur. Præscriptionem autem actionum forensium in plurimis causis cum civilibus tum criminalibus Codex constituit et qvidem annalem (tuö misseri) *sive biennalem sive triennalem, vel post prima, sive secunda sive tertia comitia* (alþing). *Hoc nomine tamen discrimen servabatur inter eum, qvi jus suum noverit et actione perseqvi valeret et eum, qvi juris violati inscius esset vel actionem ex legitimis rationibus prius instituere non posset*

*) *In historiis Islandorum interdum tamen talis thesauri in Islandia mentio fit. Aurum argentumve aliaqve cimelia in terra abscondere diserte prohibet Codex poenamqve relegationis statuens, jusqve actionem contra reum instituendi cuivis tribuens;* Kb. *c.* 6 (*I.* 403).

**) *De eqvis si re vel in fundo alieno sive in via palantibus Codex qvædam singularia statuit;* Kþ. *c.* 34 *c.* 36 (*I.* 434-436. 439).

adeoque regulam tritam: "præscriptio non currit contra eum qvi agere neqvit" qvodammodo adoptans. Hinc præscriptio juris retractus conventionalis impuberem non impediebat, qvo minus hoc jus exerceret et adversus possessorem actionem intentaret cum majorennis factus esset (cfr. h. Diss. p. CXXIV). Triennium intra qvod actio de injuriis verbalibus et carmine famoso adversus reum instituenda erat a tempore qvo læsus ea compcrisset computabatur; Vigsl. *c.* 101 *et* 104 (*II.* 140. 146). *Qvin odio furti cautum erat ut si furtum studiose celasset actio nunqvam præscriberctur* (aldreigi fyrniz leynd þiofsöc; Vigsl. *c.* 115 *II. p.* 190). *Idem de furto rei minimæ edicitur* (*ib.*) *Vetustæ leges Norvegicæ præscriptionem in causis criminalibus non agnoscunt secundum paroemiam juris qvam illæ ipsæ leges laudant: sale recondita jacet causa si actor habilis sit* (í salti liggr sök ef sækjendur duga) *v. l. Gulensem Haconis Adelstenii* Kb. *c.* 5 (*apud Pausium I. p.* 58).

Dominium Codex noster non nisi plenum agnoscit, si vel uni vel pluribus in communione constitutis competat. Sed illud inprimis si in fundis vel aliis rebus majori pretio habitis, v. c. nave ad cursum maritimum destinata (hafscip), *consisteret diversa ratione limitatum fuit ex lege vel pactis. Non hic de tributis v. c. comitiali, decimis* (*ex omnibus bonis solvendis*) *aliisve oneribus realibus loqvor, sed modo de servitutibus stricte sic dictis. Servitutum,* (ítak *s.* auþöfa) *prædiorum iis sive gaudentium sive oneratorum mentio fit in* Lb. *c.* 2 (*II.* 213) *et inculcat eas omnes in contractu emtionis-venditionis fundi accurate esse definiendas. De singularibus servitutibus veluti aqvæductus, foenisecii, lignandi aliisque hinc inde lex loqvitur* Lb. *c.* 24. 26. 35 (*II.* 283. 284. 295).

Regulæ, qvas sistit Codex noster Arfaþ. *c.* 1 (*I.* 170) *qvoad successionem ab intestato cum iis, qvas lex Norvegica Regis Haconis Adelstenii exhibet* (*v. coll. Pausii I.* 115 *ss.*), *ex parte qvidem conveniunt, sed non adeo, ut una lex ex altera petita videatur. Graduum proximitatem ex computatione canonica stricte seqvitur lex Grágás* (*id qvod summam antiqvitatem prodit*) *), *ita tamen ut in primo cognationis gradu descendentes præ cæteris ad successionem vocet et ascendentes præ collateralibus, dein in hoc et aliis proximioribus gradibus masculo jus tribuat foeminam ejusdem gradus nec non agnatæ cognatum a hæredi-*

*) *Jus repræsentationis eo sensu ut præmortuorum parentum loco liberi ipso jure una cum thiis succederent ad seculum usque decimum tertium in septemtrione ignotum fuisse crediderim. Jus qvidem Uplandicum jus repræsentationis qvoad nepotes in linea descendente ad qvintum usque gradum nec non in prima collaterali admittens* Arfd. b. *fl. XI et XII, præter alia qvædam Sveonum (non Gothorum) jura, excipiendum foret, modo bene constaret jus antiqvum serioribus Regum edictis non corruptum fuisse (cfr. edictum Regis Magni Erici anno* 1335 *Austrogothis latum). Alia sentit* C. F. Normann *in docta commentatione inaug. de jure repræsentationis, Havniæ* 1828. 8.

tate excludendi *). *Hinc filia patri matrive tum demum succedit ubi filii non supersint, pater liberorum hæreditatem capit præ matre, qvin frater ex patre matrem excludit, mater autem sororem ex patre, hæc fratrem ex matre, hic denique ob prærogativam sexus prius ad succedendum vocatur qvam soror ex patre* **).

Sed hi omnes ea modo lege hoc ordine ad succedendum vocabantur, si ex justis nuptiis sive in Islandia sive apud gentes Danicam lingvam loqventes contractis progeniti fuerint; Aþ. *c.* 3 *I.* 175 ***). *Legitimatio ex hoc jure non obtinuit, neqve ullum hujus rei in historiis Islandorum vestigium mihi occurrit* ****).

Sed qvanqvam liberis naturalibus (laungetin) *pater nulla arte jura liberorum legitimorum tribuere poterat, ex lege tamen ad ei succedendum vocabantur si fratres et sorores non reliqvisset, qvos excepere fratres et sorores defuncti spurii ea lege, ut frater ex patre sorori ex eodem, hæc autem fratri ex matre et hic sorori ex eadem anteponeretur; cfr. c.* 18 (*I.* 222) *ex Msc. Magnæano. Sed post eos olim unice legitime nati admittebantur, interque eos primi*

---

*) *Memorabile discrimen obtinet qvoad successionem ab intestato inter hoc jus Islandicum et vetera Norvegica ab una parte, ex qvibus in pari gradu masculi et potissimum agnati foeminas excludunt, et jura Svecica atque Danica ab altera parte, qvæ foeminas unacum maribus ejusdem gradus ad succedendum vocant, sed ea lege ut mas duplam portionem præ foemina capiat exceptis iis casibus ubi ex peculiari sanctione ad discrimen sexus non attenditur; vide Codicem juris Vestrogothici ex novissima editione, Stockholmiæ* 1827. 4. *p.* 133 *Uplandzlaghen* Erfda-B. *XI fl. Stiernhöök de jure Sveonum et Gothorum vetusto p.* 181 *ss. Kofodi Ancheri samlede Skrifter Vol.* 2do *p.* 378. 379 *notasque meas ibi adjectas. Jus Norvegicum Magni legum emendatoris demum veterem succedendi ordinem eo nomine mutavit filias una cum filiis ad hæreditatem parentum vocando et illis simplicem sortem his duplam tribuendo,* Erfdab. *c.* 7 *p.* 232 *ed. Hafn. anni* 1817. *Idem Rex primus auctor fuit hujus mutati succedendi ordinis in Islandia; v. Cod.* Jonsbók *dictum.*

**) *Alium tamen succedendi ordinem ethnicismi tempore innuere videtur Vita Vigaglumi p.* 26 *ed. Hafn. cum mater Hallfrida filii unici paullo post patrem mortui cum ejus patruo Glumo hujusque matre Astrida, qvæ avia defuncti fuit, bona relicta ex æqvis partibus partiri teneretur. Hoc ex computo anno* 940 *accidit. Ex lege Grágás mater superstes cum defuncti patruum tum aviam exclusisset.*

***) *Matrimonium illegitima ratione contractum non ratihabitione vel pacto posteriore justum fieri potuisse ex* Egils-S. *c.* 57 *p.* 343-349 *colligitur.*

****) *Errat interpres cum cap.* 45 *sectionis* festa-þattr (*I. p.* 361) *de legitimatione agere existimet hoc enim caput qvod tamen non nisi in Cod. Magnæano iisque qvi eum seqvuntur legitur (cfr. not.* 1), *de paternitate et de partu agnoscendo modo loqvitur. Jure autem Norvegico antiqvo dabatur legitimatio per deductionem in gentem et familiam* (Ætteiding) *consensu hæredum faciendam; v. legem Gulensem Haconis Adelstenii,* Leysingslög *c.* 2 (*apud Pausium I.* 76).

avus paternus et maternus, nepos ex filio filiave simul, qvippe ejusdem gradus et mares *); *post hos avia et paterna et materna, neptis ex filio filiave, ejusdem qvidem gradus cum ante vocatis, sed foeminæ. Eadem de causa patruus et avunculus, neposque ex fratre vel sorore præferebantur amitæ et materteræ, patrueli et consobrino, neptiqve e fratre vel sorore; cfr. c.* 18. *Post hos consobrinorum liberi legitimi succedebant sine discrimine sexus, sed ita tamen ut si unus modo ab altero latere sive paterno sive materno adesset, plures vero ab altero bona inter hos et illum æqva lance dividerentur. Cæteri dein cognati ingenui et legitime nati secundum gradum cognationis hæredes olim fiebant, mare tamen in eodem gradu foeminam excludente. Sed hoc immutatum fuit Novella posteriore, qvæ procul dubio cap.* 25*to hujus sectionis continetur* (*I.* 229); *hæc enim cavet, qvod si is moriatur, qvi consobrini sui filium legitime natum vel proximiorem cognatum hæredem non reliqvisset, tum consobrinorum filii illegitimi vel his proximiores ei succederent.*

Jus autem succedendi solis liberis naturalibus ex concubina vel foemina satis honesta genitis tribuebatur, non vero adulterinis, incestuosis, ex bigamia ortis **), *neqve iis qvos mater ingenua cum servo licet manumisso, quosque serva, licet serius libertate donata, cum ingenuo procreasset, neqve liberis ab ingenuo cum foemina ingenua sed mendicatione vitam sustentante genitis;* Aþ. *c.* 4 *p.* 177 *ss.*

Proscriptorum qvantumvis matrimonii vinculo junctorum liberos proscriptione durante in ipsa Islandia natos nemini, neqve liberos e matrimonio octogenarii sine consensu hæredum inito procreatos patri (sed qvidem aliis) ne qvidem ut naturales succedere potuisse; jam antea monui (*p. XCVII*).

Cum matrimonium fatui sine consensu heredum legitimorum initum nullam vim haberet, proles e hoc matrimonio suscepta hereditario jure destituebatur; Aþ. *c.* 4 (*I.* 176).

Mendicans ignavus non solum ipse a hereditate capienda excludebatur, sed et proles ejus in hoc statu genita. Si autem adversæ valetudinis vel senectutis decrepitæ causa paren-

---

*) *Lex Gulensis Haconis Adelsteni alumni qvoad hos plurimum differt a lege Grágás, cum nepotes ex filio filiave secundo loco unacum filia defuncti ad hæreditatem vocet, avum autem paternum post liberos adeoque cum nepotibus si filia non adfuerit; hic autem tum fratribus et sororibus defuncti germanis et consangvineis tum matri præfertur. Pronepotes et abnepotes defuncti neqve in hac lege neqve in Codice Grágás ad successionem diserte vocantur; locus illis adeo non nisi ultimus assignandus post consobrinorum liberos.*

**) *Exceptio obtinuit qvoad liberos ex bigamia in Norvegia procreatos, hi enim legitimis annumerabantur;* ſþ. *c.* 4 (*I. p.* 180 *et iterum p.* 181) *cfr. h. Diss. p. XCIII.*

tes vitam ita sustentassent talis proles juris hæreditarii tum demum capax fiebat, cum per tria semestria fixo domicilio usa fuisset; Aþ. *c.* 20. *p.* 225. 226.

Posthumus non solum parentibus, sed et (ut videtur) aliis succedebat, modo vivus genitus fuerit et signum vitæ cibum comedendo edidisset; Aþ. *c.* 4 *p.* 177.

Cum aditio hæreditatis non reqvireretur, sed ipso jure hæredibus ab intestato bona obvenirent, translatio qvoque hujus juris statim a hærede ad sibi proximum fiebat, si modo hæres per brevissimum tempus defuncto hæreditatem primum deferenti supervixisset (cfr. Vigaglumi S. *c.* 5 *p.* 26).

Heredem autem prius defuncto revera supervixisse probandum fuit ab eo cujus interérat, neqve præsumebatur ex circumstantiis qvibusdam veluti jure Romano, si eodem naufragio, vel incendio vel alio infortunio una decessissent; Aþ. *c.* 4 *et c.* 18 *p.* 183. 223. 224. *Hoc principium in toto septemtrione receptum antiqvissimis quoque temporibus in Islandia viguisse ex ipso probationis abusu discimus;* Laxdæla S. *enim c.* 18 *p.* 58 *enarrat, qvomodo Thorkillus Trefillus, non solum Thorsteini sapientis, cujus filiam duxerat, sed et Thorarini, qvi etiam gener fuit Thorsteini, aliorumque eodem naufragio pereuntium universa bona relicta uxoris suæ nomine dolose vindicasset, Thorarini hæredibus qvamvis contradicentibus, Gudmundum, qvi solus e naufragio servatus fuit, corrumpendo, ut historiam effingeret ex qva colligeretur ac si eo ordine decessissent, ut Oska, qvæ et mater Thorsteini et proavia Hilduræ filiæ Thorarini fuit, ultima mortua esset adeoque morte sua omnium prius decedentium hæreditatem in neptem suam, uxorem Thorkilli, transmisisset, et huic testimonio per se minus probabili et prioribus narrationibus ejusdem Gudmundi adversanti eo fidem conciliatam, qvod ipse Thorkillus se paratum exhiberet ut experimento tum usu recepto cespitem vivum subeundo ad veritatem narrationis Gudmundi confirmandam se subjiceret (cfr. h. Diss. p. LXXXIV).*

Qvanqvam hic eventus Islandos docere debuisset relationi unius e naufragio superviventis non magnam fidem esse habendam, nihilominus Aþ. *c.* 18 *p.* 224 *edicit: "si qvis ex iis, qvi communi clade interierint, salvus evaserit, ejus relatio qvis e morientibus diutissime vixerit valeat."*

Collatio bonorum e legis præscripto obtinuit. Hinc si pater (s. mater) filio vel ad peregrinationem vel ad mundium uxori præstandum vel ad æs alienum solvendum pecuniam erogasset, vel bonorum qvorundam lucrum ei cessisset, reliqvi filii, qvi nihil vel non tantundem accepissent, tantum e patris defuncti bonis indivisis singuli præcipiebant, ut æqvalis omnium sors fieret, sed si bona relicta ad talem compensationem præstandam non sufficerent, illi qvi nimiam bonorum partem vivo patre (s. matre) obtinuissent, summam excedentem fra-

tribus injuriam passis restituere tenebantur; fþ. *c.* 2 (*p.* 173. 174). *Similiter si una ex filiabus e bonis patris matrisve dotata fuisset, his mortuis reliqvis filiabus æqvalem portionem dotis nomine præcipiendi jus competebat.*

Qvamvis mater qvoad jus succedendi patri cederet, tamen si filio filiæve mundium vel dotem contulerit vel aliud largita fuerit, hoc ut creditrix præ patre e bonis ejus, si improles decesserit, capiebat; Aþ. *c.* 2 *p.* 174.

Conjuges sibi invicem non succedebant. Sed uxori jus fuit e bonis mariti defuncti ut creditrix cum mundium tum dotem sibi vindicandi. Si bona jam tum adeo obærata fuissent, cum nuptiæ contraherentur, ut mundium stipulatum non sine detrimento creditorum solvi potuisset, ei pro rata detrahebatur, qvin uxor ejus jacturam faciebat, sed dos ei nihilominus restituebatur. Si plena communio inter conjuges obtinuisset hoc beneficio uxor non gaudebat; Kb. *c.* 9 (*I.* 411), *cfr.* þþ. *c.* 42 (*I.* 126).

De successione libertorum alio loco dixi. Codex autem cavet ne donationibus inter vivos vel mortis causa jus hoc patroni defraudaretur. Tali enim in casu ejusmodi donationes irritæ fiebant et libertus ob insignem ingratitudinem denuo servituti addicebatur; Aþ. *c.* 11 (*I.* 203). *Hoc autem olim lege non ita sancitum fuisse ex lite, qvæ inter Arnkillum ethnicismi tempore et filios Thorbrandi hac de re oriebatur, colligimus;* Eyrbyggia S. *c.* 31 *p.* 156 *et c.* 32 *p.* 160-168.

Qvæ Codex habet de successionibus e x t r a o r d i n a r i i s, *veluti hospitum, sociorum, mendicum alentis aliisque hic brevitatis causa omitto.* (Aþ. *c.* 7. 8).

P a c t i s s u c c e s s o r i i s *non favet Codex noster. Permittit tamen venditionem hæreditatis etiam speratæ si hoc æqvis conditionibus fieret iisque qvi jus suum transferenti proxime successissent hunc actum comprobantibus;* Aþ. *c.* 24 *p.* 228. *Specialiter autem prohibetur venditio hæreditatis cum delatæ tum speratæ ab eo facta qvi in Oriente (puta Palæstinam) degerit ib. c.* 14 *p.* 211.

Codex noster nullam aliam ultimæ voluntatis significationem admittit qvam d o n a t i o n e s m o r t i s c a u s a *). *Inprimis autem decimam partem bonorum ad animam suam expiandam* (til salo-bota) *donare licuit sive pauperibus, sive ecclesiæ, sive monasteriis, sive piis corporibus, sed non amplius sine heredum legitimorum consensu;* Aþ. *c.* 11 *p.* 202 *c.* 18 *p.* 223.

*) *Nihilominus testamentorum in Sagis interdum mentio fit, qvod utique mirum, v.* Laxdæla S. *c.* 7 *p.* 13 *c.* 16 *p.* 50, Eyrbyggia S. *c.* 51 *p.* 262 *sed vix sine consensu heredum stricto jure tale testamentum validum fuit.*

Cfr. jus eccl. Isl. vetus c. 47 *p.* 166. 167. (*Lex quoque Frostensis Haconis Haconidis civi jus decimam partem bonorum hæreditariorum cuicunque voluerit donandi tribuit, qvin trientem bonorum acqvisitorum; v. legem Frostensem parte XI*[ma] *c.* 18). *Filio filiæve suæ illegitimæ duodecim oras (uncias) argenti pater sine heredum consensu mortis causa donare potuit. Hoc jam antiqvissimis temporibus juris fuisse e* Laxdæla S. *c.* 26 *p.* 102 *patet. Cum enim Höskuldus morti propinqvus frustra legitimorum filiorum consensum postulasset, ut filius suus illegitimus Olaus hereditatis particeps fieret, eos monet sibi jus tamen eripi non posse duodecim argenti uncias huic Olao donandi* (ei munu þid vilia r æ n a m i k l ö g u m at ek gefi XII aura syni mínum *etc.*), *qvod utique fatentur. Cæteroqvin hæc cum lege Frostensi Haconis Haconidis P. XI. c.* 17 (*in Pausii coll. p. II. p.* 134) *conveniunt.*

De jure p i g n o r i s (ved) *Codex passim loqvitur. Ad illud legaliter constituendum reqvirit ut res oppignoranda testibus exhibeatur, nisi ea iis antea bene nota esset et pactum pignoratium* (vedmál) *coram qvinqve debitoris domicilii accolis publicetur, si enim partibus consentientibus occultaretur, talis oppignoratio, qvanqvam testes pacti pignoratitii producantur, lege irrita declaratur;* Kb. *c.* 10 (*I. p.* 413. 414). *De fundorum oppignoratione lex diserte agit. Traditionem rei cujusvis oppignoratæ lex non postulat, adeoque veram h y p o t h e c a m, septemtrioni tum temporis alias ignotam, admittit in* Lb. *c.* 12 (*II.* 234-238). *Hinc fieri potuit, ut eadem res vel mobilis diversis creditoribus oppignoraretur; qvod si in utraque oppignoratione legis præscripta servata fuerint, prior creditor pignoratitius præferebatur posteriori;* Kb. *c.* 10 *p.* 412; Lb. *l. c.*

Qvanqvam Codex permittat, ut pro singulis oris (unciis) res oppignorentur qvæ duabus oris ab accolis vel ipsis contrahentibus æstimentur, talesque res committantur si debitum non solutum fuerit, simul tamen cavet ne ejusmodi contractus cæteris creditoribus damnum adferat; hinc in judicio bonorum occupandorum et familiæ erciscundæ creditor e bonis oppignoratis non sibi ultra verum crediti valorem addicere potuit, reliqva autem restituere tenebatur; Kb. *c.* 10, Lb. (*II. p.* 235. 236).

De p a c t i s et c o n t r a c t i b u s nihil in hoc Codice in universum statuitur, sed regulæ generales ex iis, qvæ de singulis contractibus edicuntur, eliciendæ sunt. Pluribus autem locis innuit contractum non rite iniri nisi justis verborum formulis dextræque junctione (at handsala) *contrahentes utantur; hinc diserte statuitur qvod si vel maxime contrahentes de eo convenissent, ut hæc manuum junctio non adhiberetur, nihilominus ipse contractus vitiaretur;* Lb. *c.* 12

II. p. 236. *Arrhæ datio nullibi, qvod sciam, exigitur**). *Ut contractus coram testibus inirentur aut lex jussit aut prudentia svasit, cum nulla instrumenta de contractu inito conficerentur. Hac de causa sæpius in Codice nostro inculcatur contractum tamdiu esse validum qvam testes adhibiti illum memoria tenerent. Ex sectionis de re nautica cap.* 14*to* (*II.* 406) *emtio venditio circa fundum vel navem mercatoriam vel præturam inita nihil valuit nisi testes adhibiti essent. Idem de sponsaliis edicitur. Sed hanc enumerationem non completam esse ex aliis Codicis locis patet; vide de contractu pignoratitio* Lbr. *c.* 12, Kb. *c.* 10. *Ex Sagis Islandicis apparet jam antiqvitus contractum de fundi emtione sine testibus initum pro nullo fuisse habitum Memorabilis est locus in* Laxdæla S. *c.* 47 *p.* 210. 211 *occurrens, qvi demonstrat contractum emtionis de fundo qvodam, inter* Thorarinum *et* Bollium *initum, eam ob causam non validum æstimatum fuisse, qvod tot testes non præsentes fuissent qvot e lege reqvirebantur* (at ei voro menn sva margir hiá, at þat þotti vera lögfullt) **) *qvamobrem* Kiartanus *Thorarino persvasit ut ipsi eundem fundum eodem pretio venderet. Sin contractus sine testibus initus ab altera parte jam consummatus fuerit, eatenus qvidem validus fuit, sed pacta adjecta, qvæ alter denegaret, nullam tamen vim habebant. Qvamobrem bona elocans s. creditor in tali casu* (at leigia vattlaust) *non locaria a debitore exigere potuit nisi qvæ forte legibus constituta fuerint;* Kb. *c.* 6 (*I.* 398. 399). *Cum autem res sæpius commodarentur vel deponerentur nullis testibus præsentibus, is, qvi rem se accepisse mala fide denegaret, furti vel* görtökis (*i. e. rei ablationis injustæ*) *ex optione læsi insimulari potuit;* Kb. *c.* 6 (*I.* 400. 401). *Dein contractus majoris momenti et qvos nosse aliorum intererat coram accolis qvinqve vel etiam novem manifestandi erant, qvin et in foro potissimum* Alþing *publicandi, qvæ proclamatio interdum ut jus sibi stipulatum servaretur stato tempore repetebatur; cfr.* Lb. *c.* 12 *p.* 237 *et* 239. *Ex pluribus locis manifestum fit contractum, ad qvem incundum vi injusta vel dolo malo qvis impelleretur, nihil valuisse qvin et dolum adhibentem insuper gravem poenam incurrisse. Hinc si fundi dominus jure protimiseos gaudentem ut emungeret, emtorem plus justo pretio offerre simulantem subornasset, non solum ob talem dolum talis venditor non ultra verum pretium ex æstimatione qvinqve accolarum fundi proximorum accipiebat, sed si forte jam accepisset fundum reluenti summam excedentem resti-*

*) *Ob hanc ipsam causam vox* "handselia" *sæpius simpliciter pro contrahere adhibetur v.* Lb. *c.* 12 *p.* 234 *et* "handsalaslit" *usurpatur pro violatione contractus. Posteriore autem tempore interdum contractus validos habitos fuisse qvanqvam talis stipulatio non intercesserit, ex additamento Cod. Magnæani in Cod. regio non occurrente circa locationem conductionem prædiorum* Lb. *c.* 45 (*II.* 334) "ef handsalat var" *colligitur.*

**) *Eodem redeunt verba* Kiartani: ecki kalla ek þat landkaup, er ei er vattum bundit.

tuere tenebatur, qvin una cum simulato emtore relegatione puniebatur; Lb. *c.* 13 (*II.* 241). *Si contractus autem rite initus esset, subterfugiens ad illum implendum diversis remediis juris cogebatur et insuper mulcta aliaque incommoda in favorem alterius contrahentis lege definita ei infligebantur. Hinc conductor prædii contractum implere detrectans ad tres marcas domino fundi nec non sex uncias ob fidei violationem* ("handsalaslit") *præstandas condemnabatur;* Lb. *c.* 45 (*II.* 334). *Itidem debitor pecuniam non justo tempore solvens præter usuras moræ tres marcas et insuper sex oras sive ob fidei violationem sive in compensationem difficultatis creditori partæ* ("harþafang") *creditori præstare tenebatur;* Kb. *c.* 6 *p.* 399 *). *Qvin sectio de re nautica c.* 4 (*II.* 406) *in universum sancit, ut qvi stipulationem, sive de fundo sive de nave mercatoria sive de prætura emenda, violaverit vel fidem justis sponsaliis de matrimonio ineundo fregerit, is relegationis poenam subiret, qvi autem alias qvascunqve stipulationes servare neglexerit trium marcarum mulctam præstaret.*

De singulis contractibus, qvos Codex agnoscit, plura in diversis sectionibus caventur, qvæ hic exponere nimis longum foret. Pauca modo hac de re monebo.

Contractum emtionis venditionis *lex Grágás non accurate a contractu permutatorio distingvit* **), *cum ob argenti inopiam rarissime sola pecunia, si res emenda non vilis esset, emebatur, sed merces loco pecuniæ præstabantur, adeoque ille contractus vel vera permutatio vel mixti generis erat* ***). *Ex simili ratione mutuum ad contractum locationis conductionis referebatur; huc accessit altera ratio qvod ita usuras locarii nomine sibi stipulari postularet creditor, qvas ex auro argentove mutuo dato ex juris pontificii præceptis hic ut alibi servatis non liceret. Hinc in* Kb. *c.* 6 (*I.* 397) *diserte cavetur, qvod si debitor argentum pro argento præstiterit, creditor non ultra sortem exigere possit.*

Qvanqvam in universum liberum cuique fuit, qvi plene de suis bonis disponere possit, vendere et emere, nihilominus, vel litium impediendarum vel oeconomiæ ruralis promovendæ causa,

---

*) *Singulare est qvod cap. cit. I.* 399 *distingvatur inter stipulationem junctis dextris factam et simplicem manuum dationem,* þott þeir handsaliz eigi, eþr þott þeir takiz i hendr *eaqve vi ut si dextræ contrahentium non rite junctæ fuerint, creditor non mulctam ob* handsalaslit *exigere potuit. Eo locus in nota pag. præcedente laudatus confirmatur.*

**) *Exempla veræ permutationis fundorum sæpius in historiis Islandorum occurrunt. Qvin* Landnámabók *p. I. c.* 21 *p.* 49 *exemplum suppeditat permutationis universorum bonorum cum immobilium tum mobilium, imo et uxorum, qvæ ethnicismi tempore facta est.*

***) *Ex eadem causa emtio venditio antiqvitus apud Romanos non a permutatione distingvebatur; posterioribus demum temporibus, aucta in dies pecunia, illa ad contractus nominatos hæc ad innominatos referebatur.*

Codex statuit ut alter socius alterum, nec non interdum qvoqve si alterius fundus alterius fundi limitibus includeretur, horum fundorum domini se invicem ad vendendum vel ad emendum cogere possent; v. Kb. *c.* 35 (*I.* 438), Lb. *c.* 8 (*II.* 227) *sectionemque:* um scipa medferþ *c.* 2 (*II.* 397) *). *Similiter idem agriculturæ promovendæ studium effecit, ut legislator caveret qvod ager, qvem dominus non ipse coleret, necessario elocandus esset et si alius se non obtulerit a vicinis communiter conducendus;* Lb. *c.* 20 (*II.* 278).

Pretium emtionis e contrahentium arbitrio pendebat neqve contractus ob læsionem, qvam vocant enormem, rescindi potuit. At si naves mercatoriæ merces peregrinas advexerint, tres taxatores in singulis insulæ tractibus constituti merces maxime necessarias æstimabant, qvæ æstimatio variabat cum plures naves iisdem mercibus oneratæ ad eundem portum forte advenissent, mulctaque trium marcarum ei solvenda fuit, qvi pluris emeret; v. sectionem de re naut. c. 3 (*II.* 403-406). *Id autem maxime cavet lex ne emtor a venditore sive cive sive extero potissimum Norvego* (Austmenn) *injusto pondere et mensura defraudetur;* Kb. *c.* 51. 52 **) (*I.* 462-464).

Qvod ad emtionem venditionem fundorum attinet, Codex accurate definit qva formula verborum contrahentes uti debeant inter se et coram testibus; Lb. *c.* 2 (*II.* 213). *Ex ipsa formula apparet cum venditorem ad evictionem adversus omnes præstandam se obstrinxisse* (*cfr. c.* 4 *p.* 220) *tum traditionem fundi circumeundo ejus limites omnino necessariam fuisse. Ad circumitionem istam* (merkiaganga) *finium regundorum causa* ***), *vicini, septem antea noctibus qvam institueretur, vocandi fuere, ut fines a venditore indicatos justos esse agnoscerent, potissimum ubi limites non arcifinii forent* ****), *si vero hac indicatione se læsos existimarent, interdictum legale ut opponerent sententia judiciali postea decidendum;* Lb. *c.* 3 (*II.* 216 *ss.*) *et c.* 4 (*ib. p.* 218) *c.* 7 (*ib. p.* 226). *De aliis ritibus circa traditionem fundi a parte venditoris et apprehensionem a parte emtoris servandis Codex qvidem non loqvitur, sed cum qvodam loco de colono innuat eum ferro et igne fundum apprehendere solere;* Lb. *c.* 45 (*II.*

---

*) *De necessitate vendendi ancillam civi, qvi eam emturus esset matrimonii ineundi causa v. h. Diss. CXIV not.* ****).

**) *Hæc capp. in solo Cod. Magn. iisque qvi eum seqvuntur leguntur; nihilo minus cap.* 52 *continet præscripta memorabilia de ratione, qva causæ inter cives et Norvegos hac de re aliisque ortæ perseqvendæ et dirimendæ essent.*

***) *Jus emtoris talem circumitionem exigendi non præscribebatur.*

****) *Ex ipsa formula emtionis venditionis nec non ex legum præscriptis intelligitur, ipsos limites pro parte dimidia ad fundum cessum, pro altera parte ad fundos vicinos pertinuisse; vid.* Kb. *c.* 1 *p.* 213, *c.* 2 *p.* 220.

334) *similis ritus multo magis ab emtore servatus est* [*]. *Qvi fundum ante diem migrationis vendebat ad hunc usque fructus omnes qvin et extraordinarios ex illo percipiebat, sed ex altera parte etiam periculum per hoc tempus suscipere tenebatur;* Lb. *c.* 2 *p.* 216.

Codicem, ubi de bonorum elocatione in universum agit, revera de mutuo agere, ut jam monui, inde apparet qvod debitor non ad eandem rem locatam restituendam obstrictus esset; v. Kb. *c.* 1 *ad* 10 *usque* (*I.* 390–414). *Ne qvidem exigebatur, ut res qvam debitor præstaret ejusdem generis esset ac illa qvam accepisset, sed modo ejusdem vel majoris pretii, nisi diserte ipsa conventione stipulatum esset ut certa merces ipsi rependeretur* (*cfr. I.* 392). *Qvod si lis hac de re inter creditorem et debitorem oriretur ab oculatis inspectoribus secundum taxam, qvam ipsæ leges continent, dijudicandum fuit, et si merces rariores essent a viris peritis. Regulæ autem in hac æstimatione seqvendæ in favorem potius creditoris qvam debitoris conceptæ esse videntur, potissimum si fundus loco solutionis cederetur; lex enim edicit fundum habitatum duarum orarum pro una esse præstandum* (*I.* 396). *Neqve debitori jus tribuit, rem ita solutam reluendi, nisi solutio in servis fieret* (*ib.*) *Codex permittit creditori e singulis decem oris sive earum valore unam sibi pro usu per integrum annum stipulari* (*adeoque X pro centum*) *sed si majora* l o c a r i a (*verius usuras*) *exegerit poenæ subjiciebatur. Eidem poenæ quoque obnoxius fuit, si rem creditam pretio vero majori æstimasset. Terminus solutionis accurate designandus fuit nec non locus, qvi potissimum si debitoris domicilium a domicilio creditoris nimis distaret coemiterium in comitiis, qvod mireris, esse potuit. Terminus solutionis* (eindagi) *ex arbitrio contrahentium pendebat, sed non ultra viginti et unam hiemes nisi contractus vel per sententiam judicialem vel partium stipulationem renovaretur. De debitore moroso alio loco dixi* (*h. Diss. p. CXXXV*). *De* o b l a t i o n e *debiti ejusque vi, nec non de* c e s s i o n e *nominis et* d e l e g a t i o n e *cum vera tum simulata plura habet Codex;* Kb. *c.* 4 *p.* 393 *c.* 6 *p.* 400.

De singulis contractibus locationis conductionis et rerum et operarum, veluti, de locatione prædiorum rusticorum Lb. *c.* 45 (*II.* 332 *ss.*); *de pecudum lactantium* (búfé) *elocatione*

---

[*] *Apprehensionem solemnem fundi cessi in usu apud Islandos fuisse plura loca in historiis Islandicis demonstrant;* Laxd. S. c. 24 *p.* 96; *sed* Vigaglums S. c. 26 *p.* 158 *inprimis hac ratione est memorabilis; ibi enim* Hallbera *mater* Einaris, *cui* Glumus *ex necessitate fundum* Thverá *vendiderat, Glumo nunciat se hunc fundum filio* Einari *jamjam vindicasse, adeoque ipsi sine ulteriore mora ex eo jam excedendum* (komit hefi ek nú elldi á þverár land ok geri ek þik nú á brott med allt þitt ok er helgat landit Einari syni mínum). *Hunc qvoque fuisse antiqvissimum occupationis ritum a primis Islandiæ incolis servatum satis notum est; cfr.* Landn. *P. III.* c. 6 *p.* 207 *et inprimis P. V.* c. 1 *p.* 322, *ubi pactionis Islandorum hac de re, suggerente Rege Hacone Pulchricomo, mentio injicitur; cfr.* Eyrb. c. 4 *p.* 8.

nec non contractu de iis alendis, Kb. *c.* 25 *ad c.* 30 (*I. p.* 427-431); *de eqvorum elocatione c.* 33 (*p.* 433); *de pacto cum operariis inito* Kb. *c.* 54 *c.* 56. *c.* 61. 62 (*I.* 470. 474-476) *cfr.* þþ. 56. 57 *I.* 147-158 *et* Lb. *c.* 69 (*II.* 383) *qvæ omnia oeconomiam ruralem in Islandia optime illustrant.*

Ex arbitrio contrahentium pendebat num contractus de prædio rustico a domino cum colono (Leiglendingr) *inito per plures aut pauciores annos iniretur, sed ex generali præscripto nuper laudato non ultra XXI annos, sed si intra tempus conventum moreretur colonus hæredis optioni relinqvebatur an ad reliqvum tempus contractum continuare vellet nec ne, nisi forte septima jam æstatis hebdomade præterlapsa decesserit,*.*tum enim proximus hæres coloni officia ad terminum usque legalem fundum relinqvendi implere tenebatur;* Kb. *c.* 60 *p.* 473. *Qvanqvam colonus plenum usumfructum fundi nancisceretur, adeo ut fructus vel extraordinarios percipere posset, nisi eos dominus diserte reservasset* (*II.* 337), *tamen vel minimam fundi partem sublocando poenæ relegationis reus fiebat, qvæ et cum mansit qvi conduxisset;* Lb. *c.* 45 *II.* 334. *Locarium sibi a colono præstandum non ultra decem pro centum, si recte video, dominus sibi stipulari potuit. In favorem coloni exstitit priscum institutum, ex qvo si qvaterna majorve pars boum peste interiisset, pagus dimidium pretii ex justa æstimatione ipsi resarcire tenebatur;* Kb. *c.* 48 (*I.* 458) *).

Merces famulorum et operariorum secundum operum diversam qvalitatem lege fuit definita; nec eam hero sub poena trium marcarum augere licuit; þþ. *I.* 147-149 *et* Kb. *p.* 464-468. *Ex jure vet. Isl. eccl. c.* 13 *apparet hero jus famulum, ante tempus conventum deserentem, a qvolibet vindicandi, qvod cum* Vigaglumi S. *c.* 13 *ss. bene convenit. Ex eodem capite colligimus jus modice castigandi hero in eos competisse* (*p.* 56 *ed. Thorkelini*). *Cæteroqvin Codex mira humanitate famulis morbo laborantibus consuluit,* þþ. 154 Kb. *p.* 474, *nec non iis qvi matrimonio juncti diversis heris servirent;* þþ. *p.* 151. 162 Kb. *p.* 476. *Neqve eos vili pretio habitos fuisse inde manifestum fit, qvod deficientibus rusticis prædiatis, cum ad rerum æstimationem nec non divisionem legalem adhiberi possent, qvin evocatorum munere fungi;* Lb. *capp.* 14. 17. 46.

Cum donationes inter vivos (vingiafir) *apud Islandos essent freqventissimæ, unde in eorum historiis fere qvavis pagina talium donationum mentio fit, iis plenam vim Codex tri-*

---

*) *Hoc tamen caput nec non seqvens cum in Cod. regio non inveniatur (v. not.), illud institutum serioris demum ævi esse videtur. Idem beneficium colonis prædiatis non solum qvoad pecudes sed et qvoad domos majoris pretii ex cap.* 49 *competebat.*

buit, ("engi madr a at ripta giöf sina"; Aþ. *c.* 11 (*I.* 203), *nisi forte sub conditione vel spe manifestæ remunerationis factæ fuissent et donatarius fidem datam spemqve excitatam fefellisset. Præterea si hæres demonstrare potuerit donationem eo consilio factam fuisse, ut suo jure hæreditario defraudaretur, optioni ejus relictum fuit utrum donatorem relegationis reum postulare (cui poenæ etiam donatarius doli conscius subjiciebatur) an ex sententia judiciali administratione bonorum suorum privare vellet* (*l. c.*) *cfr.* Aþ. *c.* 21 *p.* 226. *Si extraneus dotem virgini matrimonium inituræ donasset, qvod itaque doti adventitiæ Romanorum respondebat, is sibi stipulari potuit, ut si hæc improles decesserit, dos sibi suisve hæredibus recideret. De libertorum injustis donationibus nec non de iis qvæ mortis causa a civibus fierent alio loco dixi.*

Contractus alimoniæ (arfsal) *), *qvo qvis alteri bona sua omnia transferebat ea lege ut eum ad mortem usque bene sustentaret* **), *validus fuit, si æqvis conditionibus* (jafnmæli) *iniretur, at si iniqvis modo si heredes proximi consentirent, neqve eo consilio fieret ut se a cognatorum pauperum alendorum onere liberaret. Hereditas, qvæ hoc contractu inito ei qvi se alteri ita tradidisset, obveniebat, non alenti, sed alendi hæredibus deferebatur;* Aþ. *c.* 12 (*I.* 204-206) *et c.* 22 (*ib. p.* 227) *cfr. c.* 24 *ib. p.* 229; Ob. *c.* 23 *ib. p.* 278.

Mandati freqvens usus fuit apud Islandos non solum in causis forensibus, ut supra observavi (h. Diss. p. LXXVI), sed etiam in aliis negotiis civilibus v. c. circa fundum vendendum; Aþ. *c.* 21 *circa jus protimiseos* Lb. *c.* 12. *De mandato generali loqvitur* Aþ. *c.* 7 (*I.* 190) *qvod statuit proficiscentem bona sua cuicunque voluerit per tres hyemes mandare posse sed hoc tempore elapso custodiam eorum ad hæredes peregrinantis devolvi. Mandatarius ipse negotium suæ fidei creditum exseqvi tenebatur; licuit tamen causæ litigiosæ mandatario lites accessorias inde ortas aliis mandare, modo ipse causæ principali consuleret. Si mandatarius fines mandati excesserit, mandans intra certum tempus contractum suo nomine initum rescindere potuit;* Aþ. *l. c. p.* 227. *Dolus malus mandatarii et potissimum prævaricatio in causis judicialibus justis poenis coercebatur;* Vigsl. *c.* 66 (*II.* 109).

---

*) *Idem contractus jure danico* "Fletföring" *v. Kofodi Ancheri samlede Skrifter II. p.* 234 *ss. vocatur. Vox* "Arfsal" *primitus venditionem hæreditatis significat, sed dein peculiariter de contractu alimoniæ usurpabatur, qvia eam vim habuit ac si alias alendi hæres efficeretur; cfr. indicem h. v.*

**) *Ex codice Magnæano cap.* 22 *etiam pater hunc contractum in favorem liberorum inire potuit, qvi passus tamen non in Cod. regio habetur v. p.* 227 *not.* 1. *Hoc autem forte de eo casu intelligendum est, de qvo loqvitur* Ob. *c.* 21 (*I.* 276) *ubi nempe proles non solum ad nutriendum sed etiam ad educandum alteri transfertur pro certis bonis alimentariis semel solvendis, qvi autem contr. fine obtento exspirasse videtur.*

De societate, qva ejus participes vel omnia bona vel eorum partem in societatem contulerunt, pluribus locis agit lex Grágás; et inprimis de ea qvæ inter navigantes instituebatur; Aþ. *c.* 14 (*I.* 211), *nec non qvoad navem mercatoriam de jure nav. c.* 2 (*II.* 397). *Hæc efficiebat, ut socius superstes socio mortuo qvoad bona communia succederet, nisi aliter conventum;* Aþ. *c.* 6 (*I.* 186), Vigsl. *c.* 37 (*II.* 72) *). *Eadem de causa socius Islandus socii alienegenæ a tertio occisi vindex erat legitimus;* Vigsl. *l. c.* (*cfr. h. Diss. p. LXXXI*).

Regulæ, qvas Codex sistit circa commodatum et depositum, parum differunt ab iis, qvæ aliis juribus septentrionalibus continentur. Hoc unum forte peculiare est, qvod cavent ne unus e pluribus condominis rem alteri commodet nisi reliqvis in id diserte consentientibus. Qvasdam res alteri commodare interdum prohibitum ob abusum inde metuendum, qvo pertinet; Kb. *c.* 22. *Rem commodatam commodatarius alii commodare non potuit. Hoc diserte de nave commodata cautum j. n. c.* 1 *p.* 391. *Nec re commodata ipse diutius vel aliter qvam concessum erat uti licuit (ib.) Periculum rei commodatæ ex eo momento, qvo rem commodatarius recepisset, suscepit. Eum æqve ac depositarium fuisse obstrictum omnem culpam sustinere, qvin et casum si mixtus fuerit ex eo, qvod* Kb. *c.* 6 *p.* 401 *de deposito statuit, colligitur. Qvod mala fides cum commodatarii tum depositarii severa poena coerceretur alibi monui* (*h. Diss. p. CXXXIV*).

Aleis tesserisque lucri captandi causa ludere etiam sub relegationis poena prohibitum actioque adversus reos popularis fuit; Vigsl. *c.* 121 *II.* 198. *Neqve, ut videtur, alii contractus aleam continentes admissi. Qvanqvam in Sagis sæpius ludorum et rixarum hac de re ortarum mentio fiat, non tamen de pecunia certatum fuisse memini.*

§. 33.

Comparatio Codicis Grágás cum jure Norvegico antiqvissimo.

Ex iis, qvæ jamjam allata sunt, seqvitur jus Islandicum, qvod codice Grágás continetur, cum iis bene qvin interdum ad verbum convenire qvæ historiæ Islandicæ ut jus antiqvissimum sistunt, et ubi immutationes occurrunt eas ex necessitate interna, qvam crescens indies cultus, emendati mores et religio catholica visque hierarchiæ affecerunt, factas esse, neqve est, cur credamus talem mutationem causis extrinsecis et exterarum civitatum inprimis Norvegiæ, utpote matris, leges imitandi studio fuisse provocatam.

---

*) *Cum cognatus cognato a se occiso non succedere potuit,* Vigsl. *c.* 71 *II.* 113, *multo minus socius socii in tali casu hæres fuit;* Vigsl. *c.* 37 *p.* 72.

Si deinde comparationem inter hoc jus Islandicum et Norvegicum vetustissimum, qvod lege Gulensi Haconis Adelstenii alumni continetur, recte instituamus, multum abest, qvod talis insignis similitudo inter utrumque Codicem adsit, qvæ eam sententiam nos amplecti jubeat ac si Codex Grágás peregrinæ originis esset, ut potius hæc ipsa collatio demonstret legem Islandicam jura Islandis propria pæne ubique constituentem et proprium colorem per totum ejus contextum servantem ex ingenio et institutis hujus populi singularibus fuisse enatam.

Primum accuratius hos Codices inspicientem non effugiet mira illa diversitas, qvod non solum illa sectio, qvæ Landvarnar-Bólkr *inscribitur, de expeditione navali et regni defensione multis agens, omissa sit, id qvod inde explicari potest qvod Islandia nunqvam bello externo implicita non simili ordinatione bellica ac Norvegia indiguerit, sed etiam, qvod sane mireris, ne verbo qvidem jus retractus gentilitii* o d a l i c i *) *nomine insignitum tangit, qvanqvam hoc institutum priscis Norvegis tantæ curæ cordique fuerit, ut cum ejus abrogatione Haraldus Pulchricoma triumphum suum universo populo durissimum reddidisset, Haco eo potissimum sibi ejus amorem conciliavit, qvod hoc jus avitum sub ipsis imperii sui auspiciis denuo restituisset, idemque jus plurimis sancitis Codici nomen ejus ferenti insertis sollicite confirmasset (cfr. l. Gul. apud Pausium I.* 206-227), *qva re moti successores regni graviores abusus licet reprimentes ipsum jus longo seculorum cursu incolis carius redditum abrogare non ausi sunt; in Islandiam autem tum demum una cum aliis institutis peregrinis receptum fuit jus odalicum cum Codex Jónsbók Islandis jam Regis Norvegiæ imperio subjectis obtruderetur.*

Qvantum distat jus criminale Islandicum (Vigslódi) *a Norvegico* (Mannhelgi-Bólkr), *si qvædam sancita qvoad mulctas homicidii earumque divisionem nonnullasque verborum formulas his in causis exceperis, nec non alia, qvæ potius ex moribus omnibus gentibus septemtrionalibus communibus qvam Norvegorum propriis descendunt! Conferantur inter alia qvæ in utroque Codice de injuriis verbalibus nec non de furto statuuntur; principia juris Islandici in hiis non solum a Norvegico sed, qvantum scio, etiam a cæteris septemtrionalibus discedunt. Sed multo magis omnis forensis ordo differt. Codex Norvegicus fere ubique ad juramentum rei purgatorium sive ejus solius sive cum consacramentalibus recurrit v. l.* Gul. Þingb. *c.* 2 *ad* 7 *usque (apud Pausium I.* 131-134 *et* Mannhelgi-B. *c.* 49. 60. 61. 64 *(ib. p.* 170. 175-177) *et multis aliis locis, Islandicus contra ad evocatos* (qvidr), *illius procedendi ordo*

*) *Jus qvidem retractus conventionale legem Grágás admittere alibi observavi, sed hoc ab illo jure retractus gentilitii legali, de qvo hic agitur, omnino diversum esse, facile intelligitur. De jure retractus conventionali etiam agit lex Gulensis, sed brevius sub nominibus:* "Maale-Jord" *et* "Stefne-Jord" *v. sect. de j. odel. c.* 19. 20. 22 *(apud Pausium I.* 220-224).

satis simplex, hic perplexus et solemnibus abundat. Judicium qvinarium (fimtardomr), *de qvo Islandi merito gloriantur, Norvegis ut cæteris gentibus fuit incognitum. Actiones populares in Islandia ex lege freqventes, in Norvegia rarissimæ. Jurisdictionem patrimonialem, qvam lex Grágás magistratibus* "Godar" *dictis tribuit, jus Norvegicum ignorat. Potestas judicis provincialis* (Lögmadr) *in Norvegia ab ea, qvam* Lögsögomadr *in Islandia exercebat, ratione et durationis et ambitus differebat.*

In jure qvidem civili privato potissimum in illa parte, qvæ personarum audit, plura qvidem occurrunt in qvibus uterque Codex conspirare videtur, sed fere æqve bene cum jure Svecico et e Danicis potissimum cum Scanico, sed si singula capita exactius conferas discrimen haud leve invenies. Ita v. c. ex jure Gulensi c. 1 *(apud Pausium I.* 73) *manumissio servi cum convivio* (Frelsis-Öl) *impensis liberti facienda ex jure Norveg.* Leysingslög *c.* 6 *et c.* 9 *(apud Pausium I.* 80. 83); *cfr. l. Frost. Haconis Haconidis P. XI. c.* 12 *(apud Pausium II. p.* 132) *conjuncta esse debuit, iis modo casibus exceptis, qvos cap.* 5*tum* *enumerat; ex jure Islandico non item, sed contra exigebatur ut a magistratu in civitatem reciperetur; libertorum conditio ex jure Norvegico multo durior fuit qvam ex Islandico; abnepotes liberti ex illo demum plenissimam libertatem conseqvebantur, ex hoc pronepotes (v. legem Frostensem Haconis Haconidis P. XI c.* 10 *et* 11 *apud Pausium p.* 130. 131). *Qvoad matrimonii impedimenta magna inter has leges regnat diversitas. Qvamvis qvoad mundium jus hoc Islandicum cum lege Gulensi Haconis Adelstenii in multis conveniat*), eo tamen nomine insigniter discrepant, qvod ex illo non uti ex hac teneatur tantum conferre mundii nomine, qvantum uxor dotis* (heimanfylgia) *causa secum attulerit v. l. Gul. in sect. de matrimonio c.* 4 *nec non in sect. de hered. c.* 11 *(apud Pausium I.* 70 *et* 128) **). *Qvod uxor ex utraque lege communione inter conjuges stabilita trientem modo capiat, prima facie videri possit ac si hoc ex lege Gulensi eod. libr. c.* 3 *p.* 70 *in Islandicam migrasset, sed idem quoque principium in legibus antiqvis Sveonum (non Gothorum) servatur veluti Uplandica, Westmannica, Sudermannica. In materia de tutela in aliis conveniunt, in aliis plurimum discrepant. Illud autem discrimen inprimis memo-*

---

*) *In utraque lege summa definita est qvæ ad minimum mundii nomine danda, sed ex lege Grágás erat una marca (argenti) sed ex Gulensi Haconis* 12 *auræ, adeoque dimidio major cum octo unciæ marcam efficiant.*

**) *Hoc qvidem serius additamentum est, sed tamen antiqvum qvippe qvod, ut ipse Codex innuit, sub regibus Olao et Magno conditum. Lex Uplandica idem principium aliter et origini mundii dotisque magis conformiter exprimit, dum vice versa statuat qvod dos dono matutino serius loco mundii recepto respondere debeat;* Arfdab. *fl. IV §.* 1.

rabile qvod ex lege Norvegica foemina æqve tutelam impuberis suscipere posset ac masculus v. Sect. de hæred. c. 2 *(apud Pausium p.* 121*); cfr. l. Frost. Haconis Haconidis P. XIII c.* 9 *(apud Pausium II.* 137 *et* 179*), sed secus ex jure Islandico; cfr. h. Diss. p. CXXIII qvanqvam foeminæ alio nomine non majoribus juribus fruebantur ex jure Norvegico qvam Islandico. In sancitis de tutelæ administratione lex Haconis Adelstenii nihil fere habet, sed plura lex Haconis Haconidis, qvæ cum nostra Islandica satis bene conveniunt P. X c.* 22 *et c.* 28 *(apud Pausium II.* 136 *et* 138).

Qvod ad jus rerum attinet adeo in præcipuis materiis differunt, ut nemo facile credere possit alterum Codicem ex altero qvæ præscribat petiisse. Conferantur loca de venatione, de inventione, de successione ab intestato. Qvatenus in materia de donationibus mortis causa conveniant alibi exposui (h. Diss. p. CXXIII). De servitutibus (rerum) in lege Gulensi qvantum sciam nihil occurrit. In materia de contractibus aliqvali qvidem ratione utraque lex convenit, sed tum plerumque ubi eadem fere etiam in aliis legibus septemtrionalibus leguntur, sed in multo pluribus differunt. Inter hæc discrimina illud maxime memorabile, qvod cum jam lex Gulensis Haconis Adelstenii diserte reqvirat ad fundi alienationem, ut scotatio fieret (v. sectionem de jure odalico c. 14. 15. 28, *apud Pausium I.* 220. 226*) idemque præceptum cum in posterioribus legibus Norvegicis, tum in antiqvis Svecicis et Danicis occurrat, nihil tale lex Grágás sanxit. Ex adverso occupationem fundi sive emtoris sive coloni igne et ferro factam, qvam lex Grágás justam agnoscit, cfr. p. CXXXVI, lex Gulensis ignorat. Neque venditor ex lege Grágás vitia occulta rei vendendæ emtori indicare debuit uti ex lege Gulensi, nominatim qvoad servos, eqvos et pecudes resque fungibiles v.* Leisingialög *c.* 1 *(apud Pausium I.* 73), Kiöbeb. *c.* 7 *c.* 11 *(ib. p.* 58 *et* 62). *Qvoad jus uxorum emtionem venditionem ineundi lex Grágás in universum ei modo jus tribuit intra annum de valore semiunciæ contrahendi* fÞ. *c.* 21 *p.* 334, *cum Gulensis contra etiam uxori filii liberti idem jus concedat, ingenui autem rustici de ora et multo majoris si maritus majoris conditionis fuerit;* Kb. *c.* 6 *(apud Pausium I.* 72). *Qvæ singularia habet lex Islandica de jure viduæ restricto fundum suum alienandi; v.* fÞ. *c.* 21 *(I.* 334), Lb. *c.* 2 *(II.* 214), *ea lex Gulensis ignorat, ut multa plura taceam.*

Ubi qvoad juris privati principia utræqve leges conspirant ea plerumque in jure Islandico multo magis singularibus sancitis sunt enucleata et ad diversas casus applicata. Exemplum elegans præbet qvod lex Grágás de alendorum sustentatione luculenter præscribit, si cum paucis præceptis de eadem re in lege Gulensi comparetur.

Qvoad regulas sive paroemias juris plures ejusdem indolis in utroque Codice occurrunt, qvales: qvilibet dignus est sententia judiciali de re sua v. l. Gul. Sect. de j. odal.

c. 1 *p.* 206 *decem testes non plus valere qvam duos ib.* Leysingsl. *c.* 3 *p.* 77 *), *qvod respondet legis Grágás* Lb. *c.* 2 (*II.* 213) "jamfullt er vattord at vattar II sem X."

Qvod ad juris terminos attinet, plurimis utitur lex Grágás, qvi omnibus vel pluribus gentibus septemtrionalibus sed potissimum Norvegicæ, unde Islandi originem suam deducebant, communes, sed multis quoque sibi propriis ex Islandorum singulari juris colendi studio ortis. Ad priorem classem referendæ voces: mundr, heimanfylgia, giptingarmadr, ómagi, vardveizla, vardveizlomadr, eindagi, heimild, dánarfé, jafnadr, hardafáng, Landabrigdi, rán, legord, vadaverk, frændsemispell, fullrettisord, grid, trygd, gridamál, mordvargr *et innumeræ aliæ. Ad secundam classem vocum huic legi propriarum pertinent;* adild, adili, þíngs-afglöpun, aladsfestr, áljótsrád, álög, arfskot, arftak, audæfi *nec non* ítak *pro servitutibus prædiorum,* fángakvidr, fiörbaugsgardr, frumhlaup, frumsök, gögn, gagnkvöd, gagnsök, gjörtæki, hývíg, lausakjör, lögvörn (*exceptiones*), hrudning, málaland, málamadr, málamundr, mannvilla **), raudarán, skapþíng, sóknargögn, úrnæmi, úvænishögg (*s.* klámhögg), vargdropi, vefang, þíngvært *aliæque. Qvod vero maxime demonstrat Codicem Norvegicum et Islandicum inter se plurimum differre sunt ii juris termini, qvi in utroque qvidem codice occurrunt, sed in uno significatione prorsus diversa ac in altero accipiuntur. Tales sunt:* drep *j. Isl. ictus, verberatio, sed j. Norv. leve vulnus, cfr. Pausium I.* 166 *not. a,* lýrittr *interdictum j. Isl.* (*hinc:* godalyrittr *interdictum magistrale*) *sed j. Norv. jusjurandum a tribus præstitum;* útlagr *j. Isl. mulctatus et* útlegd *mulcta sed j. Norv. exsilium, exsul;* vopnatak *j. Norv. et septemtrionali in universum, armorum concussio ad consensum suum in comitiis declarandum, sed jure Isl. finis comitiorum;* (*cfr. p. LXXXIX*). Hornúngr *quoque et* Hrisúngr *alio sensu accipitur in lege Haconis Adelsten* Arveb. *c.* 7 (*v. Paus. I.* 116) *qvam in lege Grágás* Aþ. *c.* 4. *Qvæ autem major affinitas inter Codicem Grágás et legem Gulensem Haconis Adelstenii alumni nec non Frostensem Haconis Haconidis intercesserit qvam cum cæteris legibus septemtrionalibus inde facile explicatur, qvod Codex noster ex eodem communi cum his fonte plura hauserit, ut jam supra innui* (*h. Diss. p. XIX*).

---

*) *Qvod autem addit unius testimonium non amplius valere ac si nullum editum fuisset, lex Grágás non adoptasse videtur, ut ex loco laudato apparet.*

**) *Contra verba jure Norvegico vetusto jam usu recepta* "fox" *et* "flærd" *falsum reale significantia et compositum* "vedfox" *in Codice Grágás nullibi occurrunt.*

§. 34.

De meritis Codicis Grágás ejusque multiplici usu.

Ad merita Codicis Grágás rite pensanda reqviritur ut ætatem qvando, terramque ubi compositus est ante oculos habeas, eumque cum aliis legibus ejusdem ævi et sub iisdem vel qvantum fieri potest proximis conditionibus concinnatis conferas. Si enim cordatus lector menti suæ bene inculcet in insula plagæ septemtrionalis remotissima, cum reliqvo terrarum orbe non nisi per singulos navigantes conjuncta, hunc Codicem initio qvidem Seculi duodecimi, sed ex juris normis usu jam longævo receptis in scripturam fuisse redactum, non satis mirabitur qvi factum sit, ut ex hac insula ævo adeo rudi tamque iniqvis conditionibus tale legislationis opus profectum sit, qvod tot tantaque solertis ingenii rarique acuminis documenta exhibeat. Nullo juris Romani, exiguo juris pontificii auxilio, solo fere justi honestique sensu ducti intellexerunt qvid in leges reipublicæ Islandorum recipiendum qvid reprobandum esset. Qvantum cultura distant a legibus veterum Britonum intra fines Walloniæ inclusorum, qvantum a Hibernorum legibus antiqvis, qvas "Brehon law" vocant, qvatenus eas novimus! hæ tamen gentes meliore olim sorte utebantur qvam Islandi et pro modulo ejus temporis satis cultæ ab origine fuere.

*Qvod flos lectissima Norvegorum in Islandiam migraverit ad hoc explicandum non multum facere videtur, si universum hunc populum summæ adhuc barbariei tum adhuc immersum existimes. Sed hæc barbaries non adeo magna fuit qvam gentium septemtrionalium cum exteris tum domesticis detractoribus effingere placuit, dein jura et leges jam longe ante sacrorum Christianorum publicam adoptionem in his terris multo plus exculta fuisse qvam ii agnoscunt, qvi sibi historiam temporisque pristini descriptionem ex notionibus a priori suopte ingenio formant, ipsæ priscorum monumentorum reliqviæ etiamnum nobis servatæ satis superque testantur. Ex memoratis non sane contemnendis fontibus Islandica Grágás orta est, sed adeo aucta atque emendata non fuisset, ut coævas leges septemtrionales plurimum superaret nisi jurisprudentiæ studium ob majora incitamenta, qvibus in Islandia fruebatur, ut antea pluribus exposui, hic multo magis qvam alibi promotum fuisset. Hæc juris præstantia in plurimis juris normis, qvæ casus usu obvios vel excogitatos sistunt eosque subtiliter more Romanorum dirimunt qvibusque illa juris materia, in qva versantur, penitus pro gentis Islandicæ usibus, exhauritur *). Hæc legislatoria prudentia non solum in jure civili sese exserit; sed etiam in iis, qvæ ad oeco-*

*) *Cave tamen ne existimes omnes juris normas in Islandia liberæ reipublicæ tempore vigentes in Codice Grágás accurate recenseri. Plures autem omissas esse multa adsunt indicia, ut in ipsa Diss. passim innui, neqve pro modo, qvo hic Codex confectus fuit, hoc vitari potuit, si vel maxime id vitare studuissent, qva de re valde dubito.*

nomiam ruralem spectant, nec non ad politiam, qvatenus hæc civium hujus reipublicæ intererat, manifestatur. Hinc Codex noster de notis disjunctivis pecorum (einkunnir), *qvæ in compascua montana et communia* (afréttr) *mittebantur, multis accurate edicit* Lb. *c.* 37 *c.* 42, Vigsl. 11 *), *cum contra lex Haconis Adelstenii alumni hujus rei vix mentionem faciat* **). *Unum idemque pondus atque mensura in Islandia Seculo pæne prius qvam in Norvegia introductum fuit;* Kb. *c.* 51. 72. 83, Vigsl. *c.* 120. *Ne mercatores cives emungerent multis modis provisum. Politia in portubus et nundinis accurate servabatur* (*cfr. jus navale c.* 2). *Uti ab altera parte providebatur ne canes aliaque animalia domestica in damnum vel contumeliam domini sine justa causa male haberentur, ab altera diversa statuta prudenter cavent ne qvis civis ab iis læderetur;* Vigsl. *c.* 75 *p.* 118 *c.* 76–79. *Optime cavetur ne inqvilini tabernarum* (búdsetomenn), Ob. *c.* 31 *vel mendicantes hominesque vagi civibus oneri essent,* Ob. *c.* 31 (*I.* 294), Kb. *c.* 46 (*I.* 456) *c.* 65 (*ib.* 482); *simul autem nulla civitas veris egenis melius consuluit, ut ex diversis statutis in sectionibus de alendorum sustentatione, nec non in illis de judiciis et de commerciis elucet. Viarum publicarum et pontium cura non neglecta, qvamvis multum hic privatorum diligentiæ relictum fuerit;* Lb. *c.* 15 *et* 16 (*II. p.* 264. 266 *ss.*). *Cum hospitia publica deessent colonis hospitium præbere peregrinantibus, potissimum funus ducentibus, matrimonium inituris eorumque comitibus, naucleris nautisque, civibus judicium petentibus legibus injunctum; v. jus Isl. eccl. vetus c.* 4 (*p.* 26) *c.* 17 *p.* 86. *Singulare agriculturæ promovendæ studium olim Islandis magis qvam hodie insitum effecit ut leges fundorum dominis plura vincula imponerent, qvam iis jam imponi soleant; v.* Lb. *c.* 19. 24. 32. *Ne qvis bona sua donationibus nimiis ludisque disperderet jura quoque provident, ut alia taceam. Qvod cura reipublicæ ad hæc omnia sese porrexerit eo magis mirandum, cum summus libertatis civium amor talibus statutis obstaculum haud leve opposuerit.*

Eo nomine quoque Codex noster laudari meretur, ut singulari prudentia prospectum fuerit qvo cives accurata juris vigentis notitia imbuerentur et huic sapienti civitatis moderatorum consilio eventum optime respondisse, historiæ Islandorum qvavis fere pagina testantur.

Sunt, qvi ordinem judiciorum in hoc Codice præscriptum culpentur eo nomine, qvod multifarius evocatorum (qvidr) *usus plurimæque formulæ, a qvarum stricta observatione cujusvis litis*

*) *Qvod notæ disjunctivæ pecorum jam ethnicismi tempore in usu fuerint in Islandia inter alia ex* Eyrbyggia S. *c.* 23 *p.* 106 *discimus, ubi agitur de nota ovis disjunctiva gregis a montanis compascuis collectæ et de lite gravi primum inter gregum custodes et dein inter ipsos dominos Vigfusum et Snorronem hac de re orta.*

**) *Hæc lex qvidem de notis, qvibus singuli tractus compascuorum* (Sel *vel* Sæter) *ad diversos pecorum dominos pertinentes distingvebantur, loqvitur, non autem de notis pecorum.*

exitus pendebat, qvæque juris ab adversario denegati vindicationem maxime perplexam reddebant *). *Sed hi reprehensores non animadverterunt qvam imperfectus aliarum gentium ordo judiciarius medio ævo fuerit, adeo ut si cum hoc rite comparetur Islandicus, admirationi potius qvam justæ reprehensioni locus foret. Id maxime laudandum qvod consacramentalium usus hoc Codice neutiqvam admittatur, qvi in aliis terris septemtrionalibus tot perjuriis ansam dedit, ut raro læsus justam satisfactionem obtinere posset, cum non solum amicus amico, vicinus vicino ex vulgari opinione, sed et omnia sodalitii* (Gildæ *dicti) membra sibi invicem ex ipsis hujus societatis legibus talem operam reo præstare tenerentur* **). *Solennitatum formularumque conceptarum in omni actu forensi usus per se commendabilis tricas qvidem et cavillationes ideo peperit, qvod minima ab his aberratio totam causam vel justissimam vitiaret, sed huic abusui qvantum fieri potuit egregio judicii qvinarii instituto obviam itum est. Sed Islandicum judiciorum ordinem præ aliis commendat qvod legum transgressores accusare pluribus vi officii vel peculiaris cum læso conjunctionis causa injunctum esset, et ubi res majoris momenti censeretur accusatio omnibus civibus pateret, justisque præmiis ad hoc munus obeundum excitarentur. Deinde detentio probatioque criminum eo facilior reddebatur, qvod non solum in homicidio, sed et in aliis delictis, veluti furto stuproque, mitior poena crimen manifestanti vel confitenti remque ablatam palam possidenti statuta esset qvam delictum occultanti et deneganti. Præterea variis mediis provisum fuit ne litium exitus nimis procrastinaretur, qvo pertinuit definitio brevis temporis intra qvod actio instituenda esset, brevissimusque terminus citationis, plerumque qvinque noctium, sicuti in Norvegia, idemque peremtorius, adeo sine repetita renovatione in Dania usu legibusque recepta* ***). *Qvanqvam historiæ Islandorum sæpissime doleant, qvod vi a potentioribus procederetur atque juris præscripta impune violarentur, non tamen de ipso ordine judiciario qveruntur. Mutatio hujus ordinis cum Islandia Regibus Norvegiæ subjiceretur novis*

---

*) *Vide Arnesenii Islandske Rettergang p.* 19.

**) *Cfr. qvæ hac de re dixi in commentatione: Om de gamle Danskes Retssædvaner p.* 227 *ss. Mirum prima facie videtur, qvod hæc sodalitia in toto septemtrione medio ævo frequentissima in Islandia nunqvam obtinuerint, sed hujus instituti non usum inde ortum crediderim, qvod magistratus Islandici* (godar) *se eorum formationi opposuerint, ne iis eorum in curiales auctoritas imminueretur, qvodqve Islandia nullas urbes et municipia haberet, qvæ talium sodalitiorum, qvanqvam rure non incognitorum sedes fuere potissimæ.*

***) *Incommodo, qvod inde reo reprobationibus non statim instructo oriri potuit, eo occurrebatur, qvod actionum instituendorum præviam in foro denunciationem adhibere fas esset, utque ad interdicta sæpius primum recurretur.*

juris codicibus ad imitationem juris in Norvegia vigentis effecta non incolarum desideriis provocata fuit, qvod indicio est eum usibus Islandorum bene fuisse accomodatum.

Meliori jure Codici nostro vitio verti possunt qvædam barbariei et inhumanitatis reliqviæ nonnullis in locis occurrentes, sed cum earum in historiis Islandicis vix mentio fiat veri est simillimum hanc duritiem re vera non fuisse adhibitam, antiqvorum autem morum nimiam venerationem civibus sub libera reipublicæ formula viventibus propriam effecisse ut non diserte abolerentur. Si autem illas sanctiones cum lege Gulensi Haconis Adelstenii alumni conferas eas non eo inhumanitatis processisse intelliges, qvæ hanc legem qvantumvis a posterioribus Regibus christianis reformatam dedecorat, ut creditoribus adversus debitorem solvendo imparem jus pro lubitu membrum corporis supra vel infra amputandi tribueret, atque patrono liberti egeni defuncti infantes tenellos superstites foveæ in coemiterio arte factæ injiciendi facultatem daret ea lege, ut robustissimum qvi cæteris supervixerit solum mortis instantis periculo eximeret atque dein sustentaret (vide coll. legum Norv. Pausii Leisingsl. *c.* 7 *c.* 14 *p.* 82. 89). *Ab altera parte Codex noster plura sanxit, que humanitatem legislatoris testantur, veluti cura peculiaris foeminæ gravidæ partusque qvem utero ferebat. Hinc* Vigsl. *c.* 35 (*II.* 69) *cavet, si qvis talem foeminam occiderit, eum duplicis homicidii reum fieri, ipsam vero foeminam si vel crimen commisisset, qvod pacis securitatisque vitalis dispendium alias adferret, inviolabilem declarat, cfr.* fþ. *c.* 48 *in fine* (*I.* 364). *Eadem humanitas erga animalia bruta quoque sese exserit, dum diserte sub poena relegationis in posterum prohibet ne qvis notam distinctivam ovibus applicaturus aurem ei abscidat,* Kb. *c.* 23 (*I.* 426), Lb. *c.* 38 (*II.* 309).

Qvod poenæ in hoc codice statutæ delictorum indoli sæpius non bene sint attemperatæ commune legum medii ævi vitium est, in Islandia tamen magis qvam alibi excusandum ob optionem poenarum generum in hac terra per ipsam regiminis formulam omnisque vis armatæ inopiam admodum restrictam.

Rationes cur melior ordo in materiis disponendis in hoc Codice non servatus sit et eadem sancita interdum repetantur, jam antea suggessi (§. 23 *p. LX*)*; hinc his immorari nolo.*

In sententia autem de meritis hujus Codicis ferenda lectori semper ante oculos observetur qvod hic neqve lex mera, neqve liber juris sistatur, sed lex antiqva cum commentario et additamentis ex edictis nomophylacum, rebus judicatis et sententiis jureconsultorum orto; vide hanc Diss. p. LXII. LXIV.

Ubi de usu et utilitate, qvam hic Codex etiam nunc præstare potest, qværatur ante omnia agnoscendus est ille, qvem studium ejus exactum ei comparabit qvi jus septentrionale antiqvissimum, mire pro ejus ævi modulo excultum, nosse velit novam inde lucem qvæsiturus

ad alia jura antiqvoira, potissimum regnorum borealium, melius intelligenda earumque sanctionum relationem intimam ad ingenium moresque et instituta horum populorum æstimandam. Juris Islandici hodierni cultores ex hoc fonte multa in Codicem Jónsbók migrasse comparando intelligent. Sed non solus juris consultus fructus ex nostri Codicis studio percipiet. Qvi Sagarum Islandicarum lectione delectatur hunc Codicem consulat, sine qvo multa earum loca ipsi erunt obscura (cfr. h. Com. p. LXXVI). Qvi formam regiminis olim in Islandia vigentem diversorumque magistratuum jura et officia nosse cupit, ex eodem codice melius qvam ex ipsis Sagis hanc notitiam hauriet. Qvi cognitionem vitæ domesticæ veterum Islandorum sibi comparare velint, hunc fontem ne negligant. Qvi historias Islandicas mera commenta narrare contendunt, dum agriculturam olim in Islandia satis pro terræ qvalitate florentem insulamque sylvis non destitutam, ipsosque incolas non solum venationibus et piscaturæ, sed navigationibus et commerciis quoque deditos, lautioremque civium conditionem nobis depingant, hoc legum codice egregie refelluntur. Inde præter multa alia discimus non solum veteres Islandos sementem fecisse, sed et tauros ad arandum habuisse, Kb. *c.* 85, *sues,* Lb. *c.* 11 (*II.* 231) *anseres et anates in suas usus convertisse, curribusque olim vectos,* Lb. *c.* 35 (*II.* 215), *qvæ omnia hodie incognita, ut alia taceam. De silvarum postea fere deletarum multiplici usu insignique legum cura ut serventur, vide* Lb. *c.* 34. 35) *cfr. c.* 1 *) (*II.* 211. 292–301). *Qvi oeconomiæ politicæ operam navant et pretia rerum diversis temporibus ex argenti majori vel minori vi pendisse putant ex justa æstimatione plurimarum mercium, qvæ in hoc Codice* Kb. *c.* 85 *I.* 500–505 *sistitur, accurate discent, qvo pretio hæ omnes Seculo duodecimo in hac insula æstimatæ fuerint ex constitutione comitiorum universalium et ex alio loco qvid operæ manuariæ eodem tempore constiterint;* Kb. *c.* 54 (*I.* 465) *et* Þþ. *c.* 56 *I.* 147–149. *De argenti puri pretio et divisione in Islandia eo tempore, qvo sacra christiana primum hic introducta fuere, adeoque anno millesimo, maxime memorabilis notitia habetur in Codice regio, unde desumtum qvod in hac nostra editione legitur;* Kb. *c.* 84 (*I.* 500).

Ipsa historia Islandiæ et septemtrionis ex hac antiqva juris normarum collectione novam lucem hucusque neglectam accipiet. Hæc irrefragilibus testimoniis docet incolas Islandiæ, æque ac eos qvi trium regnorum borealium cives fuere, se olim ut unam eandemque gentem spectasse eandemque lingvam licet jam tum in diversas dialectos aliqvatenus divisam, qvam

*) *Ad majora autem ædificia trabes lignaque semper e Norvegia advecta fuisse, cum betulæ minores quæ in insula crescebant lignaque maris fluctibus huc appulsa talibus usibus non essent accommodata, cum e Sagis tum e* Þþ. *I.* 149 *et* Kb. *c.* 55 *I.* 468 *apparet.*

unanimi consensu danicam vocabant, loqventem *) *et ob hanc intimam conjunctionem diversis prærogativis in hac remotissima septemtrionis parte fruentem, a qvibus cæteræ gentes, qvæ solæ ut exteræ tractabantur, erant exclusæ*, Vigsl. *c.* 37 (*II.* 76), (*cfr. h. Diss. p. LXXXI*). *Qvanqvam hic consensus animorum originis communis bene memorum peregrinationibus, commerciis, matrimoniis, ambitu munerum in aulis principum regnorum septentrionalium ab Islandis studiose alebatur, conjunctio tamen peculiaris inter Islandiam et Norvegiam nihilo minus semper substitit. Ignorarunt historici septemtrionales legem Grágás documentum maxime memorabile hujus rei continere, privilegia puta Islandorum in Norvegia a Rege Olao Sancto his concessa et testimonio judiciali ab Islandis tum temporis maxime illustribus, veluti Episcopo Gissuro, Teito ejus filio, Marco, Gudmundo aliisque confirmato; cum simul jura ipsius Regis Norvegiæ ejusque subditorum in Islandia qvoad incolas liberæ reipublicæ tempore definiantur, intelligitur hæc privilegia verum foedus fuisse* (*vide h. Cod. II.* 407-410 **). *Stricto officio Islandis hoc foedere imposito Norvegiam contra aggressiones hostiles in periculo imminenti tanta vi defendendi, ut ex singulis ternis viris armis ferendis paribus duo Norvegiæ succurrant et tertius modo domi remaneat* (*ib. p.* 408), *nunqvam satisfactum fuit, neqve huic facile satisfieri potuit cum ob copiarum auxiliarium navibus transvehendarum nimiam magnitudinem, tum qvia periculum anteqvam edictum ad insulanos pervenire potuisset et copiæ auxiliatrices dein congregari navibusque cum apparatu necessario transvehi jam cessasset. Hoc foedus tamen eo majoris est momenti, qvod cum Islandia, annis* 1261 *et* 1264, *Norvegiæ pacto unionis subjiceretur, ex illo foedere plura in hoc pactum fluxisse videntur.*

---

*) *Ex pluribus locis, qvæ hoc declarant, maxime memorabiles sunt:* Þþ. *c.* 1: Þann mann seal eigi i dom nefna er eigi hafi mal numit i barnæsku a danska tungu, aþr hann hefir verit III vetr a Islandi eþa lengr (*I.* 16) Vigsl. *c.* 37 (*II. p.* 71. 72). Ef utlendir menn verþa vegnir a landi her danskir eþr sönskir eþr norrönir or þeirra konga veldi III, er var tunga er, þar eigo frændr þær sakir, ef þeir ero ut her, en af öllum tungom öþrom enn af danskri tungu, þa a engi madr her vigsök at sökia af frændsemis sökom, nema faþir eþr sonr eþr broþir oc þvi at eino þeir ef þeir höfdo her aþr viþkennz *cfr. p.* 76. Aþ. *c.* 6: Norrönir menn oc danskir oc sönskir eigo her arf at taca eptir frændr sina þriþia-bröþra oc nanari, en at frændsemi af öllom avþrom tungum enn danskri tungo scal engi maþr her arf taca etc. (*I.* 188) *cfr. c.* 16. 17 (*ib. p.* 218. 220. 221). *Seculo demum decimo tertio usu receptum fuit ut pro* "dönsk tunga" *etiam appellatio* "Norræna" *i. e. septemtrionalis, non Norvegica, adhiberetur, sed "Islandica" vix ante seculum decimum sextum. Ex his datis facile dirimitur lis jam nuper denuo agitata num appellatio lingvæ danicæ ad fines regni Daniæ restringenda, an ad Norvegiam quoque pro usu vulgari extendenda.*

**) *Ad hanc peculiarem Norvagiæ cum Islandia junctionem respicit jus nauticum c.* 2 (*II.* 401) *qvod solos Norvegos a portorio in Islandia solvendo liberat.*

Codex quoque noster Islandorum non solum in exteras terras proficiscendi libidinem, sed terras quoque ignotas detegendi studium testatur; vid. Privilegia Islandorum II. 410: Ef þeir menn verþa sæhafa i Noreg er vart hafa til Grönlands eþr fara i landaleitan *etc.*

Idem abunde illustrat Islandiæ perpetuum cum Grœnlandia nexum, sed et fora in Grœnlandia bene tum fuisse ordinata, qva de causa sententiis ibi latis transactionibusque ab Islandis in hac colonia factis vim plenam tribuit, cum contra sententias in aliis terris licet septemtrionalibus latas impugnare liceret; Vigsl. *c.* 102. 103 (*II.* 142. 143) *cfr. c.* 101 *p.* 141.

§. 35.

Qvamdiu Codex Grágás viguerit, illustratur.

Codex hic legum Islandicarum antiqvissimus, qvi hodie voce "Grágás" *insignitur, pristinum vigorem servavit dum Islandi sub liberæ reipublicæ formula vixerunt. At hæc gens turbis domesticis et factionibus seculo decimo tertio plus qvam antea obnoxia, persvasionibus cleri cum clero Norvegico per hierarchiæ vinculum per secula conjunctissimi et qvorundam procerum donis et pollicitationibus Regis Norvegiæ corruptorum, post diuturnam cunctationem cedens annis demum* 1261 *et* 1264 *) *huic Regi sua sponte se subjecit, sub certis tamen stipulationibus in perpetuum servandis* **). *Qvanqvam inter has stipulationes et illa erat, ut Islandi suas leges jurisque normas, qvas summo pretio semper habuissent, nihilo minus servarent, paullo post Codex* Haconis Haconidis, *qvi a legislatore* Hakónarbók, *sed ob poenarum duritiem quoque* "Járnsída" (*i. e. latus ferreum*) *vocatur, iis ab hoc Rege obtrudebatur* ***). *Hic Codex typis nunqvam evulgatus est et ex paucis illis Manuscriptis, qvæ eum hodie nobis sistunt, nullum integrum esse videtur. Sed cum eadem lacuna, qvod sciam, in omnibus his Manuscriptis occurrat, fieri potest ut Codex iste nunqvam integer et perfectus fuerit, sed ex consilio legislatoris ea capita vacua relicta essent, in qvibus Codex Grágás etiam in posterum obtineret, sed cum*

---

*) *Qvadrans enim orientalis Islandiæ diutius qvem cæteri restitit, ille se demum post mortem Haconis subjecit. Cfr. Sturlungam lib.* 7*mo*, 8*vo*, 9*no et* 10*mo*.

**) *Cfr.* Arngrimi Jonæ *Crymogæam lib.* 3*io p.* 107; *Torfæi hist. Norv. IV. p.* 334; Finni Johannæi *hist. eccl. I. p.* 381 *et* 382; *nec non versionem danicam legis Isl.* Jonsbók, *Hafniæ* 1763 *p.* 377, *ubi articuli hujus deditionis habentur, sed paullo diversa ratione.*

***) *Annus, qvo hic Codex receptus fuit, incertus, sed probabilior est sententia* P. Vidalini *qvi eum anno* 1265 *adoptatum fuisse existimat; vide Danmarks og Norges geistlige og verdslige Stat, ed.* 1762 *p.* 514.

historia hujus legislationis non satis illustrata sit, nihil certi hac de re statui potest. Islandis de hac nova lege ut intolerabili jugo qverentibus Haconis filius et successor, Rex Norvegiæ Magnus *cognomine* Lagabæter *eo qvidem nomine satisfecit, ut illum aboleret, non tamen iis, qvod voluissent, pristino jure iterum frui concessit, sed alium ex hoc qvidem aliqva ex parte, sed multo magis ex illo, qvem Norvegis eodem tempore dedit, formatum per Nomophylacem* Jon, *qvem in consilium adhibuerat, transmisit, atque post multas incolarum tergiversationes tandem ab iis obtinuit, ut reciperetur* *). *Idem legum Codex inde ab hoc tempore ad hunc usque diem pro jure Islandiæ communi habitus est, qvantumvis ei in pluribus materiis edictis posterioribus derogatum sit et Codici Norvegico Christiani qvinti in jure processuali et nonnullis aliis juris capitibus sola auctoritas tributa sit* **).

Cum autem hoc novo jure, Jónsbók *dicto, lex Grágás non diserte abrogaretur crediderim hanc legem nihilominus pristinam auctoritatem diu in iis rebus servasse de qvibus illud jus nihil statuit, adeoque potissimum in iis, qvæ ad oeconomiam ruralem spectant, qvod eo magis est veri simile, cum Islandi sub monarchico statu autonomiæ jure per secula aliqvatenus frui perseverarent, ita ut cum edicta in* Alþing *lata tum res judicatæ novum jus facerent* ***). *Hinc facilius intelligitur cur non defuerint, qvi munus antiqvam legem Grágás qvamvis majoris ambitus etiam post hanc novam legislationem accuratissime exscribendi susciperent, qvippe eo non solum antiqvitatis servandæ studio, sed etiam jurisprudentiæ usibus satisfacientes.*

---

*) *Vide amplam hac de re narrationem, in* Arna biskups S. *qvæ ultimam partem efficit operis* Islendinga S. hin mikla *II. p.* 2*da*, *ed. Hafn.* 1820 *c.* 9 *p.* 13. 14 *c.* 21 *c.* 27-31 *p.* 45-52, *unde patet qvasdam qvidem sectiones hujus Codicis inde ab anno* 1271 *legis vim obtinuisse, sed totum Codicem demum post obitum Magni Regis anno* 1281, *Erico ejus filio cui cognomen* "Præstehader" *jam sceptra tenente, neqve, ut vulgo asseritur, anno* 1280. *Ex eadem historia Arnæ Episcopi p.* 46. 47 *discimus, potissimas criminationes contra hanc novam legem, partim ab Episcopo Arna ejusque asseclis factas, partim a rusticis (qvo nomine omnes laici qvi magistratum non gesserunt continentur). Hanc ob causam aliqvam mutationem hic Codex statim subiit, sed multo majorem post repetitam petitionem Islandorum annis* 1293 *et* 1314; *cfr.* M. Stephensen *comm. inaug. de legibus qvæ jus Islandicum hodiernum efficiant etc. Havniæ* 1819 *p.* 111.

**) *Cfr. M. Stephensen comm. not. præc. laudatam p.* 3-20.

***) *Vide eandem comm. M. Stephensen p.* 158 *ss.*

Addenda et Corrigenda.

Ad p. XXII *). *Conferantur tamen qvæ hac de re F. Johannæus serius addidit in hist. eccl. Vol. IV. App. p.* 358–368.

Ad p. XXVI l. 2. *Ubi vero in ipso Codicis textu hujus legis in universum mentio fit laudatur:* "Allzherjar lög."

Ad p. XXXIV. Arna Biskups S. in Sturlúnga S. II. parte 2da *p.* 16. *Jonæ Archiepiscopo Nidrosiensi partem potissimam juris eccl. Isl. recentioris, qvod vulgo Arnæanum vocatur, tribuit, qvo testimonium membranæ p. XXXV in nota laudatum omnino confirmatur.*

Ad p. LXIV. Memorabile exemplum auctoritatis, qvam Icti Islandici exercuere, suppeditat Vigaglums S. c. 17 *p.* 96 *ubi de Hallio ethnicismi tempore narratur, eum qvamvis tum cæcum omnibus actionibus in territorio adfuisse upote prudentia et justitia in sententiis ferendis clarum. Qvi lubens alienarum cuusarum patrocinium suscepit in Laxdæla S. c.* 32 *p.* 124 *vocatur* "sakamadr (*al. tamen:* lagamadr) mikill."

Ad p. LXVIII. Cum eo, qvod hic de brevi sectione de re nautica dicitur, cfr. qvæ in not. ad conspectum Codd. a Th. Sveinbiörnsen confectum p. CLXI hac de re dixi.

Ad p. LXXIV. Exemplis de diversis modis spatium definiendi ex phænomenis physicis ex Grágás petitis addendum mirum illud, qvod occurrit in Lb. *c.* 67 *II.* 380; *cfr. h. Comm. p. CXXVI* **).

Ad eandem p. l. 18–20. *Cum loco hic laudato* Þþ. *c.* 53 *conferendum cap.* 24 *in Vigaglums S. p.* 146, *unde patet jam anno* 985 *actionem a Glumo irritam factam fuisse ea de causa, qvod sol oriens jam in campo forensi luceret.*

Ad p. LXXVI l. 5. *Adde: Hac autem opportunitate ita utar, ut simul principia juris in potissimis juris civilis et criminalis capp. exponam, qvibus sancita Codicis Grágás nituntur, mutationesque in his subinde factas, qvatenus hæ ipsius Codicis testimoniis confirmantur, commodis lectorum inserviturus, qvi alias in tanta singulorum sancitorum sæpius male dispositorum congerie, non nisi repetita lectione earumque assidua comparatione similem notitiam sibi comparassent, qvod tamen non ita efficere studebo qvasi omnia aliorum conati-*

bus prærepturus, cum, si vel vires sufficerent, per hujus Comm. angustiores limites, alia omittere, alia vero qvæ accuratiorem disqvisitionem desiderare videantur, modo delibare cogar.

Ad p. LXIX l. 16. *Hic seqvens nota addenda: Attamen observandum, qvod hinc illinc in textu ipsius sectionis qvin et nominis qvod ei inditum mentio fiat v. c.* Lb. *c.* 46 *II.* 345: Of þær einar sakar er þetta mal i þessom þætti er aþr er eigi aqveþit hve lengi sökia scal *et mox:* þat er oc mælt of þat allt er til laga afbrigþa göriz i landabrigþis þætti (*codex autem regius habet:* i þessu mali).

Ad p. XCI. L. post: "pervenerit" addenda hæc nota: Ne tamen credas in sola Islandia tales juris calumnias obtinuisse. Historia Snorronis Sturlæi T. III p. 257 *seqv. exemplum illustre suppeditat regis Eysteini juris cognitione inclyti, qvi ejusmodi cavillationibus Norvegum sibi charum a poena liberavit, qvam frater ejus Rex Sigurdus eidem maxime infensus a tribunalibus ob crimen in se admissum infligendam esse repetitis vicibus acriter postulaverat.*

Ad p. CIV. Ethnicismi tempore homicida, qvi occisum ob læsionem sibi illatam vel metuendam jure cæsum contendebat, cum exhumandum, si jam sepultus esset, curavit; vide Vigaglums S. c. 9 *p.* 52.

Ad p. C. l. 20. *Mendicantem in foro universali ex* Ob. *c.* 8 *I.* 261 *male tractare licuit, modo citatrices non inde orirentur. In odium talium mendicantium præterea statutum est qvod eorum tabernæ impune vastari possint, bonaque, quæ secum ferebant, iis eripi nec ab eripiente a pristino domino vindicari, nisi forte furto ablatæ fuissent.*

Ad p. CX l. 2. Gjörtæki *hic et qvibusdam aliis in locis interpretis sententiam secutus per furtum rei minimæ reddidi illudque delictum Norvegico* hvinn *s.* hvinska *respondere existimans, sed erroris me convicerunt cum loca ubi actoris arbitrio relinqvitur utrum actionem furti an* gjörtæki *commissi adversus reum instituere velit, v.* Kb. *c.* 6 (*I.* 400. 401), *tum qvæ præscriptionem in talibus causis obtinere negent v. h. Com. p. CXXVIII l.* 8. *Exempla hujus delicti qvæ rei navalis sectio c.* 1 (*II.* 396) *suppeditant, idem demonstrant. Gravius itaque delictum est cum a furto tum a rapina distingvendum.*

Ad p. CXIV. Qvæ hic dixi de manumissionum freqventia et insigni numero libertorum confirmantur inter alia testimonio historiæ Eyranorum c. 11 *p.* 26, *ubi narratur Thorsteinum Thorskabitum sexaginta libertos jugiter domi aluisse.*

Ad eand. pag. **). *Cum autem dominus pristinus infantem, qvem ancilla manumissa tum utero ferebat, manumittere teneretur ex* Aþ. *c.* 4 (*I.* 178), *qvodammodo hoc jus commodis ejus consuluit.*

Ad p. CXV l. 5. *Si patrono libertus alendus injungebatur in compensationem hujus oneris liberos liberti sibi addicere potuit* Ob. *c.* 11 (*I.* 265. 266).

Ad p. CXLI l. 19. *Sunt qvi contendant jus odalicum ne codicis qvidem Jónsbók promulgatione in Islandia introductum fuisse, sed ea capp. qvæ hac de re agunt, posteriori demum tempore huic Codici inserta fuisse; vide Commentationem M. Stephensen de LL. qvæ jus Isl. hodiernum efficiant ss.; Havniæ* 1819 *p.* 34 *ss.*

Hæc menda potissima accurate corrigenda sunt:

Præfatio p. V l. 10 *committendas l. committendos*
- *VI* **) *l.* 1 *Magnæ isecutus l. Magnæi secutus*
- *IX l.* 8 *locapletavit l. locupletavit,*

Comm. - *XIX* ***) *l.* 2 *post vocem: "indigitatur)" pone: notantur*
- *XX* §. 4 *l.* 1 *Ulfloti l. Ulflioti*
- — — *l.* 11 *ferrerentur l. ferrentur*
- *XXIII l.* 16 *post: "competisse" pone: demonstrat*
- *XXVI l.* 19 *post: "Hrota" pone: dicitur*
- — *l.* 20 *dele: dicitur*
- *XVII* *) *l.* 2 *dele punctum post: Magnus*
- *XXVIII l.* 12 *nomen Gráfygla l. nomen Grágás*
- — *l.* 13 *Grágás l. Gráfygla*
- — *e. l. dele signa parentheseos, qvibus "tribuentes" includitur*
- *XXX l.* 23 *post: "definivit" pone;*
- *XXXIII l.* 7 *post: jus civile pone,*
- *XXXVI* **) *l.* 2 *qvam l. qvem*
- *XXXVIII l.* 4 *hanc l. hunc*
- *XXXIX* *) *adde signum citationis " lineis* 7. 13. 19
- *XL* **) *l.* 3 *sine ejus consensu l. sine cognatorum consensu*
- *XLIII* *) *l.* 2 *universsali l. universali*
- *XLVII* §. 22 *l.* 1 *dele, post: conspectum*
- *LIX l.* 12 *qvantumois l. qvantumvis*
- *LXXVIII l.* 5 *capita l. capite*
- *LXXIX l.* 4 *implebant l. implerent*
- *LXXXI l.* 19 *impetrabant l. impetrarent*
- — *e. l. nati l. noti*
- *LXXXIII proximorem l. proximiorem*
- *LXXXIV* ***) *l.* 3 *adjecta l. adjectam*
- — — *l.* 5 *conspectus l. confectus*
- *LXXXVI* *) *elicendum l. eliciendum*
- *LXXXVIII* ***) *l.* 4 *septemtrioni l. septemtrione*
- *LXXXIX l.* 1 *tintinnabulo l. campana*
- *XCI* *) *Mordum l. Mördum*
- *XCII* **) *l.* 11 *redierint l. rediissent*
- — — *l.* 17 *Islandis l. Islandos*
- *XCIV l.* 4 *et l. ex*

Comm. p. *XCVIII* **) *l.* 4 *i. c. leg. eod. cap.*
- *XCIX l.* 22) *ante "vers." pro:* (
- — *l.* 27 *arctæ l. auctæ*
- *CI l.* 19 *signum * delendum et l.* 27 *e. p. post signum parentheseos ponendum*
- — *l.* 23 *idoloatria l. idololatria*
- — *l.* 28 *ign l. igni*
- *CIV l.* 17 *autem l. antea*
- *CVII* **) *Code l. Codice*
- *CVIII l.* 5 *sed si l. sed tamen*
- — *l.* 18 *approbrio l. opprobrio*
- *CXIV* ****) *vedumdari l. venum dari*
- *CXV l.* 4 *pone, ante: "aut"*
- *CXVII l.* 13 *post "concitante" pone, loco; et dein verba: multa habet*
- — *l.* 22 *ex historiis l. ex historia*
- *CXXI* ***) *l.* 2 *proseqvebantur l. proseqverentur*
- *CXXII l.* 22 *qvæ l. ac*
- *CXXVIII Idem de furto rei minimæ edicitur l. Idem de injusta ablatione (Görtæki) edicitur*
- *CXXIX* ****) *post: "existimet" pone;*
- — — *l.* 2 *post: "caput" pone,*
- — — *l.* 4 *Ætteiding l. Ættleiding*
- *CXXXIII l.* 13 *pignoratium l. pignoratitium*
- *CXLI l.* 13 *Pulchricoma l. Pulchricomus*
- *CXLV l.* 9 *miqvis l. iniqvis*
- *CXLVII* ***) *l.* 2 *instituendorum l. instituendarum*
- *CXLVIII l.* 14 *que l. qvæ*
- *CL* *) *l.* 13 *dele: "jam"*

Argumentum

commentationis historicæ et criticæ de Codicis Grágás origine, nomine, fontibus indole et fatis.

S e n t e n t i a

Professoris F. Magnusen, Præfecti Archivis Regis secretioribus, Eqvitis O. Danebr. de origine appellationis "GRÁGÁS" Codici cum vetusto Norvegico tum Islandico indita *).

(Cfr. Diss. Schlegelii p. XXVI–XXIX).

Appellatio "Grágás" Codici legum Norvegicarum antiqvissimo primum in scripturam redacto indita esse videtur eam ob causam, qvod scriptus esset penna anseris cineracei, qvæ etiamnum in Islandia optima ad scribendum æstimatur (cfr. itinerarium Olavsonii et Paulsonii I. 222).

Legi Norvegicæ ecclesiasticæ serius ab Archiepiscopo Eysteino conditæ nomen contrà "Gullfiödur" (i. e. penna aurea) **) *tributum est sive propter litteras initiales aureas, sive, qvod potius crediderim, ut eo significaretur ob ejus præstantiam præ jure illo civili, qvod "Grágás" appellabatur. Eo enim tempore clerus contendebat jus civile juri divino semper cedere debere* ***).

Seculis decimo sexto et decimo septimo, qvibus Islandi vel docti credebant omnes leges Islandicas e Norvegia petitas fuisse, qvod modo aliqvatenus verum est, sibi persvaserunt Codicem legum Islandicarum vetustissimum eundem esse ac "Grágás" Norvegorum, adeoque illi idem nomen competere, qvod postea ei hæsit.

---

*) *Hanc sententiam, qvam danice conscriptam auctor mecum amice communicavit, in usum lectorum latine reddidi. Schl.*

**) *Ex hac tamen explicatione flueret, appellationem Grágás legi civili vere ob rationem physicam tributam fuisse, legi autem ecclesiasticæ modo metaphorice. Schl.*

***) *Alii tamen contendunt appellationem "Gullfiödur" huic legi ironice ab adversariis fuisse inditam, qvia hæc lex ob plurimas mulctas Archiepiscopo et Episcopis a legis violatoribus ex ea solvendas his largam auri messem comparasset. Schl.*

Conspectus Codicum manuscriptorum juris Islandici dicti "Grágás"

qvem confecit

Thordo Sveinbiörnsen,

toparchiæ Arnesiensi in Islandia præfectus;

nec non de ratione, qvam in textu hujus juris constituendo idem secutus est *).

Juris Islandici antiqvissimi dicti Grágás modo duo exstant Codices pergameni, unus in Bibl. regia majore asservatus, qvem littera B distinxi; alter ad legatum Arnæ Magnæi pertinens, qvem littera A significavi. Utrique valde inter se differunt, qvoad numerum sectionum, divisionem materiarum, verba phrasesque, et præscriptorum exactam difinitionem. Qvilibet horum Codicum pergamenorum qvasi dux sive typus est plurium Codicum manuscriptorum chartaceorum, partim ad legatum Arnæ Magnæi pertinentium, partim in aliis bibliothecis publicis, partim denique in privatorum collectionibus custoditorum. Ex apographis, qvæ ad collectionem A. Magnæi pertinent, No. 335, 336 *et* 337 *Membranam B (i. e. bibliothecæ regiæ), sex autem No.* 118. 120. 121. 122. 338 *et* 340 *omnes in fol. membranam A (i. e Arnæ Magnæi) seqvuntur. In bibliotheca regia etiam habetur apographum membranæ A. In Islandia nonnulla apographa apud privatos occurrunt. Illud, qvod possidetur a Magno Stephensen a Consiliis Conferentiarum et Justitiario tribunalis Islandiæ superioris, passim laudatur in ejus Comm. de legibus, qvæ jus Isl. hodiernum efficiant ss., Hafniæ* 1819, *sed qvamnam ex his membranis seqvatur definire non valeo. Apographum etiam habetur in Bibl. scholæ cathedralis Othinis in Fionia, qvod seqvitur membranam B, sed additis qvibusdam capitibus e sectione "Vigsloda" qvæ a membrana A desumta sunt. In Anglia apographum hujus juris in Bibliotheca qvadam publica custodiri ajunt, sed nihil de ejus qvalitate didici. Ipse apographum possideo a Sigurdo Vigfussen magistro Scholæ Holanæ scriptum, qvod cum membrana A convenit.*

Præterea in collectione Manuscriptorum legati A. Magnæi habentur excerpta qvædam et fragmenta legis Grágás, qvæ non magni pretii sunt, si exceperis No. 339 *et* 341 *qvæ modo ordinem judiciorum sistunt ex membrana B mutuatum, qvi hic in qvatuor minores sectiones distingvitur* þingskapaþattr, vorþingaþattr, fardagaþattr *et* lysingaþattr. *Professor F. Magnusen qvoque possidet fragmentum hujus legis, qvod continet, qvæ membrana A non habet, sed in membrana B leguntur.*

---

*) *Hunc conspectum danice scriptum latine reddidi. Schl.*

Omnium horum apographorum pretium admodum differt, prouti librarii diligentia habitusque membranas legendi major minorve fuerit. Msc. No. 335 *e legato A. Magnæi, qvod cum B conspirat, ubique accurate ab ipso A. Magnæo collatum et correctum est. Msc. No.* 338 *qvod membranæ A respondet, pluribus locis perversas lectiones habet, qvæ a librarii Asgeiri Johnsenii incuria sive in legendo sive in scribendo profectæ sunt. Idem judicium fere de cæteris apographis ferendum. Si pretium manuscripto, qvod possidet M. Stephensen V. Cl. ex locis ab ipso in commentatione de ll. Isl. laudatis, statuere liceret, non satis accurate descriptum esset v. c. p.* 79 *legitur* "ſyrir var" *pro* ſyrvir *(i. e. mare recedit)* *). *Apographum Othiniense multis locis iisdem erroribus laborat, et qvod ipse possideo non magis commendandum.*

Ætatem membranarum, qvæ Grágás sistunt me accurate non definire posse ingenue fateor. Criteria tamen et interna et externa eam sententiam maxime probabilem reddunt, qvod sint vetustæ et sive exitu Seculi decimi tertii sive initio Sec. decimi qvarti scriptæ. Membrana B sua hausisse videtur ex codice juris antiqviore qvam A, forsan ex codice Haflidi et Bergthori, sive alio paulo recentiore; sed A ex Codice, qvi ultimo tempore, qvo Grágás viguit, concinnatus fuit. Hoc inde potissimum colligo, qvod in B plura verba obsoleta phrasesque occurrant qvam in A, nec non pauciores constitutiones novellæ, qvod demonstrare videtur explicationes juris a Nomophylace et augmenta a dicasterio posteriori tempore addita fuisse. Utriusque membranæ scriptura correcta, sed Regiæ antiqvior **). *Memorabile tamen, qvod Codex B qvamvis minus prolixus plures tamen juris partes easque majoris momenti amplasque contineat, qvæ in A desiderantur, veluti totam sectionem de ordine judiciorum cum minoribus de dicasterio et Nomophylace; de divisione mulctarum ob homicidium admissum* (baugatal), *de inqvisitione rerum furto ablatarum, qvædam e jure nautico, de pretio argenti, nonnulla ad jus publicum Islandiæ pertinentia, privilegia puta Islandorum in Norvegia. Cum in his* "Biarkeyarréttr" ***) *Norvegicum, qvod a Magni Nudipedis filiis Si-*

*) *Ipse tamen doctissimus possessor huic Manuscripto, qvod in colloqvio mecum Hafniæ ante plures abhinc annos habito antiqvum, ni fallor, pronunciavit, satis magnum pretium statuit, qvare vellem ut specimen hujus Manuscripti adeo amplum, ut inde de vero ejus pretio certius judicium statuere liceret, lectionesque ejus a regio et Magnæano pergameno discrepantes majoris momenti typis mandari curaret. Schl.*

**) *Qvid veri falsive his assertionibus insit lector ope eorum, qvæ in commentatione mea de jure Grágás, potissimum §§phis* 23 *et* 24 *exposita sunt, ipse intelliget. Schl.*

***) "Biarkeyarréttr" *olim commune nomen juris municipalis fuit, adeoque non ex hac appellatione colligi potest hoc loco illud jus municipale significari, qvod a Regis Sigurdi filiis conditum dicitur. Sed hos tale jus condidisse minus probabile est, cum Snorro Sturlæus hac de re taceat et illud* Biarkeyarréttr, *qvod pro tali venditavit Erici V. Cl. in Danmarks Stat p.* 489. *a Pausio editum (vide ejus coll. p.* 225-270*) ob plura criteria interna, ipso Erici l. c. fatente ab his legislatoribus profectum esse non videtur. Sed si vel maxime dederim jus aliqvod ejusmodi tum conditum fuisse, vix in scripturam redactum est. Jus illud nauticum, qvod Codici Grágás in Manuscripto regio additum est domesticæ originis esse plena perfectaque convenientia principiorum poenarumque, idemque juris terminorum usus testantur. Qvanqvam*

gurdo, Eisteno et Olao annis 1103-1130 *conditum est, ut coætaneum laudatur, nec non Gissuri episcopi* († 1118) *filiique Teiti ante patrem mortui* (*cfr.* Hungurvaka c. 7 *et* c. 9) *Marcique Nomophylacis* (*qvi ante annum* 1118 *decessit*) *aliorumque testimonia advocantur de his privilegiis a Rege Olao sancto Norvegis, procurante Episcopo Isleifo aliisque, datis jurejurando confirmata, inde colligerem saltem hoc fragmentum Codicis antiqvius esse collectione Haflidi et Bergthori*).*

Ex allatis patet utramque membranam summi pretii esse et utramque plurimum conferre, ut hujus legum collectionis editio completa et accurata fiat. Codex A meliorem ordinem in distributione materiarum servat et sectiones accuratius distingvit qvam B, ex hac autem recipienda qvæ A omisit. Cod. B eo vitio laborat, qvod legis sancita, nulla argumenti ratione habita, commixta sint; hinc pars sectionis de commerciis initio, pars medio, pars exitu libri habetur interspersis capitibus ex sectionibus Vigslodi, Landabrigdabalkr *et* Arfaþattr **). *Sæpius modo prima et ultima verba sanciti late patentis citat qvæ in Cod. A plene leguntur et hæc fragmenta verbo: "hucusque" inter se nectuntur; librarius memoria totum textum tenuisse videtur eumque adeo hæc exscribere tæduisse; idem etiam duobus locis in Cod. A occurrit, sed qvæ hic desiderantur alio loco leguntur* ***).

In Cod. A desiderantur duo integra folia in sectione "Vigsloda" *eodemque loco in omnibus Codicibus chartaceis qvi illum seqvuntur, qvod certissimo indicio est, eos omnes ex illo Codice exscriptos esse, neqve ex aliis jam deperditis.*

His de causis membranam A in textu constituendo ut plenissimam in iis sectionibus, qvas habet, potissimum secutus sum, additis qvæ hinc inde in Cod. B copiosius leguntur, ex qvo Codice etiam ea depromsi, qvæ ille solus sistit.

Textus legis ex his partibus consistit:

1. Þingskapaþattr *s. jus processuale, cui* Lögrettuþattr *et* Lögsögumanzþattr *præmisi, cum ipsa tribunalia personæqve, qvæ ea constituebant, prius cognoscenda sint, qvam ipse ordo, qvo lites perseqvendæ sunt. Cæteroqvin hæc omnia ex Cod. A sumsi.*

2. Arfaþattr, *qvæ sectio primum locum tenet in Cod. B post jus eccl. qvod G. Thorkelinus edidit. Variantes lectiones ex Cod. B in notis transscripsi.*

3. Festaþattr *ex Cod. A cum lect. var. ex Cod. B.*

---

idem plura antiqvitatis indicia præ se ferat ex qvibusdam tamen locis colligo illud serius saltem ex parte litteris mandatum fuisse. Ita v. c. cap. 2 II. p. 401 *Norvegi* "Noregsmenn" *appellantur, cum alias ubique in toto Codice Grágás sub antiqvo nomine Islandico* "Austmenn" *veniant. Schl.*

*) *Hoc testimonium post mortem demum Episcopi Isleifi editum fuisse ex ipsis verbis hujus fragmenti II.* 410 *colligere licet, neqve declaratur hoc testimonium jam tum litteris consignatum fuisse. Porro satis manifestum, hæc ipsa privilegia non primitus ad Grágás pertinuisse, sed posteriore tempore a qvodam memoriæ causa huic juri additum. Schl.*

**) *Cfr. de tota hac re meam Comment. §.* 25 *et potissimum p. LXIX.*

***) *Vide meam Comm. p. LXI not *) ubi ratio hic suggesta refellitur.*

4. Kaupabalkr *ex Cod. A cum lect. var. ex Cod. B. Ex eodem Cod. B duo capp. de æstimatione argenti, pecorum et mercium legitima depromsi.*

5. Vigslodi *ex Cod. A cum lect. var. ex Cod. B. Huic sectioni addidi* "Baugatal" *et* Rannsoknaþattr *ex Cod. B.*

6. Landabrigdabalkr, *qvæ sectio ex pluribus partibus minoribus conflata est, æqve ac sectiones præcedentes ex Cod. A hic sistitur sed var. lect. ex Cod. B in notis.*

Hanc sectionem excipiunt duæ minores de jure nautico et de privilegiis Regis Norv. in Islandia et Islandorum in Norvegia, qvæ ex Cod. B mutuatus sum *).

In lectionibus variantibus notandis hanc mihi legem scripsi, ut verba etiam, qvæ in Cod. B aliter ac in A scripta essent, descripsi (nisi error librarii manifestus in uno alterove Cod. hujus diversitatis causa esset) adeoque formam quoque verborum diversam genusque sedulo significavi. Variantes lectiones ex apographis chartaceis addere opus supervacuum duxi, cum illas ex incuria librarii ortas esse censerem, qvippe qvæ sive ex membrana A sive ex B originem trahant **).

Cum autem in Cod. B capita sive tota sive magna ex parte nec non singulæ propositiones sæpissime diverso ordine ac in A legantur, qvanqvam sancita nihilo minus qvoad sententiam conveniant, non semper indicare potui, ubi hæc vel illa propositio in Cod. B occurrat, nisi copiam harum lect. variantium triplicassem; nihilominus asserere ausim, non dimidiam lineam inter variantes ut deficientem citari, qvæ hic revera occurrat, neqve verbum in Cod. B occurrens, sed in A desideratum, variantibus inserere me neglexisse.

---

*) *Comparetur cum his Comm. meæ §. 22 p. XLVI–IL sistentem tab. 1ma ordinem, qvem duo Codd. principes seqvuntur.*

**) *Qvantumvis hoc in universum verum sit, qvatenus hæc apographa pervolvere licuit, tamen hinc illinc variantes lectiones offendi, qvæ sive ex alio fonte sive ex crisi librarii ortæ esse videntur, adeoque non prorsus spernendæ.* *Schl.*

Descriptio Codicum pergamenorum, regii et Magnæani, jus Islandicum Grágás dictum complectentium

a Professore C. C. Rafn, Eqv. O. D. et stellæ polaris Svec., danice confecta, et a J. F. G. Schlegel latine reddita.

A. Codex regius pergameus No. 1157 *formæ maximæ. — Hic Codex scriptus est duabus diversis manibus; altera manu (eaque nitidiore) usque ad pag.* 25^{tam}, *altera inde a pag.* 26ta *ad finem hujus Codicis.*

Hanc manuum differentiam characteres diversi demonstrant, v. c. littera islandica ð *perforata in priori parte Codicis semper scribitur* ð, *in posteriore sæpius* ð; *in illa priore Codicis parte* o *cum accentu* (ó), *qvæ vocalis pronunciatur ut:* "ov" *sæpius pingitur ut* ǫ, *veluti in nominibus:* móti, kirkiusókn, dóm, blóta, at Hólum, *qvauqvam eadem figura in hac Codicis parte quoque adhibeatur ad significandum* ö, hǫnd, sǫc, ǫll, *i. e.* hönd, sök, öll, *sed in posteriore parte distingvitur inter* ǫ (*i. e.* ö) *et* ó (*i. e.* ov), *v. c.* "hǫggscógr" *qvæ vox pronunciatur:* "höggskovgr"; *qvibusdam qvidem in locis nota* ö *indicans imponitur vocali* o, *sed hac forma* ȍ, *non vero* ó *occurrit, nisi ut significetur* o *hic esse vocalem longam, v. c.* nón.

Membrana hujus Codicis albior est qvam aliorum veterum Codicum pergamenorum Islandicorum, qvod tamen a meliore tractatione pergameni a parte opificis codicisque minori usu profectum esse videtur, neqve pro signo recentioris ætatis habendum.

Scriptura autem ætatem vetustiorem hujus Codicis pluribus modis prodit. Utitur enim sæpissime ø *pro vulgari* æ *in vocibus, qvæ* o *primitus habent, v. c.* bøkr (*qvæ vox vulgo* "bækr" *scribitur*) *a* "bók", "bøndr (*vulgo:* "bændr") *a* "bóndi", "tømdist" *a* "tóm" (*vulgo:* tæmdist), *nec non* kømr, føra *etc., æqve ac in vetustissimis Codicibus Islandicis, veluti in* Sögubrot *de pugna Brovallensi inserta* Fornaldar Sögur Norðrlanda.

In passivis occurrit interdum forma pervetusta sk *pro posterius recepto* z, *i. e.* st, *veluti:* andask, andaþisk, *pro* andast, andaðist.

Interdum (sicut in Codice regio Eddæ Sæmundinæ) runa Ψ, *qvæ appellatur* maðr (*i. e. vir*) *adhibetur. Signum qvoque crucis* † *pro voce* kross *interdum usurpatur, v. c.* þóat eigi fylgði † boðinu.

Littera d *perforata* ð *indicatur aut littera* þ, *idque freqventius, aut* ð, *neqve solum, ut solitum, post vocales et litteras consonantes* r, f, g, *sed interdum quoque post* m *et* l, *v. c.* tømðist, elði, *qvod in antiqvioribus Codicibus potissimum occurrit.*

Diphtongus "ei" *uno loco significatur per* é, *et qvidem in voce* "tveir", *qvæ hic scribitur:* "tvér", *ut in Codice Jómsvikinga-Sagæ, qvi medio seculo decimo tertio conscriptus esse æstimatur, qvique editus est in volumine undecimo operis:* Fornmanna-Sögur; *hic Codex etiam cum regio, de qvo loqvimur, eo nomine convenit, qvod* ø *pro* æ, *et* sk *in passivis pro* st *adhibeat.*

Singulare est qvod hic Codex interdum "neccverr" (*i. e.* nokkverr) *habeat, qvæ voc in Codicibus scribi solet* "nökkverr"; "búandi" *pro* "bóndi", "feet" *pro* "fèit" *).

B. Codex Arnæ Magnæi pergamenus No. 334 *forma maxima. — Hic Codex non eadem præ se fert vetustioris ævi indicia ac Codex regius.*

Interdum qvidem occurrit ø *pro* æ, *v. c.* søkja, døma, føra, kømr, *pro* sækja, dæma, færa, kemr, *sed fere semper* nætr, *non vero* nøtr.

Ubique fere vocales accentu designantur, v. c. á *in vocibus* sár, hálfa, é *in vocibus* rétt, féit, ó *in* sóen, at hljóta, bóndi (*qvæ vox hic sæpius scribitur* bóandi, *non vero* búandi *ut in Codice regio*), ú *in* hús, *cum contra accentus in Codice regio rarius occurrant.*

Sæpius adhibetur v *pro* f, *veluti in vocibus:* hava, gjavar, liva, arvr, *pro* hafa, gjafar, lifa, arfr.

Recentiorem ætatem porro prodit freqvens usus του æi *pro* ei, *potissimum versus finem Codicis, æqve ac in Codice Flateyensi, v. c.* "æiga, væit, bæiða, æinkamál, mæin, læik, þæim, væizla, dæilld" *pro* eiga, veit, beiða, einkamál, leik, þeim, veizla, deild, *nec non interdum* rætt *pro* rètt, vær *pro* vèr, æða *pro* eða.

Uno loco mihi mira hæc singularitas occurrit: vkøypt *pro* úkaupt, *qvæ vox pronunciatur* uköipt **).

---

*) *Ad ætatem hujus Codicis melius illustrandam faceret, si pristinos ejus possessores cognosceremus, sed ignoratur qvo modo hic Codex ad bibliothecam regiam pervenerit. Eum autem jam inter cimelia Regis Friderici tertii asservatum fuisse a præposito bibliothecæ regiæ Werlauff didici. Schl.*

**) *Cum hac crisi conferenda est illa, qvam dedit G. J. Thorkelinus in præfatione ad jus eccl. Islandicum vetus, Havniæ* 1775, *p. XI-XIII. — Conferantur cum hac descriptione specimina utriusque Codicis æri incisa, qvæ seqvens tabula exhibet. Schl.*

Præfatio hæc, qvam solus Codex Magnæanus pergamenus juri Grágás præmisit, (cfr. Diss. de hoc jure p. XXXVIII) etiam legitur in Codice Norvegico, qvem Rex Magnus Lagabœter promulgavit, in sectione dicta "Mannhelgabólkr" *cap.* 17, *qvod inscribitur:* um dóma alla *p.* 171-176 *editionis Hafniensis, nec non in Codice juris Islandici recentioris ejusdem Regis, qvi appellatur* Jónsbók, *in eadem sectione eodemque capite (cfr. versionem danicam hujus juris typis impressam p.* 69-71). *Inde veri est simile hanc admonitionem ad justitiam rite administrandam non Islandicæ esse originis, sed potius Norvegicæ, qvanqvam fatendum sit librarium, qvi Codicem Magnæanum transscripsit, eam loco magis opportuno posuisse dum in fronte totius Codicis eam instar præfationis collocavit, qvam eo, qvam eadem in textu legum Norvegicarum et Islandicarum Regis Magni Lagabœter tuetur. Hæc sententia eo maxime confirmatur, qvod hic æque ac in Codicibus Regis Magni Lagabœter legatur:* er æ þui betr sem þessi Kapituli er optar lesinn *etc., qvæ verba textui utriusque Codicis bene, sed præfationi Codicis Grágás male conveniunt.*

Similia autem monita de justitia ante omnia colenda gentibus septemtrionalibus semper placuere. In speculo autem regali, qvod seculo duodecimo scriptum esse existimatur, plures ejusmodi sententiæ morales leguntur, qvæ cum his ad verbum conspirant; ibi quoque de qvatuor illis sororibus, veritate, charitate, justitia et misericordia sermo est, qvarum personarum allegoricarum eloqvia proponuntur; vide pag. 500. 504-506. 508-515. *ed. Soranæ* 1768. 4.

Textus ex Manuscripto pergameno Magnæano accurate descriptus est, additis in notis lectionibus variantibus, desumtis ex Cod. legum Gulensium R. Magni Lagabœter, Hafniæ 1817 *impresso. Versionem latinam ex hoc Codice magna ex parte commodavi.*

Schlegel.

Nu af þui at lögbok vattar sua vida. at þa menn sem til refsingar hafa gört [1]). skal á þing föra ok döma ok eptir þeim dome refsing áleggia. þa berr þeim innvirdelega at ranzsaka er til doma ero

Qvoniam Codex juris passim docet homines criminum convictos in judicium ducendos, judicandos et ex lata sententia puniendos esse, diligenter examinandum est, et magna animi tranqvillitate æsti-

teknir ok med mikilli hofsemd at meta huart misgört er vid saklausan mann. æda firi litlar sakir ok þo firi [2]) nokorar. æda miklar [3]). ok þo eigi nogar æda sua nogar at full naudsyn þikki [4]) hafa til rekit [5]). sua ok huart nockor hafa laga bod imillum komit. eda ængi. eda þat sem hardazt er. at sa hefir bota bæiz er misþyrmt [6]) var. ok þo ængar fengit. Sua ok huart nockot var kiært firir rettaranum. er laga orskurdrinn er sialfr [7]) skipadr þæim sem á saklausum mönnum vinna. æn þui er domrinn nefndr til. at þa skal ranzsaka [8]). ok meta sakir ok misgiörningar. ok tempra suà dominn eptir mala vöxtom. sem þingmenn ok rettarenn [9]) sia retlegaz firir Gudi ok þæir vilia suara [10]) eptir sinni samvizku. æn æigi sem margr snapr hefir suarat her til at þæir döma ækki annat æn lög. Þui at sannlega skolo þeir þui suara sem lög vatta þæim á hendr er vanda menn lata udömda a b r o t t f a r a [11]). ef vanrefst er af hende domarans. ok sua ef ofrefst er þæim er miskunnar ero verdir af þarnan [12]) þeirra tillögo. Finnaz ok nog döme til þess at þeir menn hafa lotet hardar hefndir af Gudi er vandömt hafa. æn þo þæir hardare er ofdömt hafa [13]) ok er m i a t t mundangshofet. En þui miara sem þat er. þa ero þæir þui sælle er sua fa höft þeirra fiugurra [14]) systra hofe sem i öllum rettum domum

mandum, qvid in insontem commissum fuerit, qvid factum sit ob causam levem vel aliqvalem, vel magnam, nec tamen sufficientem, vel adeo justam, ut auctor necessitate adactus egisse videatur. Eodem modo anqvirendum, an satisfactio oblata fuerit nec ne, aut, qvod æqvitati maxime repugnat, utrum læsus satisfactionem petierit, nec obtinere potuerit: et deniqve si coram judice competente actio injuriæ insonti illatæ instituta fuerit. Verum ideo judicia sunt ordinata, ut causæ et delicta æqva lance ponderentur, sententiæque pro re nata temperentur, prouti judex ejusque advocati teste Deo et sua conscientia veritati maxime congruum esse censent, fugientes stultorum morem, qvi strictum jus se in sententia ferenda modo seqvi contendunt. Etenim rationem, qvam leges exigunt, reddituri sunt, qvi postposito officio malos a judicio salvos dimittunt, aut patiuntur, minorem, qvam lex statuit, poenam de reo sumi, sive justo majorem misericordia dignis infligi. Namque occurrunt exempla, qvod ultione gravi Deus in eos animadverterit, qvi leviorem poenam, qvam par est, reis irrogarunt, graviorem tamen vindictam experti sunt judices, qvi sententias nimis rigidas tulerunt. Media qvidem via qvantumvis angusta servanda est. Qvo angustior autem est, eo magis beati sunt qvi modum qvatuor istarum sororum,

æigu at vera. at Gudi liki ok mönnum hæfir. Enn þat er miskunn ok sannynde. rettvisi ok fridsemi. Miskunn a at varaz. at æigi komi hæipt eda grund [15]) i doma. Sannyndi berr at gæyma at æigi verdi lygi fram borin. Rettvisi a at varaz at æigi verdi med rangyndum hallad rettom dome. Fridsemi a at vardvæita þar til er rettr domr fellr a. at æigi verdi med brædi akafr afelliss domr alagdr. En þui gæymi domarar þessa at þetta er þui þunglegra [16]) sem gerr verdr at hugt [17]) ræynt i ollum domum. Enn at menn variz þui görr [18]) ranga doma þa ma varla illt varaz nema vite. ok þui minniz menn at med fiorum hattum verda rangir domar. Annad huert med ræzlo. þar sem madr ottaz þann. er hann skal döma [19]). elligar fegirnd [20]). þar sem madr snikir til nokorrar mutu. eda med hæipt þa er madr hatar þann er han skal döma [21]). ella med vinattu. þar sem madr vill lidsinna [22]) felaga sinum. ok er þa illa skipat er þessum horbörnum er innvisat. enn hinar skilgetnu systr ero ibrott reknar [23]) þær sem adr varo taldar. þuiat illa man sa domr virdaz firi godum mönnum enn allraverst firi gudi. Er æ þui betr sem þessi kapituli er optarr lesinn þar sem um stor mal skal [24]) döma. Ei [ga] menn ok æinkannlega [25]) at fa þæim mönnum prest er til bana eda limalaz

qvæ omni judicio adesse debent, ita assecuti sunt, ut sit Deo gratum et hominibus utile: sunt vero illæ misericordia, veritas, justitia et charitas. Misericordia servanda est, ne ira aut odium judiciis se immisceant. Veritatis curam gerere decet, ne mendacium proferatur. Justitia colenda est, ne fraus justam sententiam immutet. Studio pacis incumbendum, ne nimio fervore et ambitioso judicio reus condemnetur. Judex hæc bene servet, qvo enim exactius causa excussa fuerit, eo justior qvælibet sententia erit.

Ut vero ab iniqvis eo melius sibi caveat unus qvisque in sententiis ferendis, siqvidem difficulter a delictis abstinebit, qvi ea ignoraverit, sciant homines: qvatuor modis fieri prava judicia, aut metu ejus, qvi judicandus est, aut avaritia, ubi judex donis inhiat, odio, ubi pars alterutra, cui judicium faciet, invisa est, aut amicitia, ubi qvis socio opem ferre voluerit. Et sane res male agitur, ubi proles ista adulterina hospitio recepta fuerit, ejectis legitimis sororibus, qvæ supra recensitæ sunt. Sententia enim iniqva valde offendet omnes bonos, sed maxime Deum. Qvocirca eo utilior erit hujus capitis lectio, qvo majoris momenti sunt causæ judicio dirimendæ.

Præsertim probe curent judices reis, capite aut membris plectendis, pastorem concedere, data sufficienti mora, ante-

ero dömdir adr þeim verdi refst [26]) ok ugefi til þess goda stund oc tom þui at illt verk skal hata en ælska manninn at naturulego edle æn saluna allra hellzt sem sinn jafnlega [27]).

qvam sumatur poena, siqvidem delicto ut ut odio habendum, homo tamen, ut natura jubet, et maximè propter animam, ut æqvalis fovendus est.

---

[1]) Þá *addit l. Gul.* [2]) firi *omittit l. G.* [3]) "sakir" *addit l. G.* [4]) *l. G.* þyckir. [5]) hafa rekit þann sem gerdi. [6]) *textus impr. legis Gul. habet:* misgört, *sed plures Codd. manuscripti æqve ut hic:* misþyrmt; *cfr. not.* 4 *ad p.* 172. [7]) "sialfr" *omittit l. G.* [8]) ransaka *omittit textus l. Gul., sed plures Codd. manuscripti habent* ransaka ok meta saker, *cfr. not.* 5 *l. c.* [9]) "dómarinn" *loco τ̀ου* rettarenn *habet l. G.* [10]) ok þæir vilia suara *omittit l. Gul.* [11]) *l. G.* "undanganga." [12]) *l. Gul. habet* "þarfnan" *qvod procul dubio vera est lectio.* [13]) *Lex Gul. hic addit:* Oe þvi seal dóminn hvarvitna til hins betra föra, ef þeir vito jamnvist hvarttveggia. Þviat allmiótt er mundangs hófit. *Cum vero:* miátt er mundangshófet *(ad verbum: tenue est bilancis examen) reperiantur in Cod. Grágás, crediderim verba deficientia errore librarii esse omissa.* [14]) *l. Gul. habet:* fiaugra. [15]) *l. G. habet:* grimd *(al.* gyrnd) eda heift. "Grund" *videtur esse error librarii pro:* grimd. [16]) *l. G. habet:* þurftuligra. [17]) *textus legis Gul. omittit:* hugt. *Qvidam vero Codd. manuscripti habent:* athugat, *cfr. not.* 11 *p.* 174. [18]) *l. Gul. habet:* "meirr" *pro* "gorr." [19]) *l. Gul. habet:* sem hann seal umdöma. [20]) *l. Gul. habet:* elligar med fegyrne. [21]) *l. Gul.* "umdöma". [22]) *textus l. G.* "vill veita lid" *in pluribus autem Mscp. legitur:* lidsinna, *cfr. not.* 14 *p.* 175. [23]) *l. G. habet:* brottreknar. [24]) *l. Gul. habet:* er at. [25]) *l. Gul. habet:* Minnizt menn oc einkanliga á. [26]) *Verba:* adr — — — refst *postponuntur verbis:* "oc tom" *in l. Gul.* [27]) *Lex Gul. pro:* "sem sinn jafnliga" *habet:* "sem jafnkristina ser", *qvod discrimen majoris est momenti qvam cætera qvæ notavi.*

[illegible]

[illegible] [illegible] pascha dag [illegible] [illegible]
[illegible] halda [illegible] tolf dag [illegible] [illegible] en annan
dag pascha [illegible] [illegible] [illegible] dag þa
[illegible] halda [illegible] dag [illegible]
fra pascha [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]



[illegible]

[illegible]



[illegible]

Lögsögomannz þattr.

Sva er mælt at sa maþr scal vera nockorr avalt a landi oro, er scyldr se til þess at segia lög mönnom, oc heitir sa lögsögomaþr. Enn ef lögsögomannz missir viþ, þa scal or þeim fiorþungi taca mann til at segia þingscöp upp et næsta sumar er hann hafþi siþarst heimili i. Menn scolo þa taca ser lögsögomann, oc sysla þat föstodag huerr vera scal, aþr sacir se lystar. Þat er oc væl ef allir menn verþa sattir a einn mann. Enn ef lögrettomaþr nokorr stendr viþ þvi er flestir vilia, oc scal þa luta i huern fiorþung lögsaga scal huerfa. Enn þeir fiorþungsmenn er þa hefir lutr i hag borit, scolo taca lögsögomann þann sem þeir verþa sattir a, hvart sem sa er or þeirra fiorþungi eþr or auþrom fiorþungi nokorom þeirra manna er þeir mega þat geta at. Nu verþa fiorþungsmenn eigi asattir oc scal þa afl raþa meþ þeim. Enn ef þeir ero jammargir er lögretto seto eigo er sinn lögsögomann vilia huarir, þa scolo þeir raþa er byscop sa fellr i fullting meþ, er i þeim fiorþungi

Sectio Ima.

De nomophylace (titulus unicus).

Legibus cautum est, ut nostra in civitate semper aliqvis sit, cui legum incolis dicendarum munus injungatur; hic nomophylacis nomine venit. Si nomophylax defuerit (decesserit), qvidam, ad formulas processuales proxima æstate proclamandas, ex eo (civitatis) qvadrante desumendus est, in qvo nomophylax novissime domicilium habuit. Nomophylax tum eligendus, qvæ electio die jejunii (die Veneris) causis nondum denuntiatis (in comitiis generalibus) procedat. Res bene se habet, si omnes in unum consentiunt. Si vero dicasterii assessorum aliqvis plurimorum votis refragetur, jurisdicundi munus cui qvadrantum deferendum sit, sorte definiatur. Qvadrantis incolæ, qvibus sors exiit commoda, nomophylacem eligant, qvemcunqve inter eos convenerit, sive ex ipsorum qvadrante, sive alieno fuerit, (aliqvem nempe) eorum, qvos ad munus subeundum adducere possint. Si inter hujus qvadrantis incolas non convenerit, plurima valeant vota. Si vero, in dicasterio adsidendi jure gau-

er. Nu ero lögrettomenn nokorir þeir er nita þui er aþrir vilia, fae engi mann sialfir til lögsögo, oc eigo enscis þeirra orþ at metaz.

Lögsögomann a i lögretto at taka þa er menn hafa raþit huerr vera scal, oc scal einn maþr scilia fyrir, enn aþrir giallda samqvæþi a, oc scal III sumor samfast enn sami hafa, nema menn vili eigi breitt hafa.

Or þeirre lögretto er lögsögomaþr er tekinn, scolo menn ganga til lögbergs, oc scal hann ganga til lögbergs, oc setiaz i rum sitt, oc scipa lögberg þeim mönnom sem hann vill, enn menn scolo þa mæla malom sinom. Þat er oc mælt at lögsögomaþr er scylldr til þess at segia up lögþatto alla a þrimr sumrom hueriom, enn þingscöp huert sumar. Lögsögomaþr a up at segia sycnoleyfi öll at lögbergi, sva at meire lutr manna se þar, ef þvi um nair, oc misseris tal, oc sua þat ef menn scolo coma fyrr til alþingis enn X vicor ero af sumre, oc tina ymbrodaga halld oc föstoinganga, oc scal hann þetta allt mæla at þinglausnom. Þat er oc at lögsögomaþr scal sua giörla þátto alla up segia, at engi vite einna miclogi görr.

dentes et in diversum, qvoad nomophylacem eligendum, abeuntes, pares sint numero, eorum prævaleat sententia, qvorum partes episcopus hujus qvadrantis amplectitur. Dicasterii assessorum qvidam ubi aliorum voluntati obstinate reluctantur, nec ad jurisdicundi munus subeundum aliqvem eligere ipsis concedatur, nec eorum contradictio ullius pensi habeatur.

Nomophylax qvi eligendus sit postqvam decretum est, in dicasterio recipiatur, uno tantum verbis præeunte, cæteris iisdem concinentibus, idemqve hoc modo receptus per tres æstates contiguas jurisdicundi fungatur munere, nisi cives id mutari non optarint.

E dicasterio, ubi nomophylacem receperunt, ad jurisdicundi rupem eundum est, qvo ille etiam se referens, et in sede ipsi destinata residens, circa rupem jurisdicundi, qvoscunque voluerit, residere faciat; qvo facto causæ sunt proferendæ. Legibus qvoqve definitur, nomophylacem, omnes legum sectiones tribus qvibusvis æstatibus, formulas vero processuales unaqvaqve æstate pronuntiare debere. Nomophylax adhæc, maxima, si fieri potest, foripetarum parte præsenti proclamet: venias immunitatis, de computo semestrium, ut et si ad comitia generalia prius qvam decem æstatis hebdomadibus præterlapsis veniendum sit, de qvatuor adhæc temporum diebus celebrandis, et de initiis jejuniorum; qvæ omnia comitiorum

Enn ef hanom vinnz eigi froþleicr til þess, þa scal hann eiga stefno viþ V lögmenn, en næsto dögr aþr eþr fleire, þa er hann ma hellzt geta af, aþr hann segi huern þatt upp, oc verþr huerr maþr utlagr III mörcom, er olofat gengr a mal þeirra oc a lögsögomaþr söc þa.

Lögsögomaþr scal hafa huert sumar II hundroþ alna vaþmala af lögretto fiam fyrir starf sitt. Hann a oc utlegþir allar halfar, þær er a alþingi ero dömþar hér, oc scal döma eindaga a þeim öllom annat sumar her i boanda kirkiogarþe, miþvicodag i mitt þing. Utlagr er huerr maþr er fæ lætr döma, ef hann segir eigi lögsögomanne til, og sua huerir doms upsögo vattar hafa verit.

Þat er oc þa er lögsögomaþr hefir haft III sumor lögsögo, oc scal hann þa segia upp þingscöp et fiorþa sumar, föstodag inn fyrra i þingi, þa er hann oc lauss fra lögsögo ef hann vill. Nu vill hann hafa lögsögo lengr, ef aþrir unna hanom, þa scal enn meiri lutr lögretto-

dissolutionem allatura denuntiet. Nomophylax qvoqve omnes legum sectiones tam dilucide pronuntiare debet, ut accuratius sciens haud facile inveniatur. Si tanta legum peritia eum defecerit, proximis ante cujusvis sectionis pronuntiationem nycthemeriis, qvinqve pluresve, de qvibus potissimum discere possit, jurisperitos conveniat, triumqve marcarum mulctam sibi contrahit qvicunqve eorum colloqvium non permissus adeat; hanc causam agere nomophylaci incumbit.

Unaqvaqve æstate ducentas panni vulgaris ulnas, e dicasterii reditibus pro labore suo reportet nomophylax. Pars adhæc dimidia mulctarum qvæ hic in comitiis generalibus judicantur, ei competit; harum mulctarum solvendi terminus peremtorius constitui debet, æstate proxima, hic in coloni cœmeterio, mediæ hebdomadis die (die Mercurii) et ad medium comitiorum habendorum tempus. Si qvis pœnam pecuniariam alicui infligere faciat, nec id, ut et qvinam testes sententiæ pronunciatæ adfuerint, nomophylaci indicat, trium marcarum mulctam ipse subeat.

Nomophylax tandem, per tres æstates jurisdicundi munere functus, qvarta æstate pronuntiare debet formulas processuales, die jejunii, qvi prior in comitiorum habendorum tempore occurrit, et tunc a munere qvo functus est, si voluerit, liberetur. Si diutius, aliorum venia, jurisdicundi

manna raþa. Þat er oc at lögsögomaþr er utlagr III mörcom ef hann kömr eigi til alþingis, föstodag inn fyrra, aþr menn gangi til lögbergs, at nauþsynialauso, enda eigo menn þa at taca annan lögsögomann ef vilia.

Lögretto þattr.

Lögretto scolo ver oc eiga oc hafa her huert sumar a alþingi, oc scal hon sitia i þeim staþ avalt sem lengi hefir verit. Þar scolo pallar III vera ombhverfis lögrettona, sva viþir at rumlega megi sitia a hueriom þeirra fernar tylptir manna, þat ero XII menn or fiorþunge hueriom, er lögretto seto eigo, oc lögsögomaþr umfram sva at þar scolo raþa lógom oc lofsom. Þeir scolo allir sitia a miþpalli, oc þar eigo byscupar varir rum. Þeir menn XII eigo lögretto seto or norþlendinga fiorþungi, er fara meþ goþorþ þau XII, er þar voro þa höfþ er þeir atto þing fiögor, enn goþar III i huerio þingi. Enn i öllom fiorþungom öþrom, þa eigo menn þeir IX lögretto seto or fiorþungi hueriom, er fara meþ goþorþ full og forn, þau er þa voro þriu i varþingi huerio, er þing varo III i fiorþungi hueriom þeirra þriggia, enda scolo þeir allir hafa meþ ser mann einn or þingi huerio eno forna sva at þo eigniz

munere fungi gestit, majoris dicasterii assessorum partis sententia valeat. Nomophylax demum, ad comitia generalia, priori eorum die jejunii, ad rupem jurisdicundi priusqvam itum sit, si non venerit, trium marcarum mulctam luat, aliusqve nomophylax, si placuerit, recipiatur.

Sectio IIda.

De dicasterio (titulus unicus).

Dicasterium etiam nobis est tenendum habendumqve singula æstate hic in comitiis generalibus; in loco ubi diu collocatum fuit semper maneat. Dicasterium circumcirca tria sint subsellia tam lata, ut in unoqvoqve eorum qvaternæ hominum dodecades facile residere possint; e singulo qvadrantum unica hominum dodecas, excepto nomophylace, adsideat dicasterio, qvæ et leges et dispensationes moderetur. In subsellio intermedio hi omnes resideant, ubi etiam episcopis nostris sedes est destinata. De qvadrante boreali ii tantum dicasterio adsideant, qvi præturas tenent duodecem, qvæ prisco tempore habebantur, cum hujus qvadrantis incolæ quatuor curias, tres vero prætores in qvaqve curia adhibuere. E cæteris qvadrantibus ii novem in dicasterio adsidendi jure gaudent, qvi præturis præsunt plenis et priscis, qvales tres olim in foro qvovis vernali fuerunt, in singulis vero qvadrantum tribus hisce foris constitutis. Hi (novem) e qvavis curia illa prisca unum adsumant,

XII menn lögretto seto or fiorþungi hueriom. En forn goþorþ norþlendinga öll ero fiorþungi scerþ, at alþingis nefno, viþ full goþorþ önnor öll a lande her. Þat er oc um þa menn alla er sva eigo lögretto seto sem nu var tint, at þeirra huerr a at scipa tueim mönnom i lögretto, til umraþa meþ ser, öþrom firir ser, en öþrom a bac ser oc sinom þingmönnom, þa verþa pallar scipaþir til fullz, oc fernar tylptir manna a hueriom palle.

qvo fit, ut dodecas hominum, e singulo qvadrante dicasterio adsideat, omnibus vero borealium præturis, si cum cæteris hujus civitatis præturis plenis conferuntur, qvoad assessores dicasterii denominandos, qvaterna pars revera detrahitur. Qvoad eos prœterea, qvi, ut nuper memoratum, in dicasterio adsidendi jure gaudent, lex definit, eorum singulum duos viros sibi in consilium in dicasterio collocare debere, unum in subselliis anterioribus, alterum pone se suosqve curiales; tum demum subsellia rite instructa, et qvaternæ hominum dodecades in singulis subselliorum collocatæ sunt.

Engir menn scolo sitia fyrir innan palla þa er lögretta er rudd, nema þeir er mal eigoz viþ, en sitia avalt þess a milli, oc a lögsögomaþr at scipa rum þat. Ut fra pöllom a alþiþa at sitia. Þeim einom monnom er rett at standa upp at lögretto, þa er þar scal köra lög eþr lof, er um mal manna scolo mæla, oc þeim öþrom er yztir ero þeirra er þar ero comnir. Utlagr er huerr III mörcom er eigi görir sua, oc a sa söc er vill. Enn ef menn troþaz sua miöc at lögretto fyrir öndcöst, eþr göra þar hrang þat eþr hareysti, at fyrir þui afglapaz mal manna, oc varþar þat fiorbaugs garþ, sem öll þings afglöpon.

Dicasterio ordinato intra subsellia nemo, præter partes causarum, sedeat, qvod spatium, omnibus alias patens, a nomophylace in hoc casu disponitur. Extra subsellia sedeat multitudo. Ubi leges vel dispensationes proclamandæ exaudiuntur, ii tantum in dicasterio assurgunt juste, qvi vel causas agunt vel extremi sedent præsentium. Siqvis contra fecerit, trium marcarum mulctam luat, actioqve in eum datur cuicunqve agere placuerit. Siqvi vero contumaciæ causa in dicasterium irruerint, vel tumultu aut vociferatione causas hominum conturbarint, exilii pœnam hoc, ut omni judiciorum perturbatione, sibi contrahunt.

Ef þeir menn coma til lögretto er þar eigo setor, en aþrir hafa setz i rum þeirra, þa scolo þeir beiþa ser ruma,

Si in dicasterio adsidendi jure gaudentes, sedibus ipsorum ab aliis jamjam occupatis, advenerint, sedes suas reposcant; se-

oc er hinom vitislaust ef þeir ganga þa i brot, en ef þeir hira viþ, þa er rums er beitt, oc varþar þat III marca utlegþ. Þa scal eigandi beiþa seto sinnar meþ vatta, oc varþar þat fiörbavgsgarþ, ef þa er varnat. Þat ero allt stefno sacir, oc scal qveþia IX heimilis bua þess er sottr er, til fiörbavgs saca er V til utlegþar.

Þat er oc at lögretta scal utfara drottins daga baþa i þingi oc þinglausnadag, oc avalt þess imilli er lögsögomaþr vill, eþr meire lutr manna, oc i huert sinn er menn vilia ryþia lögrétto. Þar scolo menn retta lög sin, oc göra nymæli ef vilia, þar scal beiþa mönnom sycno leyfa allra, oc satta leyfa þeirra allra, er einca lofs scal at beiþa, oc margra lofa annara, sua sem tint er i lögom. Þat scal allt metast sua i logrétto, sem lofat se, er engi maþr neitir, sa er lögretto seto a, enda vere engi lyrite fyrir utan lögretto. Huerr maþr þeirra er lögretto seto a scal göra annattveggia um leyfi huert, at iata eþr nita, utlagr er hann ella III mörcom.

Ef menn biþia lofa i lögretto sua at þeir menn ero ogörla þar comnir eþr a brot gengnir er lögretto seto eigo, en þo ero fernar tylptir manna eþr fleyri, þa

dentes vero si locum dederint, reatum effugiunt, si contra, sedibus reclamatis, morantur, trium marcarum mulctam subeant. Adsidendi jure gaudens sedem suam deinde, testibus adhibitis, reposcat, qvod si denegatur, exilii pœnam prohibenti infert; his in casibus dica adhibeatur, et novem ejus, in qvem agitur, domicilii accolæ evocandi, ubi in exilium agitur, qvinqve vero ubi pœna pecuniaria subest.

Dicasterii sessio adhæc, utraqve comitiorum temporis die dominica, ut et die qva comitia solvantur, procedat, semper etiam alias, si vel nomophylax vel major foripetarum pars optârit, vel si dicasterii assessorum sententiam erogitare inter eos convenerit; hic leges sunt reformandæ, novellæ ferendæ si placuerit; hic abolitiones sunt impetrandæ, omnesqve, de causis transigendis, veniæ, qvæ per dispensationem tantum acquiruntur, et permultæ insuper aliæ in legibus memoratæ. In dicasterio qvasi concessum habeatur, qvisqvid nemo justorum dicasterii assessorum denegat, nec extra dicasterium interdicto prohibetur. Qvicunqve in dicasterio jus habens adsidendi, dispensationes qvæ appetuntur vel concedere vel denegare tenetur, trium marcarum mulctam alias sibi contrahit.

Ubi in dicasterio dispensationes appetuntur, omnes adsidendi jure gaudentes priusqvam veniunt, vel si iterum abierint, qvaternæ tamen pluresve (foripetarum) ad-

má lögsögomaþr scipa þui liþi i rum þeirra manna er setor eigo til fullz, oc utlagaz huerr er syniar þess. Nu verþr miþþallr alscipaþr, þa scal lögsögomaþr nefna ser vatta. I þat vette, scal hann qveþa, at þessir sitia allir i lögretto at mino raþe, oc rettir til þess at fylla lög oc lof. Nefne ec þetta vette at lögom hueim er niota þarf, enda scolo þa verþa lof öll jafnföst þar, sem goþar sæti sialfir, oc fyrir þeim einom scolo hinir uprisa er aþr sato.

Þat er oc at þat scolo lög vero a landi her sem a scram standa. Enn ef scrar scilr á, oc scal þat hafa er stendr a scröm þeim er byscopar eigo. Nu scilr enn þeirra scrar a, þa scal su hafa sitt mal er lengra segir þeim orþom, er male scipta meþ mönnom. Enn ef þær segia jafnlangt oc þo sitt huar, þa scal su hafa sitt mal er i scala (holti) er. Þat scal allt hafa er finnz a scrö þeirri, er Hafliþe let göra, nema þocat se siþan, en þat eitt af annara lögmanna fyrirsögn, er cigi mæli þui igegn, oc hafa þat allt er hitzug leyfir, eþr glöggra er. Nu þræta menn um lögmal, oc ma þa ryþia lögretto til ef eigi scera scrar or. Enn sua scal at þui fara, at beiþa meþ vatta goþa alla, at lögbergi, oc lögsögomann, at þeir gange i lögretto, oc i setor sinar, at greiþa lögmal þetta,

sint dodecades, nomophylaci licet has, adsidendi jus habentium sedes, occupare jubere, ut justus assessorum numerus adimpleatur; pœna tenetur pecuniaria qvicunqve adsidere recusarit. Subselliis intermediis hoc modo instructis, testes nuncupet nomophylax; vos antestor, dicat, hos omnes, me auctore, dicasterio adsidere, jure gaudentes leges et dispensationes constituendi. Legitima antestor formula in usum cujuscunqve jure indigentis. His factis dispensationes hic datæ æqve validæ fiunt ac si ipsi adsederint prætores, qvibus solis assurgere debent antea collocati.

Hac præterea in civitate leges habendæ sunt, qvæ in legum codicibus scriptæ occurrunt. Si legum codices invicem differunt, tenendum est, qvicqvid codices episcoporum continent; si eorum codices differentia intercesserit, præferendus est, qvi pluribus, ad relationes hominum juridicas definiendas comparatis verbis utitur. Si totidem, diversis tamen verbis sint usi, prævaleat codex Scalholtinus. Codex ab Haflido concinnatus qvicqvid præscripserit, tenendum est, si non postea immutatum sit; de cæterorum nomophylacum præscriptis id unice valeat, qvod codici Haflidiano non adversatur; ille qvicqvid concesserit, vel si magis perspicuum sit (qvod præscribit) tenendum est. De lege ubi contenditur, dicasterii assessorum sententia erogitanda, si codices qvæstionem non deciderint; hoc vero

sua sem heþan fra scal vera; beiþe ec lögbeiþing, scal sa qveþa er reyna vill. Ef nokorir þeir menn er setor eigo, göra eigi ganga i rum sin, er þeir vito at lögretto scal ryþia, oc varþar þat fiorbavgsgarþ, sém önnor þings afglöpon, enda er rett at telia goþan þa huern utlagan III mörcom, oc or goþorþe sino. Þat varþar oc allt sliet et sama, þeim mönnom öllom, er lögretto seto eigo at gegna at lögretto, þeirre sem þa scylda lög til.

modo seqventi fiat: prætores omnes nomophylaxqve, testibus adhibitis, ad jurisdicundi rupem provocandi, ut in dicasterium eant et sedes suas occupent, ad legem explicandam, qvalis semper dehinc talis valeat. Justa provoco provocandi formula, dicat, qvi de lege experiri cupit. Si aliqvi adsidendi jure gaudentes, cum resciunt dicasterii assessorum sententiam esse erogitandam, in sedibus suis considere detrectent, hoc iis exilii reatus contrahitur, æqve ac omni judiciorum perturbatione. Hoc casu etiam juste prætorum qvisqve, præturæ suæ cum dispendio, trium marcarum mulcta afficitur.

Alengr er goþar coma i setor sinar, þa scal huerr þeirra scipa manni a pall firir sic, enn auþrom manne a enn ytzta pall a bac ser til umraþa. Siþan scolo þeir menn er þar eiguz mal viþ, tina lögmal þat, er þa scilr a, oc segia til þess huat i deilir meþ þeim, þa eigo menn siþan at meta mal þeirra, til þess er þeir hafa raþinn hug sinn um þat mal, oc spyria (l. biþia) siþan alla lögrettomenn þa er a miþpalle sitia, at scira þat huat huerr þeirra vill lög um þat mal. Siþan scal huerr goþi segia, huat lögin mun calla, oc meþ huarom huerfa at þui male, oc scal afl raþa. Enn ef þeir ero jammargir lögrettomenn huarirtueggio, er sitt kalla lög huarir vera, þa scolo þeir hafa sitt mal er lögsögomaþr er i

Prætores ubi in sedes suas deveniunt, unum in subselliis ante se, alterum in extremis pone se subselliis sibi consiliarios collocent. Dissentientes deinde legis, de qvo contenditur, articulum referant, statumqve forment controversiæ, qvo facto argumenta utrinqve ponderanda, donec unusqvisqve, qvid decidendum sit, tacite sibi proponat. Tunc omnes in intermediis subselliis sedentes dicasterii assessores rogandi ut declarent, qvid ipsorum singuli in hoc casu pro lege ratum habere velint. Qvisqve deinde prætorum denuntiet qvid pro lege habendum, cujusqve sententia amplectenda ipsi videatur; plurima valeant vota. Si utriqve dicasterii assessorum, diversam de lege (qvæstionis) sententiam amplexi, numero pares sint, eorum præferenda, qvorum

liþe meþ. Enn ef aþrir ero fleire, þa scolo þeir raþa, oc scolo huarirtveggio vinna vefangs eiþ at sino male, oc fela undir eiþ sinn, at þeir hyggia þat vera lög um þat mal, sem þeir fylgia at, oc qveþa a, af þui þat se lög.

Nu er nockorr lögrettomaþr sua siucr eþr sarr at sa ma eigi uti vera, þa scolo þeir huarirtueggio sökia orþ hans til buþar, oc segia huat i deilir meþ þeim, enn hann scal eiþ vinna slican sem aþrir, oc qveþa a þat meþ huarom hann vill huerfa. Enn ef þa er lögrettomaþr nockorr omale eþr ovite eþr andaþr, er þessa mals þarf, oc scal sa maþr i staþ hans er domnefno atte up at taca ef hans verc þa viþ mist.

Nu lysa lögrettomenn hug sinn, oc verþa þeir XII eþr fleire, er liþ hafa minna, þa scolo þeir, er fære ero saman vinna eiþa at sino male, þa verþa hinir er liþ hafa meira oc scylldir at vinna eiþa at sino male, sua at þeir suere manne fleire, eþr tveim et fæsta, ef lögsögomaþr er i enne minne sueit. Enn ef þeir metaz eiþa viþ i eno meira liþe, oc scolo þeir luta meþ ser, nema þeir vile allir sueria. Nu verþa þeir færri saman enn XII er liþ hafa minna, þa ero þeir þegar af sino male, oc ero engir menn or eno meira liþe þa scylldir at vinna

partes seqvitur nomophylax. Si reliqvi numerosiores, partem teneant superiorem. Utriqve discessionis jusjurandum sua de sententia præstent, juramento asseverantes, sententiam qvam amplectantur, justam esse legem, adjectis argumentis, cur hoc tenendum sit.

Si qvis dicasterii assessorum tam æger morbo vel vulneratus sit, ut sub dio agere neqveat, utraqve pars ejus sententiam in tentorio reqvirat, doceatqve cur diversam teneant sententiam, ille vero jusjurandum ut cæteri præstet, et in cujus partis sententiam abire velit, declaret. Siqvis dicasterii assessorum mutus, mente captus vel demortuus fuerit tempore, qvo ejus sententia reqvirenda foret, ejus loco recipiatur, qvi judicum, eo jamjam demortuo, denominationem suscipere debuisset.

Sententiis declaratis, si assessores dicasterii numero inferiores (sed consentientes) duodecem pluresve una fuerint, juramento sententiam suam firment, qvo facto, numerosiores in sententiam suam etiam jurare tenentur, ita tamen ut uno saltem vel duobus plures, si nomophylax cum numero inferioribus faciat, jusjurandum præstent. Si inter numerosiores qvi jusjurandum præstent non convenerit, sorte definiatur, nisi omnes simul jurare malint. Numero inferiorum, ubi dodecade sunt pauciores, sententia rejiciatur, nec numero superiorum ulli dodecade pauciorum qvamvis con-

eiþa at mote eiþom þeirra, er fære ero saman enn XII. Ef þeir ero nockorir lögrettomenn er meþ hvarunge lataz vera muno, eþr varna þeim annarra scila um þau mal, oc varþar þat allt slict sem aþr var tint, oc a sa þeirra sacir þær, er þar eiguz mal viþ, er helldr vill sökia til fullra laga. Enn ef huargi vill sökia, þa a sök þa huarr er vill, enda scal lögsögomaþr scipa rum þeirra manna, er þar göra lögscil fyrir sic, oc taca mann or varþingi þui, er glöpin kömr, ef þat má, enda varþar þa hueriom fiörbaugsgarþ er syniar þess. Enn ef lögsögomaþr kann þar eigi menn fyrir i þa sueit, þa scal hann beiþa samþingis goþa þess er scila varnar, at þeir fae hanom mann i staþ sua, at þa megi i þui fylla lögretto, oc varþar þa slict þeim er þess syniar, sem hinom er glöp görþe.

Nu vill engi samþingis goþi scil göra, þa scal beiþa manna i annat þing oc i et þriþia, ef eigi fæzc aþr, enda eigo þa jammicit þeirra orþ at standaz, sem annara lögrettomanna.

Þat er oc at huerr maþr scal tina viþ vatta lögmal þat er afl fæsc til, en allir scolo samqvæþi gialda a, siþan scal upsegia at lögbergi. Þat er oc scyllt

sententium juramentis, jusjurandum opponere tenentur. Si nonnulli dicasterii assessorum neutras se partes proseqvi velle indicarint, vel aliqvo modo legitima his in causis partibus præstare renuerint, reatum antea memoratum sibi contrahunt, eoqve partium competit actio, qvi ex legum rigore potius agere vult; si eorum neuter agere voluerit, cujuscunqve qvi optaverit actio erit; nomophylax tum (qvosdam) jus hic peragentium in eorum sedes collocet, desumtos si fieri potest e fori vernalis jurisdictione, unde legitima præstare renuentes fuerunt. Si qvis (eorum loco) se denominari recusarit, exilio mulctandus est. Si hoc in tractu neminem cognoverit nomophylax, prætores ei, qvi legitima præstare recusavit, contribules, petat, unum illico sibi tradere, ut dicasterii assessorum numerus hoc modo adimpleatur; siqvis hoc exeqvi denegaverit, eundem ac ipse legitimorum perturbator reatum sibi contrahit.

Prætorum contribulium ubi nemo justa præstare voluerit, e secunda vel tertia, si prius non suppeditantur, (fori vernalis) jurisdictione viri sunt reqvirendi; tali modo denominatorum suffragia eundem valorem habeant, ac aliorum dicasterii assessorum.

Legem præterea consentientium pluralitate recipiendam (in dicasterio) unus recitet, omnibus cæteris suffragantibus; (hoc modo recitata) ad rupem jurisdicundi de-

þeim mönnom öllom er lögretto seto eigo, at fylla upsögo avalt, er lögsögomaþr vill lög upsegia, huart sem þat er at lögbergi eþr i lögretto, oc þott i kirkio se ef veþr er osvast ute. Enn ef nockorir lögrettomenn hafa eigi tom til þess, þa scolo þeir menn II heyra a upsögo fyrir huern þeirra, er til þess ero tecnir af þeim, at sitia a pöllom i lögretto. Nu er at huaruge gaumr gefinn, þa mego ecki standaz þeirra lögrettomanna orþ er sua scipa a sama sumri, þar er um þat lögmal er þrætt, er þa var upsagt, enda varþar III marca utlegþ, oc eigo aþrir lögrettomenn söc þa, oc scal stefna at lögbergi, oc qveþia til heimilis bua V þess er sottr er. Enn lögsögomaþr a at scipa lögberg, oc utlagaz þeir III mörcom, er at olofe hans sitia þar.

inde proclametur. In dicasterio adsidendi jure gaudentes legum proclamationi, a nomophylace factæ, suffragari ubiqve tenentur, sive in dicasterio, sive ad rupem jurisdicundi vel etiam si in templo, tempestatis duritiei causa, ea fiat. Si dicasterii assessorum qvidam otium præsentiæ non habuerint, tum cujusvis eorum loco, duo illi viri legum exaudiant proclamationem, qvi ab iis, ut in dicasterii subselliis adsederent, recipiebantur. Ubi neutrum observatur, dicasterii assessorum negligentiæ reorum suffragia, si eadem æstate de jam proclamata lege disputatur, ne valeant; trium marcarum mulctam insuper ei luant, cujus causæ actio cæteris dicasterii assessoribus competit; ad rupem jurisdicundi dica dicenda est, qvinqve ejus, in qvem agitur, domicilii accolis (in testimonium) evocatis. Rupem vero jurisdicundi circumcirca assessores ex ordine collocet nomophylax, et eo non concedente qvi ibi resident trium marcarum mulctam luant.

Nu bioþa menn þau oscil lögsögomanni at lata hann eigi na seto sinni, eþr þa menn, er hann hefir einnefnda til þess at sitia at lögbergi meþ ser, oc varþar þat fiörbaugsgarþ, oc scal þat sökia sem aþra þings afglöpon.

Si qvi in nomophylacem tam perverse egerint, ut vel ipsum, vel qvos ut ad rupem jurisdicundi eocum adsiderent denominavit, a sedibus iis destinatis prohibeant, exilii tenentur, et velut de judicii perturbatione actio instituatur.

Þess er lögsögomaþr scylldr, at segia öllom þeim er hann spyria lögmal bæþi her oc heima, enn erat hann framarr scyldr at sacraþa viþ menn.

Tum hic (in comitiis), cum domi, omnibus, qvid justum sit, qværentibus nomophylax respondere obligatur; de causis vero instituendis consiliis ulterius juvare non tenetur.

Hann scal oc upsegia þingscöp huert sumar oc aþra þatto alla, sua at þeir verþi uppsagþir a III sumrom hueriom, ef meire lutr manna vill hlytt hafa. Föstodag inn fyrra i þingi, scal þingscöp avallt upsegia, ef menn hafa tom til at hlyþa. Þat varþar avalt III marca utlegþ lögsögomanne, ef hann leysir eigi af hende þau scil öll, er hann er scyldr til, at nauþsynialauso, oc a sa maþr þa utlegþ halfa er sökir, enn halfa domendr. Enn ef lögsögomaþr görir þau ofiöt nokor, er meire lutr manna vill kalla þingsafglöpon, oc varþar hanom þat fiörbaugsgarþ.

Þat er oc at a þui eino varþingi a hann utlegþir, er hann heyr sialfr.

Unaqvaqve etiam æstate formulas processuales proclamet, reliqvas vero legum sectiones ita, ut tribus qvibusvis æstatibus omnes absolvat, modo major foripetarum pars exaudire cupiat. Die jejunii, priori comitiorum, formulæ processuales proclamandæ sunt, si foripetæ ad exaudiendum vacent. Trium marcarum mulcta semper tenetur nomophylax, ubi muneris sui officia, absqve necessitate, non juste exeqvitur, cujus mulctæ pars dimidia actori, pars altera vero judicibus competit. Si vero nomophylax tantum nefas commiserit, ut foripetarum plurimi id pro judicii habeant perturbatione, luat exilium.

In vernalibus demum comitiis mulctas tantum capiat, qvæ ipse agit.

Þingskapa-þáttr.

I Capituli: Um fiorþungsdoma.

II Capituli: um lysingar.

III Capituli: at spyria at þingfesti manna.

IV Capituli: hvorso goþar scolo koma til þings.

V Capituli: um lögbergisgaungu.

VI Capituli: domruþning.

VII Capituli: um vattorþ.

VIII Capituli: bua-qvaþir.

IX Capituli: doma utfærslor.

X Capituli: um lutföll.

XI Capituli: bioþa at hlyþa til eiþspiallz.

XII Capituli: um framsögu sakar.

XIII Capituli: ef vattar sitia heima.

XIV Capituli: at qveþia igegn.

XV Capituli: ef buar sitia heima.

XVI Capituli: at ryþia qviþ.

XVII Capituli: um qviþburþe.

XVIII Capituli: um vattorþ imoti qviþ.

XIX Capituli: um vörn.

XX Capituli:

Sectio IIIa.

De judiciis ordinandis.

Titulus I: De qvadrantum judiciis.

II: de causarum denuntiationibus.

III: qværendum, cui qvis toparchiæ adscriptus sit.

IV: qvomodo prætores comitia (generalia) freqventent.

V: de aditione ad rupem jurisdicundi.

VI: judicum rejectio.

VII: de testimoniis.

VIII: vicinorum in veridicos evocationes.

IX: judiciorum sub dium deductiones.

X: de sortitionibus.

XI: ad juramentum exaudiendum invitatur.

XII: de causæ deductione.

XIII: si testes domi remanent.

XIV: viaticum et eqvum ab evocante exigere.

XV: si vicini evocati domi remanent.

XVI: veridicos reprobare.

XVII: de veridicorum effatis proferendis.

XVIII: de testimoniis in collisione cum effatis veridicorum.

XIX: de defensione.

XX:

XXI Capituli: um reifing.	*XXI: de recitatione (causarum).*
XXII Capituli: um domendr.	*XXII: de judicibus.*
XXIII Capituli: um veföng.	*XXIII: de judicum discessione in sententias.*
XXIV Capituli: um fimtardom.	*XXIV: de qvinionis judicio.*
XXV Capituli:	*XXV:*
XXVI Capituli: um domnefnr.	*XXVI: judicum denominationes.*
XXVII Capituli: at bioþa til lutfalla.	*XXVII: ad sortilegium invitare.*
XXVIII Capituli: um varnir.	*XXVIII: de defensoriis.*
XXIX Capituli: um feransdoma.	*XXIX: de bonorum occupandorum judiciis.*
XXX Capituli: um socn.	*XXX: de actione.*
XXXI Capituli: um doma.	*XXXI: de judiciis.*
XXXII Capituli: um feransdom.	*XXXII: (adhæc) de judicio bonorum occupandorum.*
XXXIII Capituli: heimilisfangsbuar.	*XXXIII: domicilii capiundi vicini (evocantur).*
XXXIV Capituli: beiþt fars fiörbaugsmanni.	*XXXIV: exuli peregrine commeatus expetitur.*
XXXV Capituli: ef eigi er attr feransdomr.	*XXXV: si bonorum occupandorum judicium non habetur.*
XXXVI Capituli:	*XXXVI:*
XXXVII Capituli:	*XXXVII:*
XXXVIII Capituli: um doma utfærslor.	*XXXVIII: de judicii sub dium deductione.*
XXXIX Capituli: um domendr.	*XXXIX: de judicibus.*
XL Capituli:	*XL:*
XLI Capituli: leiþarmal.	*XLI: constitutio de conventu promulgatorio.*
XLII Capituli: feransdomr.	*XLII: bonorum occupationis judicium.*
XLIII Capituli: um spellvirki.	*XLIII: de damno violento.*
XLIV Capituli: um goþa.	*XLIV: de prætoribus.*
XLV Capituli: um utlegþir.	*XLV: de pœnis pecuniariis.*

XLVI Capituli: ef eigi kömr fe fram.

XLVII Capituli:
XLVIII Capituli: beiþa feransdoms.

XLIX Capituli: um skoggangs-menn.
L Capituli: um handsöl.
LI Capituli: um stefnr.
LII Capituli: um scoggangsmans biörg.
LIII Capituli: um qviþo.
LIV Capituli: um abyrgþ hross.

LV Capituli:
LVI Capituli: um heimilisföng.
LVII Capituli: um heimilisföng presta.

LVIII Capituli: um þingfesti.
LIX Capituli: um göngomenn.
LX Capituli:
LXI Capituli: ef goþi ferr brott af landi.
LXII Capituli: um huat buar ero scylldir at bera.

XLVI: si pecuniæ (mulctatitiæ) non expenduntur.
XLVII:
XLVIII: ad judicium bonorum occupationis habendum provocare.
XLIX: de proscriptis.
L: de stipulationibus manufactis.
LI: de citationibus.
LII: de opitulatione proscriptis præstita.
LIII: de veridicorum effatis.
LIV: de eqvis commissis s. concreditis (aliorum curæ demandatis).
LV:
LVI: de domiciliis capiundis.
LVII: de domiciliis a sacerdotibus capiundis.
LVIII: de toparchiæ addictione.
LIX: de vagabundis.
LX:
LXI: si prætor e civitate emigrat.
LXII: de effatis, ad qvæ proferenda vicini obligati sunt.

Þingscapa-Þattr.

I. Capituli.

Um fiorþungsdoma.

Þat er mælt i lögum varum at ver scolom IIII eiga fiorþungs doma. Scal Goþi hverr nefna mann i dom er fornt goþorþ hefir oc fullt, enn þau eru full goþorþ oc forn er þing varo III i fiorþ-

Jus processuale.

Titulus I.

De qvadrantum judiciis.

Legibus nostris definitur, nos qvatuor (provincialia) qvadrantum judicia habere debere. Prætorum qvilibet, præturam tenens plenam & priscam, unum in judicium denominet. Plenæ vero & priscæ præturæ

ungi hverium, en Goþar III i þingi hveriu, þa varo þing oslitin.

Ef goþorþ ero smæra deilld oc scolo þeir sua til skipta er hlut hafa af fornum goþorþum, at sua se nefnt sem nu er talit, þa ero fiorþungs domar fullir.

* Þat er mælt at domar scolo i dag vera nefnuþir eþr raþnir, scal Goþi hverr nefna sinn þriþiungs mann i dom, nema hann hafi lögrettomanna lof til annars. Scal karlmann XII vetra gamlan eþr ellra nefna i dom, þann er fyrir orþi eþa eiþi kann at rada, frialsan mann oc heimilisfastan *). [Þann mann scal eigi nefna i dóm, er socnar aþili er, eþa varnar aþili, eþa hann hefir sök handselda eþa vörn handselda, sua at nu se buin til þings]. Þann mann scal eigi i dom nefna er eigi hefir mal numit i barnæsku a danska tungu, aþr hann hefir verit III vetr a Islandi eþa lengr.

Ef sa maþr lætr i dom nefnaz er nu var fraskiliþr, eþa selr hann anþrum manni sökina, af þvi at hann vill lata i dom nefnaz, oc verþr hann utlagr um þat III mörkum oc onytt mal hans, soknir

sunt, (qvales fuerunt) cum tres toparchiæ erant in qvavis qvadrante, tres vero prætores in qvavis toparchia; tum toparchiæ erant indivisæ.

Si præturæ minutius divisæ sint, præturarum priscarum partem tenentes ita ordinent, ut modo jam allato (judicum) procedat denominatio; tum qvadrantum judicia compleantur.

Præscriptum est hodie judicia & denominata & instita esse debere. Prætorum qvilibet, pro sua (toparchiarum) triente unum in judicium denominet, nisi dicasterii assessorum venia contrarium ei concedat. Vir duodecem vel plurium annorum, verbo & juramento prospicere potens, liber & domicilium habens legitimum, hoc in judicium denominetur. Actor defensorve causæ competens in judicium non est denominandus, nec qvi actionem defensionemve habet mandatam, qvæ jam ad comitia instructa sit. In judicium (demum) ne denominetur, qvi in pueritia lingvâ danica verba facere non didicit, priusqvam per tres hyemes vel diutius in Islandia moratus sit.

Si jam exceptus ad judicium se denominari faciat, vel alteri causam suam tradiderit ad judicium denominari ambiens, trium marcarum mulctam luat, et præterea causa ejus, sive actio sive defensio sit, re-

*) Uncis inclusa fragm. 341 omittit.

eþa varnir ef hann atti, nema hann geti þann qviþ at hann vissi eigi at sakar varo bunar a hönd hanom.

Ef goþi nefnir þann mann i dom er fra var skiliþr, eþa nefnir i annan dom enn hann hafi hlotit, oc er hann utlagr um þat hvarttveggia III mörkom oc or goþorþi nema hann geti þann qviþ at hann vissi eigi at hinn hefdi sök eþa vörn handsellda, eþa hann væri soknar aþili eþa varnar. At lögbergi scal stefna Goþanum, oc qveþia heimilis bua hans, oc a hverr at sekia þa sök er vill.

Goþi scal ganga i hamra skarþ oc setia niþr þar domanda sinn, ef hann vill dom nefna, oc nefna ser vatta II eþa fleiri. Nefni ec i þat vætti at ec nefni þenna þegn i dom, oc nefna hinn a nafn, at dæma um sakar þær allar, er her koma i dom þenna, oc lög skylda hann til um at dæma, oc byþ ec til sækianda oc sakar verianda at ryþia dom þenna, oc ann ec honom i setu i domi, nema lögrengþ rett komi til, þa fæ ek annan rettan i staþ hans ef hann er or numinn at laugum, oc qveþa a i hvern dom hann nefnir, oc nefni ec lögdom.

Domar scolo utfara þvattdag, oc vera uti til hruþningar unz sol kemr a þing-

probetur, nisi veridicorum adferat testimonium, (probans) eum causas in se instructas nescivisse.

Si jam exceptum in judicium denominaverit prætor, vel si in aliud, qvam debet, judicium denominat, utrumqve trium marcarum mulctam cum præturæ dispendio ei adfert, nisi veridicorum probet effato, se alterum actionem defensionemve mandatam habere, vel actorem defensoremve esse competentem non rescivisse. Ad rupem jurisdicundi prætori dica manifestetur domicilii ejus vicinis citatis, ipsaqve actio competit cuicunqve qvi voluerit.

Si judicium denominare voluerit prætor clivum rupium adiens, judicem suum considere faciat, duobus pluribusve testibus evocatis; hos in testimonium evoco (dicat) qvod hunc civem [eo nominato] ad judicium denomino, ut ille de omnibus causis judicet, qvæ hoc in judicium deveniant et de qvibus judicandi officium legibus ei injungatur. Actorem defensoremqve causæ ad hoc judicium reprobandum invito, denominatum vero judicio adsidere volo, nisi legitime rejiciatur, qvo in casu alium legitimum (assessorem) ejus loco comparo, si juxta legum præscripta (judicio) eximitur; ad qvod denominat judicium indicet, legitimumqve denomino judicium dicat.

Judiciorum assessores die lavacri (Saturni) exeant, et ad rejectionem (perficiendam) foris maneant donec sol, die domi-

völl*) [drottinsdag,] ef þa ma eigi ganga þurt i holminn.

nica, campo comitiorum illucet, si tum siccis pedibus in insulam non itur.

II. Capituli.
Um lysingar.

Menn scolo i dag oc a morgin lysa sacar þær allar er til fiorþungs doms scolo, enda er jafnrett at lysa annan dag viku ef menn vilia þat i þingsköpum hafa. Oc sva ef menn vilia lysa um tiundarmal, þeir menn er til þeirrar soknar ero teknir eþa aþilar eru eþa þeir er af þeim hafa tekit, þa scolo þeir menn eigi hafa siþarr lyst enn nu er talit. En aþrir menn eigu at lysa um tiundarmal unz domar fara ut.

Ef maþr vill lysa sök a hönd manni hann scal nefna ser vatta III eþa fleiri. Nefni ec i þat vætti at ec lysi söc a hönd honom, oc nefna hinn a nafn oc qveþa a sökina, oc sva hvat hann telr honom varþa. Hann scal lysa at lögbergi sua at meiri lutr manna se hia oc lögsögomaþr oc lysa löglysing oc handselda sök ef sua er oc lysa til fiorþungs doms. Geta scal þess ef su er sauk er hann lysti fyrir**) sumar.

Titulus II.
De causarum denuntiationibus.

Hodie et cras omnes denuntientur causæ, qvæ in qvadrantis judicium parantur; æqve etiam legitimum est secundo hebdomadis die causas denuntiare, si in modum procedendi forensem hoc recipere placuerit. Si adhæc causas de decimatione illi denuntiare velint, qvi ad has agendas assumti vel competentes actores sunt, ut et qvi ab iis mandatas receperunt, ne posterius, qvam nuper memoratum est, denuntiatio perficiatur; alii vero decimarum causas denuntient, judicia donec exeunt.

Si qvis alteri litem denuntiare voluerit, tres pluresve testes evocet; hoc in testimonium (vos) provoco (inqviat) qvod litem illi, (qvem nominat,) denuntiem; genus causæ et qvalem reatum ei intendat, dein declaret. Ad rupem denuntiet jurisdicundi, plurimis foripetis ut et nomophylace præsentibus. Legitima denuntiandi formula, causamqve mandatam, si fuerit, et in (certum) qvadrantis judicium, denuntiet. Si hæc causa æstate priori denuntiata fuerit, id memorandum est.

---

*) Fragmenta 339 & 341 omittunt: drottinsdag.

**) pro fyrir ante, legendum videtur fyrra priori.

III. Capituli.

At spuria at þingfesti manna.

Menn eigu at spyria at þingfesti manna þeirra, er menn vilia sökia her a þingi, oc spyria i dag eþa a morgin ef menn vilia dom ryþia, enda er rett at spyria unz domar fara ut til soknar.

Sa maþr er hann vill vita þingvist annars hann scal nefna ser vatta. Nefni ec i þat vetti, scal hann qveþa, at ec spyr bönþr alla i heyranda hlioþi at laugbergi hverr löggriþ hafi handsalat N. N., er mic þat undir frett þeirri, at ek vil vita hveria bua ec scal qveþia til sakar þeirrar, er ec hefi höfþat a hönd honom; spyr ec lögspurning. Hann scal nefna vatta at svörum þeim er verda.

Ef maþr gengr viþ heimilisfangi þess mannz er hann spurþi at, oc sua þott engi gangi viþ. Hann scal enn nefna vatta i þat vetti at ec spyr Goþa alla i heyranþa hlioþi at lögbergi, hverr ser kenni N. N. at þingmanni eþa þriþiungsmanni, er mic þat undir frett þessi, at ec vil vita i hvern fioþungs dom ek scal sækia söc a hönd honom; spyr ec lögspurning. Hann scal nefna vatta at svörum þeim er verþa. Enn ef maþr gengr viþ þingfesti þess mannz er at var spurt, þa a hann at segia i þann dom sök sina, er sa Goþi er i

Titulus III.

Qværendum, cui qvis toparchiæ adscriptus sit.

Qværendum est cuinam toparchiæ illi sint adscribendi, in qvos his in comitiis qvis agere vult; hodie et cras qværendum est, si judices rejicere voluerit actor; legitime etiam, judicia donec ad agendas causas exeunt, hæc qvæstio profertur.

Si qvis alterius toparchiam domesticam scire cupierit, testes evocet; ad hoc, dicat, testimonium ferendum provoco, qvod colonos omnes, in præsentium silentio, ad rupem jurisdicundi qværo, qvi legitimam mansionem stipulaverit N. N.? Hac qvæstione id volo, qvod scire optárim, qvosnam vicinos colonos evocem in causa, qvam in eum suscepi. Formulá qværo legitima. De responsis, qvæ redduntur, testes antestetur.

Si qvis ejus, de qvo qværitur, legitimum agnoverit domicilium, et itidem si nemo agnoverit, (qværens tamen) iterum in id testimonium (proferendum) testes evocet, qvod, (dicat), prætores omnes in præsentium silentio ad jurisdicundi rupem qværo, qvinam N. N. pro suæ toparchiæ vel sui trientis incola agnoscat? Hac qvæstione id volo, qvod scire optarim, in qvo qvadrantum judicio in eum mihi agendum sit. Formulá qværo legitima. De datis responsis testes antestetur. Siqvis vero, ejus de qvo qværitur, toparchiam domesticam agno-

fiorþungi, er i gegn geck þingfesti hans. Hann a þann goþa at qveþia XII qviþar, ef su sök er, er XII qviþr kemr til, þo er rett at hann spyri hann sialfan at griþfangi sinu oc þingvist sinni, oc verþr þat jafnfullt sem þa er Goþi gengr viþ þingfesti hans. Rett er at Goþi gangi viþ þingfesti hans, meþan eigi eru hlutaþar framsögur saka, enda se eigi aþr qvatt XII qviþar, enda er jafnrett at ganga viþ þingfesti mannz meþ vatta, þott eigi se at lögbergi, ef hann fiþr hinn sialfan.

Ef maþr hefir spurt mann heimilisfangs oc þingvistar i heraþi, oc þarf eigi sa spyria a þingi, þess mannz þingvistar, er hann spurþi vellaust i heraþi.

Ef maþr hefir stefnt manni fyrir fardaga þeirri sök er XII qviþr fylgir, oc hafi hann eigi spurt hann þingvistar i heraþi, enda se stefnt at heimili hans, þa scal hann spyria þingvistar hans a þingi, um þann fiorþung er sa atti heimili þa er hann stefndi, oc spyria goþa alla at lögbergi, hverr ser kendi þann mann fyrir fardaga at þingmanni eþa þriþiungsmanni; er mik þat undir frett þeirri, at ec vil vita hvern goþa ec scal

verit, in ejus qvadrantis judicium causam suam denuntiet, (actor) in qvo prætor, toparchiam domesticam agnoscens, habitat. Ab eodem prætore dodecadem postulet veridicorum, si causa sit cui dodecas veridicorum adhibeatur. Justum attamen erit ipsum, tum de domicilio suo legitimo cum toparchia domestica, qværere, qvod idem juridicæ certitudinis adfert, ac si prætor ejus toparchiam domesticam agnoverit. Prætor domesticam ejus toparchiam juste agnoscit, causarum enarrationibus nondum sortitis, si modo dodecas veridicorum non antea evocata sit. Pari modo recte se habet, testibus adhibitis, qvamvis non ad rupem jurisdicundi, alicujus toparchiam domesticam agnoscere, si nempe ipsum offenderit.

Si qvis alterum de domicilio ejus legitimo ut et toparchia domestica in tribu qvæsiverit, non necesse habet in comitiis (generalibus) de hujus toparchia domestica qværere, modo sine dolo in tribu qvæsitum sit.

Ubi qvis alterum ante dies migrationis, de causa cui dodecas veridicorum adhibeatur, citat, nec in tribu de citati toparchia domestica qvæsitum sit, sed ad ejus domicilium legitimum tamen citatum, tum in comitiis (generalibus) de ejus toparchia domestica qværat, circa qvadrantem in qvo cum citatus erat habitabat; ad rupem jurisdicundi omnes prætores qværat, qvinam eorum, ante dies migrationis, hunc pro suæ toparchiæ vel sui trientis incola agnoverit? Hac

qveþia XII qviþar um sök þa, er ec hefi stefnt honom. Spyr ec lögspurning.

(dicat) *qvæstione id volo, qvod scire optarim, qvemnam prætorum ad dodecadem veridicorum præstandam provocem in causa de qva eum citavi; formulâ qværo legitima.*

Hvarvetna þess er maþr spyrr lögspurningar annan, eþa sva þo at hann spyri fleiri, þa scal maþr nefna ser vatta at spurningu oc at svörunum oc sva þo at öngu se svarat.

Ubicunqve unus alterum legitimâ formula adhibita qværit, et si plures eodem modo qvæsiverit, de facta qvæstione datisqve responsis testes antestetur, ut et, si nullum responsum reportat.

Um sakar þær er menn lystu fyrra sumar hingat til soknar, eþa stefndu fyrir fardaga sva at þeir vissu eigi heimili, þar scal at þvi spyria, hverr ser kendi þann mann fyrra sumar at þingmanni, nema hann spyrþi þa.

In causis qvæ æstate priori, hic (in comitiis generalibus) agendæ denuntiabantur, vel etiam ubi citantes ante dies migrationum, citati domicilium nesciverunt, qværendum est, qvi æstate priori hunc pro suæ toparchiæ incola agnoverit, nisi tum qvæsitum sit.

Þar er eigi er viþgengit þingfesti mannz, scal sökina segia i þann fiorþungs dom sem aþilinn er i fiorþunginum.

Toparchia alicujus domestica ubi non agnoscitur, causa edenda est in judicio qvadrantis, qvem actor competens inhabitat.

Ef eigi er gengit viþ heimilisfangi mannz þess er bua qviþr fylgir sökinni, þa scal qveþia til heimilisbua þess, er aþili var frumsakarinnar. Oc sva þar er eigi er gengit viþ þingvist mannz eþa heimilisfangi, eþa sva ef maþr svarar eigi, þar er maþr er sialfr spurþr, eþa sva þo at hann svari lögvillu, enn þat er lögvilla ef maþr svarar öþru enn er, eþa þegir hann viþ. Ef maþr er spurþr þingvistar oc svarar hann öþro enn er, oc varþar þat utlegþ, enda er rett at qveþia þann mann XII qviþar er hann lætzc vera i þingi meþ, enda scal dæma sva sem a

Ubi legitimum alicujus domicilium non agnoscitur in causa, cui vicini veridici adhibeantur, ejus domicilii vicini sunt evocandi, qvi actor fuit competens causæ principalis. Idem obtineat ubi cujusvis toparchia domestica vel domicilium legitimum non agnoscitur, vel si ipse interrogatus non responderit, vel si in respondendo tricas forenses adhibuerit. Pro tricis vero forensibus habeatur si a vero abhorrens responsum reddiderit, vel interrogatus tacuerit. Si qvis de toparchia sua domestica interrogatus a vero alienum responderit, pœnam pecuniariam luat; et juste tum etiam ab eo

hann se borinn qviþrinn ef hinn heldr, hvartz hinn fiþr viþ at hann se eigi þar i þingi eþa letzk hann eigi hafa goþorþ.

Þar at eins er þaurf at spyria i annat sinn at þingfesti mannz, ef hann hefir spurt hann fyrir þing, enda komi sa eigi til þings er hann qvaz vera i þingi meþ, eþa i gegn geck ef hann spurþi it fyrra sumar, þa a hann at spyria hverr meþ goþorþ þat fari.

Ef menn hafa eigi gengit viþ þingfesti þess mannz, er at var spurt, fyrr enn domar fari ut, eþa viþ heimilisfangi, eþa sva ef maþr svarar einugi þar er hann er spurþr sialfr, eþa sva þott hann svari lögvillu, enda vili hann þat hafa til varnar fyrir sik, enn hinn segi i annan dom sökina enn koma eigi, eþa annar goþi beri XII qviþ um hann, enn sa er i þingi meþ, eþa eigi hafi hans heimilisbuar borit um hann, ef sa atti til at koma: þa scal sökiandinn lata bera vetti þat i dom þann er sökin er i sott, er hann spurdi at þingfesti hans eþa at heimilisfangi, enn þau aunnur er hann

dodecas veridicorum postulatur cujus toparchiæ se inesse simulat, qvi si veridicos suppeditare negaverit, causa judicanda est, qvasi veridici reatum (accusato) injunxissent, (prætor) qvamvis eum vel suæ toparchiæ non inesse, vel seipsum præturam non tenere prætenderit.

In unico tantum casu, vice secunda, de cujusvis toparchia domestica qværere opus est, si nempe eum (accusatum) ante tempus comitiorum qvæsiverit (actor), ille vero, cujus toparchiæ se inesse prætendit, in comitiis vel non apparuerit, vel æstate superiori ab actore interrogatus, negaverit; his enim casibus qværendum est, qvi præturam gerat absentis.

Si non prius qvam judices exeunt, ejus, de qvo qværitur, vel toparchia domestica vel domicilium legitimum agnoscuntur: itidem si ipse interrogatus vel nihil responderit, vel tricis forensibus responsum involverit, sibi in defensionem id exceptionis captans, alterum causam judicio, cui non inferri debuisset intulisse, aliumve prætorem, qvam illum cujus toparchiæ inest, dodecadem veridicorum præstitisse, vel (tandem) sui domicilii vicinos, si adhibendi fuissent, testimonium non exhibuisse: actor, judicio, in qvo causa agitur, inferri faciat testimonium, se de ejus vel toparchia domestica vel domicilio legitimo qvæsivisse, et adhæc testimonia qvæ nuncupavit (ut

nefndi, at eigi var viþgengit, eþa sva ef hann hefþi nefnt, at lögvillonni.

Ef maþr spurþi at þvi hvar hann er i þingi, oc veit hann eigi, oc svarar hann sva rett at hann svari at ec em a vist meþ honom, oc nefna buandann. Ef maþr er spurþr at þvi hvar hann er i þingi oc eigu fleiri menn goþorþ þat, er hann fylgir, enn einn, oc svarar hann þo rett at hann svari sva, at ec em i þingi meþ*) þeirra sem goþorþ hefir, oc nefna þa er lut eigu i þvi goþorþi. Ef goþi gengr viþ þingfesti hans þa er hann er spurþr, enn hinn se eigi i þingi meþ honom, oc er hann um þat utlagr III mörkom oc or goþorþinu, nema hann geti þann qviþ at hann hefþi þar verit i þingi, oc væri sva farinn a braut at hann vissi eigi, þa versk hann sökinni. Ef Goþi dylsk viþ þingfesti þess mannz er i þingi er meþ honom, oc verþr hann utlagr um þat III mörkom oc or goþorþi sinu, nema hann geti þann qviþ at hinn hafþi sva farit i þing at goþin vissi eigi.

Lysa scal til framfærslo omaga meþan domar eru uti.

probarent) neminem hæc agnovisse, vel eum qvæsitum tricis forensibus respondisse.

Siqvis ab altero, cui toparchiæ insit, interrogatus id nesciverit, juste respondit si regesserit: mansio mihi est cum eo colono, qvem nominet. Siqvis, cui toparchiæ insit interrogatur, unoqve plures præturam, qvam seqvitur tenuerint, justum ei erit respondere: cum eorum [qvopiam] qvi præturam tenet, toparchiam habeo domesticam; nominet simul, qvibus pars præturæ competat. Si prætor interrogatus toparchiam ejus domesticam agnoverit, prætoris vero toparchiæ revera non insit, trium marcarum mulctâ cum præturæ dispendio tenetur prætor, nisi veridicorum adferre qveat effatum, (probans) eum (de cujus toparchia domestica qværitur) allatæ toparchiæ infuisse, et se insciente emigrasse; tali modo reatum effugit. Si toparchiam alicujus domesticam dissimulaverit prætor, in eadem qvamvis cum eo habitet toparchia, trium marcarum mulctam sibi contrahit cum præturæ dispendio, nisi veridicorum probet effato, alterum prætore insciente in præturam se contulisse.

Judicia dum foris manent, invalidorum alimentatio denuntietur.

*) Ba addit: noccorom qvopiam.

IV. Capituli.

Hvorso Goþar scolo koma til þings.

Goþar allir scolo koma til þings V dag vikn er X vikur eru af sumri, aþr sol gangi af þingvelli, enn ef þeir koma eigi sva, þa eru þeir utlagir, oc af goþorþi sinu, nema nauþsyniar beri til ef þeir koma eigi.

Samþings Goþar eigu at raþa þvi hverr meþ goþorþ scal fara, oc upptaka, þriþiungs manna þess Goþa er heima sitr. Þingheyiendr scolo koma enn V dag viku til þings oc fara til buþar, meþ þeim Goþa, er þeir eru i þingi meþ, oc scal hverr þeirra hafa tialld um þvera buþ, þa scal hverr þeirra taka þingfarar kaup, enn gialda eigi, enda er hverr þeirra þingheyiandi, bæþi um sin mal oc annara manna. Goþinn er þa skyldr at fa honum buþar rum; ef hann fær honum eigi oc varþar þingmanninum eigi viþ lög at hann fari til annarrar buþar, oc a hann þo at heimta þingfarar kaupit.

Nu kemr maþr eigi til aundverz þings, enda komi hann drottinsdaginn fyrra i þingi, oc er sa þo þingheyiandi, bæþi um sin mal oc annara manna, oc scal hann eigi giallda þingfarar kaup,

Titulus IV.

Qvomodo prætores comitia (generalia) freqventent.

Prætores omnes ad comitia (generalia) veniant qvinto hebdomadis die, et decem æstatis hebdomadibus præterlapsis, anteaqvam sol campum comitiorum relinqvat. Si tali modo non veniant, mulctâ tenentur, præturæ cum dispendio, nisi necessitates subsint, cur stato tempore non compareant.

Ejusdem toparchiæ prætores definiant, qvinam incola e triente prætoris domi remanentis, præturam ejus sustineat, suscipiatqve. Comitia agentes, qvinto hebdomadis die in comitiis appareant, prætorisqve, cujus toparchiæ insunt, petant tentorium; velum per transversum tentorium qvisqve eorum habeat; (si ita comparuerit) eorum qvisqve profectionis comitialis mercedem capiat non solvat, justeqve agunt comitia tam qvoad causas proprias qvam alienas. (Sic venienti) prætor in tabernaculo spatium concedere tenetur, qvod si non concesserit, incola toparchiæ legis violatæ non reus erit, ad aliud tentorium qvamvis se contulerit, mercesqve profectionis comitialis ei tamen postulanda.

Ad initium comitiorum siqvis non venerit, sed die dominica comitiorum temporis priori appareat, hic qvoad causas tam proprias qvam alienas comitia juste agit, mercedem vero profectionis comitialis nec sol-

enda scal hann eigi taka, oc scal hann eigi fara af þingi fyrir þinglausnir, nema lofat se; ef hann ferr, oc varþar honom fiörbaugsgarþ. Rett er hann taki þingfarar kaup ef hann gengr i doma eþa berr qviþo. Rett er at nefna þa menn i dom er til þings koma fyrr enn domar eru nefndir.

Þeir menn allir er sakar hafa at sækia eþa veria, eþa menn ero qvaddir þingfarar, at þeir scolo koma drottinsdag inn fyrra i þingi. Ef þeir koma eigi sva, þa eru onytar sakar þeirra, oc sva varnir þær er þeir bera fram, enda virdaz einkis vætti þau er þeir bera, ef þeir voru heiman qvaddir.

Ef maþr kemr siþarr enn drottinsdag inn fyrra i þingi, oc er sa eigi þingheyiandi, hvartki um sin mal ne annarra manna, oc scal hann riþa af þingi þa er hann vill, oc scal hann giallda þingfarar kaup enn eigi taka.

Menn scolo svo gialda þingfarar kaup sem þeir eru asattir i þriþiungi hverium viþ goþann. Þingheyiendr scolo eigi vera um nott af þingi eþa lengr. Þa eru þeir af þingi er þeir eru or þingmarki.

Fara eigo menn um daga at leita hrossa sinna, sva at eigi dveli þat gögn fyrir maunnum eþa domnefnu fyrir Goþum, ef hann vill þa i dom nefna, eþa

vat nec capiat; comitia ante eorum solutionem ne derelinqvat, nisi ei concessum fuerit, si vero discesserit, exilii tenetur; comitialis profectionis mercedem juste capit, si vel judicis munus subierit vel veridici effatum elocutus sit. Judiciis nondum denominatis qvi in comitiis apparent, ad judicia juste denominantur.

Omnes qvi causas vel agendas habent vel defendendas, aliive ad comitialem profectionem provocati ut die dominica priori comitiorum appareant (definitum est legibus); tali modo si non apparuerint, actiones eorum et defensiones repudiantur, nec si domo sint evocati, testimonia ab iis prolata ullius pretii habentur.

Siqvis serius qvam die dominica comitiorum priori apparet, nec qvoad proprias nec qvoad alienas causas juste agit comitia, qvæ, cum placuerit, derelinqvat, mercedemqve profectionis comitialis solvat non capiat.

Merces profectionis comitialis expendatur ab unoqvoqve, prout inter eum prætoremqve in qvovis triente convenerat. Comitia agentes per noctem vel diutius a comitiis ne absint; a comitiis eos abesse censendum est, cum comitiorum excedunt territorium.

Interdiu eqvos suos ita qvæsitum eant foripetæ, ne causarum auctoritates proferendæ retardentur, prætorumve (impediatur) in judicia denominatio, ubi absentes ad

hafa þa i noccorum lögscilum meþ ser. Enn ef þeir fara, oc er þat þings afglöpun oc varþar fiörbaugsgarþ. Böndr eru þingheyendr oc goþar oc þeir menn er þingfarar oc gagna eru heiman qvaddir.

Ef þingheyiendr fara eigi til buþar meþ Goþa þeim er þeir eru i þingi meþ, oc vill goþinn sækia þa um, oc scal hann stefna honom at lögbergi oc lata varþa III marka utlegþ oc stefna þar til doms. Ef hinn reþr at hlaupa or þriþiungi Goþans, fyrir þat er hann var sottr, þa varþar honom III marka secþ viþ goþann, oc scal þeirri sök stefna heiman, oc qveþia heimilis bua V a þingi þess mannz er sottr er, hvart sem hann föri af þvi a braut eþa eigi.

V. Capituli.

Um lögbergisgaungu.

Ver scolom fara til lögbergs a morgin oc færa doma ut til hruþningar, sva it siþarsta, at sol se a giabamri enum vestra or lögsögumannz rumi til at sia a lögbergi. Lögsögumáþr scal fyrstr utganga ef hann hefir heilindi til, þa eigu Goþar at ganga meþ domendr sina ef þeim er meinalaust, ella scal hverr þeirra geta mann fyrir sik; þa scal goþi setia nidr

judicia denominare vel aliis legitimis modis secum eos adhibere voluerint. Si nihilominus abierint foripetæ, pro judicii perturbatione habendum est, et exilio puniendum. Tam coloni qvam prætores, aliiqve ad profectionem comitialem, auctoritatesve causarum proferendas domo evocati, juste agunt comitia.

Comitia agentes ad prætoris, cujus toparchiæ insunt, tentorium si non venerint, prætorqve in eos hac de causa agere voluerit, ad jurisdicundi rupem reum citet, trium marcarum mulctam ei intendens; citatus si e prætoris triente eam ob causam aufugere paraverit, qvod in eum agebatur, trium marcarum mulctam prætori expendat; hæc causa domo citetur, et ejus, qvi citatur, domicilii vicini qvinqve in comitiis evocandi, (qvi probent) an hanc ob causam trientem reliqverit, nec ne.

Titulus V.

De accessione ad rupem jurisdicundi.

Cras rupem adeamus jurisdicundi, et ad reprobationem judicia efferamus, serissime cum sol, e nomophylacis ad rupem jurisdicundi sede, occidentali chasmatis rupi superinstare videtur. Omnium primus, nisi adversa valetudo prohibeat, exeat nomophylax. Prætores tum, suis stipati judicibus exeant, si iis sit possibile; alias eorum qvivis suo loco alterum substituat.

domanda sinn, oc scal hvers þeirra forraþ jafnrett er þa er tiltekinn. Lögsögumaþr scal raþa oc at qveþa hvar hvergi domr scal sitia, oc scal lögsögumaþr lata hringia til doma utfærslu.

Þeim er rett sakar at sækia oc veria er her eru komnir drottinsdag, inn fyrra i þingi, enn öngum þeim er siþarr kemr, nema þeir atburþir verþi at sakar gerþiz sva siþarliga eþa uppqvemi, at þeir mætti eigi komaz fyrr til þings, enn eptir drottins daginn, oc verþa þeir menn þo saka sækiendr oc þingheyiendr um þau mal öll, er þeir höfdu meþ at fara, ef þeir qvomu sva snemma, at *) ganga mætti fyrr til qveþia enn domar feri ut. Þeir eigu eigi doma at ryþia um sin mal.

VI. Capituli.

Domruþning.

Sa maþr er hann vill dom ryþia hann scal ganga þar at er sa maþr sitr i domi, er hann vill ur ryþia, oc mæla sva at hann heyrþi eþa Goþi sa er hann nefndi i dominn; enn ef hvargi þeirra er þar, oc er honom þo rett at mæla ruþningar malum, þars hann hyggr at sa maþr hafi

Prætor deinde judicem suum considere faciat, et substitutorum (hac de re) dispositio, non minus (qvam ipsius prætoris) justa habeatur. Ubi judicia sedeant destinare et definire debet nomophylax, qvi etiam ad judicia efferenda, tintinnabulo signum dari faciat.

Causas juste et agunt et defendunt, qvi hic, die dominica comitiorum prima comparuere, nemo vero serius adveniens, nisi accidat, causas tam serò vel evenire vel manifestari, ut prius qvam die dominica jamjam præterlapsa, comitiis interesse non possint; tum nihilominus justi causarum omnium qvas ipsi tenent actores erunt, et (circa eas) comitiis intersunt, modo tam mane appareant, ut judiciis nondum eductis causarum auctoritates conqvirere possibile sit. Suarum causarum respectu judices ne reprobent.

Titulus VI.

Judicum rejectio.

Qvi judices reprobare vult, locum accedat, ubi in judicio sedet rejiciendus, eo, vel etiam prætore, qvi eum in judicium denominavit, exaudiente, verba faciens. Horum neuter si adfuerit, juste tamen rejiciendi formulas pronuntiet, ubi judicio eximendum sedisse opinatur, causamqve ulte-

*) Pro ganga lego gagna, prius enim absurdum est, qvamvis in omnibus B notatis Codicibus ut et fragmentis 339 et 311 inveniatur.

setit, er hann vill or domi ryþia, oc verþr honom þo rett at fara þvi mali, þott hann kynni valla þar at jafnt er rum hins hafþi verit. Saka sökiendr oc veriendr saka scolo dom ryþia ef þeir vilia oc vinna eiþa at.

Ef maþr vill dom ryþia oc scal hann nefna ser vatta. Nefni ec i þat vætti at ec vinn eiþ at † lögeiþ, oc segi þat guþi, at ec man sva rengia mann or domi, sem ec hygg sannast oc rettast oc hellzt at logum. Ef hann (vill) eigi optarr eiþ vinna, þa scal hann þat lata fylgia, at ec mun sva sakar sökia, scal hann qveþa, oc veria oc vitni oc vætti bera, oc aull lögmæt skil af hendi leysa, þau er unþir mik koma meþan ec em a þvisa þingi.

Maþr scal hefia frændsemis tölu at bræþrum eþa at systkinum, eþá at systrum oc scal telia knerunnum, unz þar kemr er sa maþr er, er i domi sitr, oc sa maþr er þar er aþili er soknar eþa varnar. Ef sa maþr talþi frændsemi er firnari er aþilia sacar eþa varnar aþilia enn næsta bræþra, þa þarf hann eigi annarra manna at leggia undir þegnskáp sinn at sanna frændsemis tölu. Ef maþr telr sva at hann var einn eþa annarr, oc er hinn eigi þa skylldr at risa or domi. Ef maþr telr rangt eþa berr liugvitni a alþingi oc

rius proseqvi ei justum erit, qvamqvam vix eo usqve devenerit, ubi rejiciendus sedem habuit. Causarum tam actores qvam defensores, judices pro lubitu (juxta legum præscripta) reprobent, juramentis (calumniæ) tamen antea functi.

Judices reprobare qvi vult testes nuncupet; hoc ad testimonium exhibendum antestor (dicat) qvod ad crucem juramentum præsto, lege definitum juramentum, Deoqve profiteor, me, qvam opinor verissimè, justissime et legibus convenientissime e judicio qvendam remoturum esse. Si jusjurandum sæpius præstare noluerit, his subjungat: me, dicat, (promitto) eodem modo causas acturum et defensurum, testimonia et veridicorum effata prolaturum, et omnia justa judicialia, qvæ ad me, dum his in comitiis moror, pertinent, absoluturum.

Cognationis computus a fratribus, vel a fratribus et sororibus, vel a sororibus incipiatur, et per genua numerandum est, donec devenitur ad eum qvi adsidet judicio, eumqve qvi ibi causæ est actor defensorve competens. Si cognationis computator, remotiori qvam consobrini filii gradu cum actore vel defensore competente conjunctus sit, alterius non indiget, qvi, ad computum cognationis probandum, existimationem suam civilem interponat. Si computans, eum unum alterumve fuisse dicat (ɔ: in certum cognationis gradum adferat) judicio adsidens surgere non tenetur. Siqvis in

varþar þat skoggang. Viþ þa scal ryþia er sakar aþilia ero.

Rett er at hverr er vill qveþi biargqviþa þeim manni er fyrir söcum er hafþr, ef sa er eigi a þingi, oc hafi sa eingum manni selda vörn fyrir sik. Eigi (scal maþr) dom ryþia sa er eigi hefir vörn tekna af þeim er sottr er, enn ryþia scal hann qviþu alla sem hann vill.

Jafna rauþning eigo hvarirtveggio þeir (er) sekia oc hinir er veria. Næsta bræþra eigo upp at risa or domi, oc nanari menn at frændsemi oc at söcum, oc namagar III. Ef maþr a dottur manz eþa systur eþa moþur, hvarr sem annars frændkonu a, sa maþr er i domi sitr eþa aþili. Guþsifia III eigo or domi at risa, ef annarrtveggi hefir halldit auþrum undir primsignun, eþa undir vatn, eþa undir byskups hönd; eigi scal ryþia at guþsifium viþ sialfan sik. Menn scolo nefna ser vatta at þvi vetti, at ec legg þat undir þegnscap minn at su er frændsemis tala sönn oc rett meþ þeim, oc nefna þa baþa er or domi scal ryþia oc aþilia. Ef hann

comitiis generalibus vel mendose cognationem computaverit, vel falsum protulerit testimonium, proscriptionis pœnam luat. Eorum, in reprobatione judicum, respectus habeatur, qvi causarum vel actores vel defensores sunt competentes.

Juste, qvicunqve voluerit, ad eum defendendum evocat veridicos qvi incusatur, si nec ipse in comitiis adsit, nec alteri cuidam sui defensionem mandaverit. Judices ne reprobet, qvi defensionem ab incusato mandatam non accepit, veridicorum vero semper eximat qvemcunqve voluerit.

Jus reprobandi actori et defensori æqve competit. Consobrinorum filii et propinqviores qvoad tam cognationem qvam causas judicio exire tenentur; tres insuper affines proximi cum qvis nempe alterius filiam, sororem vel matrem uxorem duxit; (perinde valebit) qvinam alterius cognatam habeat, qvi adsidet judicio vel actor defensorve competens. Cognatorum spiritualium tres judicio sunt eximendi, si (nempe) unus alterum sub primam christianismi signationem, vel aqvam lustricam, vel manum episcopi susceperit. Sui ipsius respectu cognationis spiritualis causa (judices) nemo reprobet. Testes sunt nuncupandi; hoc ad testimonium ferendum (vos antestor, dicat,) qvod per civilem meam existimationem assevero, allatum eorum cognationis computum verum et justum esse, utroqve nominato, eximendo scilicet et actore defensoreve competente.

ryþr at mægþum: at ec legg þat undir þegnscap minn, at su mægþ er meþ þeim, at hann a þa konu eþa atti er ec vissa; þa verþr honom þo þegnscapar lagning rett at hinn se skiliþr viþ konuna, enda erat honom þa skyllt at risa or dominum. Þar er maþr vill ryþia dom at guþsifium, oc scal hann þat þar undir þegnscap sinn leggia hveriar guþsifiar meþ þeim ero aþilia oc domanda, oc nefna hvarn þeirra. Ef at sökum scal dom ryþia, hann scal telia frændsemi meþ þeim er i domi sitr oc meþ veganda oc meþ aþilia oc hinum vegna, oc leggia þat undir þegnscap sinn at su er frændsemis (tala) sönn oc rett meþ þeim hvarumtveggiom er nu er talit, enn þær sakar meþ þeim aþilia oc hinum er i domi sitr oc nefna hvarntveggia þeirra a nafn. Viþ þann mann scal at sökum ryþia er körinn er til veganda at laugum, enn eigi viþ fleiri menn, þott at vigi hafi verit. Ef sa er eigi rettr teliandi er undir þegnscapinn lagþi, þa scal hann hafa II menn aþra er þat legþi undir þegnscap sinn, at su er frændsemis tala sönn oc rett er hinn talþi oc nefna hann. Sannaþar menn scolo eiþa vinna, þa er þegnscapar lagning eigo at fylgia. Scal sva sannaþar mann vanda at frend-

Si affinitatis respectu judices reprobaverit, meam, dicat, civilem interpono existimationem, hanc eos affinitatem intercedere, qvod ille hanc uxorem habeat in matrimonio, vel, qvantum nuperrime mihi innotuit, habuerit; talis ei asseveratio justa erit, alter qvamvis ab uxore divortium jam fecerit, in qvo casu tamen reprobatus e judicio surgere non tenetur. Siqvis cognationis spiritualis respectu judices reprobare voluerit, per civilem suam asseveret existimationem, judicem (removendum) actoremqve vel defensorem competentem, utrisqve nominatis spiritualem cognationem intercedere. Si causarum respectu reprobatio instituatur, cognationem inter eum qvi adsidet judicio et occisorem, inter actorem competentem et occisum computet, per suam civilem asseverans existimationem, jam allatum cognationis computum inter utrosqve verum et justum esse, hasqve (memoratas) causas inter actorem competentem et judicii assessorem (removendum), utroqve nominato, versari. Qvoad causas, ejus tantum, in rejectione instituenda, respectus habeatur, qvi juxta legum præscripta in occisorem electus est, non vero plurium respectu, cædi qvamvis interfuissent. Ubi civilem suam existimationem interponens non justus est cognationis computator, duos alios adhibeat, eodem modo asseverantes, cognationis computum, ab altero, qvem nominet, allatum, verum et justum esse. Cog-

semi viþ aþilia, at þeir se firnari enn næsta bræþra; hann a at nefna vatta at ec nem þik or domi, oc nefna hann, af þvi at nu er laugrengþ rett til komin, oc qveþa a hvart hann nemr hann or sinu ornami eþa annars mannz. Ef hann vill eigi or domi risa, oc vill þo sitia kyrr, oc er þat þings afglöpun oc varþar þat fiörbaugsgarþ.

Þa scal hann veria honom lyriti i setuna; ef hann goþinn hefir eigi sialfr aheyrt a hruþning hans, ne sa er or er ruddr, þa scal ganga til buþar goþans oc segia honom þat at hann hefir rengþann þriþiungsmann hans or domi, oc qveþa a dominn, oc nefna hinn a nafn, oc nefna föþur hans eþa moþur. Ef goþinn vill eigi trua, at hann hafi hann rett rengþan, þa er ryþiandinn skylldr at mæla þeim malum öllum fyrir goþanum, er hann mælti þa er hann ruddi hinn or domi, nema hann þurfi eigi eiþ at vinna. Ef hann nair eigi at ganga i buþ inn þa scal hann mæla fyrir buþar durum sva at hinir heyri inn. Ruþningar malum scal mæla þar er þeir koma framarst ef þeir na eigi at ganga til buþar. Ef þeir ganga i buþ inn; oc eigu menn viþ þa lyrit

nitores juramenta, ad asseverationem per civilem factam existimationem pertinentia præstent. In cognitore eligendo, qvoad ejus cum actore vel defensore competente cognationem præcaveatur, ut remotiore qvam consobrini filii gradu eocum conjunctus sit. Testes nuncupet; (hos antestor, dicat) qvod te, (qvem nominat) judicem reprobem, legitima enim improbandi ratio jam allata est; tum præfiniat num sui ipsius an alterius hominis respectu reprobationem instituat. Si e judicio surgere nolens, persedere voluerit, pro judiciorum perturbatione id habeatur, et exilio puniendum est.

Judicio porro adsidendi facultatem interdicto ei præcludat. Ubi nec ipse prætor nec reprobatus, verba reprobantis exaudiit, ad prætoris tentorium eundum est, eiqve nuntiandum, trientis ejus incolam e judicio rejectum esse; judicium definiendum reprobansqve tum ipse, cum pater ejus et mater nominandi. Si prætor sibi persvadere non possit, eum juste rejectum esse, tum reprobans, prætore coram, easdem (reprobandi) formulas repetere tenetur, qvas altero e judicio rejecto protulit, jusjurandum tamen denuo præstare ei non opus est. Si tentorium introire ei non concedatur, ad fores tentorii ita repetat, ut isti intus exaudiant. Si tentorium accedendi potestatem non habeant, formulæ reprobationis recitandæ ubi proxime accedunt. Si tentorium intraverint, cujus justi habitatores

nemar sacar, þeir er þar eru buþfastir, þa eigu þeir ut at ganga oc sa fyrstr er efstr gecc inn. Ef goþinn lofar ryþiandanum at mæla eigi ruþningar malum i annat sinn, þa scal ryþiandinn néfna vatta at lofinu, enda er goþinn skylldr at nefna annan i dominn, þegar sva at ryþiandinn siai ef hann vill vörþ hallda til. Ef ryþiandinn sa eigi hvern goþinn nefuþi i dom i annat sinn, oc er goþinn skyldr at segia ryþiandanum hvern hann nefuþi i dom ef hann spyrr, oc nefna domandann oc sva föþur hans eþa moþur ef þau voru Islendzk. Ef goþinn vill eigi segia, þa scal ryþiandinn nefna ser vatta, i þat vætti scal hann qveþa, at ec beiþi þic, oc nefna goþann, at segia hvern þu nefndir i dom, oc qveþa þa a dominn; beiþi ec þic laugbeiþing. Ef goþinn gerr eigi segia, oc verþr hann utlægr oc or goþorþi sinu. Ef hann fiþr eigi goþann, þa scal hann beiþa at rumi hans, oc segia hvar hann er i buþ. Ef goþinn forþazk fund hans til þess at hinn verþi eigi viss hvern hann hefir i dom nefndan, eþa dvelr domnefnu til þess, at þa verþi færi verþa ruddir, þa varþar honom utlegþ, oc or goþorþi sino.

Þar er menn ryþia doma, oc er sa þo skylldr at risa or domi er or er num-

iiscum habent causas interdicti capaces, (illico) exeant, et eorum primus qvi postremus introivit. Si prætor a formulis reprobationis secunda vice proferendis reprobantem dispensaverit, hic de data venia testes nuncupet, prætorqve alterum in judicium statim denominare tenetur, ita tamen, ut reprobans, num attentione debita utatur, videat. Reprobans si non animadverterit qvemnam altera vice in judicium denominaverit prætor, hic reprobanti, si interrogaverit, indicare tenetur qvemnam in judicium (denuo) denominaverit, ipso judice ut et patre ejus vel matre, si Islandi fuerint, nominatis. Hoc si declarare noluerit prætor, reprobans testes nuncupet, hos antestor, dicat, qvod a te, prætore nominato, exigo ut declares, qvem in judicium, qvod etiam indicetur, denominaveris. Legitimam postulandi formulam adhibeo. Prætor si non declaraverit, pœnam pecuniariam luat, præturamqve suam insuper amittat. Si prætorem non convenerit reprobans, ad sedem ejus proferat postulatum, simul indicans, cui tentorio ipse insit. Ubi prætor eum conveniendi occasionem fugit, ne ei innotescat, qvem in judicium denominaverit, vel judicum moratur denominationem, eum in finem, ut pauciores reprobentur, mulctam luat cum præturæ dispendio conjunctam.

Judices ubi reprobantur, exemtus e judicio surgere tenetur, si modo legitimæ reprobationis formulæ sunt adhibitæ, per ci-

inn ef*) ruþningar malum er mællt at lögum, þott rangt se undir þegnscap folgit, nema þar er menn leggia magsemþ þa undir þegnskap sinn, er sa er sciliþr viþ konuna er i dominum sitr, þa scal goþinn ganga ut oc nefna mann i dom, oc scal hafa nefnþann aþr sol er komin a þingvöll ef raþrum er at þvi.

Ef goþinn hefir eigi þriþiungs mann til at nefna i dom oc ganga ruþningar sva at, þa scal hann beiþa goþa þa er goþorþ hafa i þvi þingi, at fa honom þriþiungsmann sinn, oc nefna i dominn, hann er skyldr at fa honom ef hann hefir til. Ef annarr þeirra hefir til, enn annarr eigi, þa er sa skyldr til at fa honom er til hefir, oc eru þeir skyldir at ganga i dom, sva sem sa goþi nefndi hann i er hann er i þriþiungi meþ, enn ef hann gerr eigi i ganga, þa varþar honom þat fiörbaugsgard, enn ef hann er i dominum, þa scal hann þangat taka þingmenn meþ þeim goþa er hann nefnþi i dom.

Enn ef goþarnir metazk þat viþ, hvars þeirra scal fa honom, oc scolo þeir luta meþ ser, oc scal sa þeirra fa honom er hlytr ef hann hefir manna til.

Ef annarr hefir til oc er sa skyldr at fa honom, enn ef hann vill eigi fa þa er hann utlægr oc or goþorþi sino. Ef goþ-

vilem qvamvis existimationem false asseveratum sit; excipiatur tamen casus ubi tali modo de ejus affinitate asseveratur, qvi divortio ab uxore facto adsidet judicio. Prætor deinde exiens alterum (loco rejecti) in judicium denominet, qvod factum sit, si tempus ad deliberandum suppetit, sol anteaqvam campo allucet comitiorum.

Si judicum reprobationes ita urgent, ut prætori trientis sui incola in judicium denominandus non relinqvatur, prætores in eadem toparchia præturas tenentes postulet, ut eorum trientum incolam in judicium denominandum sibi tradant; qvi si habuerint suppetere tenentur. Si unus eorum, non vero alter præsto habuerit, habens ad præstandum obligatur; (hoc modo) traditi ad judicis munus subeundum æqve tenentur, ac si prætor, cujus trientem inhabitant, eos denominasset; si (traditus) judicis munere fungi recusaverit, exilii pœnam luat, si vero adsidet judicio, toparchiæ incolas in ejus prætoris favorem assumat, qvi ad judicium ipsum denominavit.

Si inter prætores non convenerit, qvinam eorum denominandum præstet, sors ducenda, et cujus prima exierit sors judicem supponendum ei tradat, si habuerit.

Alter (prætorum) si habuerit, ei, (cui denominando opus est) tradere tenetur, qvod si facere recusarit, pœnam pecu-

*) Ba habet qviþruþningar, testium rejectionis.

inn viþr eigi dom fullan aþr sol komi a þingvöll, þa er hann utlægr, oc or goþorþi, oc sva ef hann nefnir annan i dom enn hann eigi, þa a domr at döma um sacar allar, sem fullr se domrinn.

niariam luat, et præturam suam insuper amittat. Si judicum numerum, anteaqvam sol campo comitiorum allucet, prætor non compleverit, mulctandus est et prætura privandus, ut etiam si alium qvam debet in judicium denominat; in qvo casu judices de omnibus causis (prolatis) decernant, qvasi numerum plenum habeant.

Eigi scal dom ryþia lengr enn sol komi a þingvöll. Sa scal sækia goþann er sott vill hafa til fullra laga, þeirra manna er sakar hafa i dom þann, enn ef þeir bregþazk um, þa scolo þeir luta meþ ser, oc scal sa sækia er lytr.

Judicum rejectio id tantum temporis absumat, dum sol campo comitiorum allucet. Causas in hoc judicio agendas habentium ille in prætorem agat, qvi ex pleno legum rigore agere vult; si vero inter eos non convenerit, sorte definiendum, et cujus sors exiit (prima, in prætorem) agat.

VII. Capituli.

Um vattorþ.

Maþr scal qvatt hafa vattorþa allra oc frumqviþa þeirra er sök hans eigu at fylgia aþr domr fari ut. Rett er at qveþia XII qviþa aþr domr fari ut oc sva at dome. Þa er rett qvatt ef hann heyrir sialfr a, eþa at rumi hans, ella sva at buþunautar hans heyri. Þar er maþr vill qveþia XII qviþar, hann scal nefna ser vatta at þvi vetti scal hann qveþa at ec spyr þic at þvi, oc nefna goþann, ef þu hefir goþorþ fullt, at þu nefnir doma fulla meþ oc berr XII qviþo. Spyr ec lögspurning. Ef hann lætzk hafa, oc scal hann nefna vatta at svörum hans, oc at þvi vetti, scal hann qveþa at ec qveþ þic

Titulus VII.

De testimoniis.

Omnia testimonia, veridicorumqve effata, qvæ principaliter ad causam pertinent, evocare debet qvisqve, prius qvam judicia exeunt. Tam anteaqvam exeunt judices, qvam coram judicio dodecas veridicorum juste evocatur. Legitime evocatum est, vel si ipse exaudiat (prætor) vel ad sedem ejus, et tandem ejus tentorii sociis exaudientibus. Si qvis dodecadem veridicorum evocare voluerit, testes denominet. Vos antestor, dicat, qvod ego te, prætore nominato, interrogo, num plenam habeas præturam, ex qva plena denominare judicia, veridicorumqve dodecadis effata proferre qveas. Legitimam interrogandi formulam adhibeo. Si

XII qviþar, oc nefna goþann, oc qveþa a hvat hann qveþr hann, oc bera meþ þriþiungsmenn þina XI, enn þu ser sialfr inn XII. Qveþ ec lögqvöþ.

prætor se habere annuerit, de responsis ejus testes antestetur qværens; in id testimonium, dicat, qvod a te veridicorum dodecadem reqviro; prætorem nominet, simulqve definiat qvid ab eo postulaverit; per undecem tui trientis incolas, duodecimus ipse, ut veridicorum effata proferas postulo. Legitima formula postulo.

VIII. Capituli.

Bua qvaþir.

Þar er maþr vill qveþia bua qviþar, hann scal ganga þangat til buþar er sa maþr er i er hann vill qvaddan hafa, oc er honom rett at qveþia þar er hinn heyrir sialfr a, enda er honom rett at qveþia at rumi hins, er hann vill qvaddan hafa sva at þar heyri buþunautar. Ef maþr veit eigi hvart hinn er buandi eþa griþmaþr, er hann vill qvaddan hafa, oc a hann at spyria hinn meþ vatta, hvart hann se buandi eþa griþmaþr, oc segia hvat honom er undir frettinni, oc spyria lögspurning, oc nefna vatta at svörum þeim er verþa.

Ef hann vill þann mann qveþia er þingheyandi er fyrir bu annars manz oc a hann at spyria meþ vatta, ef hann veit eigi aþr, hvart hann eigi þar lögheimili eþa eigi, eþa se hann þingheyandi fyrir bu þess mannz, oc nefna buandann. Hann scal sva gera um qvöþ

Titulus VIII.

Vicinorum in veridicos evocationes.

Ubi qvis vicinos veridicos evocare vult, ad tentorium eat qvod inhabitat evocandus, qvi si ipse exaudiverit justa erit evocatio; legitime etiam evocat ad spatium evocando in tentorio consessum, (si ipse abfuerit), modo ejus in tentorio socii exaudiant. Siqvis nesciverit, evocandusne colonus (paterfamilias) sit, an operarius domesticus, testibus adhibitis, eum interroget, colonusne sit an operarius domesticus, simul indicans qvem in finem hanc proposuerit qvæstionem; legitimâ qværat formula, testes de factis responsis antestans.

Siqvis e (coloni) cujusvis villa comitia agentem evocare voluerit, testibus adhibitis, si non antea qværenti innotuerit, evocandum sciscitetur, an loco indicato legitimum ei sit domicilium? et an e coloni, qvem nominet, villa comitia acturus sit? Qvoad

viþ hann sem hinn svarar honom er spurþr er.

Enn ef sa vill ecki tilsegia er spurþr er eþa lygr hann til, oc verþr hann sekr um þat III mörkum, oc a sa sök viþ hann er spurþi, eþa bui sa er qvaddr er i staþ hans ef hinn vill eigi sök hafa. Sök þeirre scal stefna at lögbergi, oc qveþia til heimilis bua hins V er sottr er.

Ef maþr qveþr griþmenn oc hugþi hann at buandi veri, eþa qveþr hann þann griþmann fyrir annars manz bu, er eigi atti þar laugheimili, oc verþr honom rett su qvoþ, þott menn vili aleita viþ hann, hvarvetna þess er hann getr þann qviþ at hann qvaddi þa, er hann hugþi at rettastir veri, enda atti hann eigi kost at spyria. Ef maþr qveþr griþmenn buaqviþar, eþa þann fyrir bu manz er eigi er þingheyandi, oc (scal hann) qveþia hann sva at þeir heyri a sialfir a qvöþ hans, oc eigi hann kost at spyria laugfrettar ef hann vill, oc onytir hann þa malit fyrir ser. Þar bergsk hann viþ biargqviþinn er hann qvaddi þa sva, at þeir heyrþo eigi a.

eum evocandum procedet, e ratione responsorum qvæ promit interrogatus.

Si interrogatus vel (de legitimo suo domicilio) declarare noluerit, vel mentitus fuerit, trium marcarum mulctam luat, qvam causam agere ei competit, qvi interrogavit, vel, si ipse interrogans causam suscipere noluerit, vicino, qvi istius loco evocatur. Ad rupem jurisdicundi hac de causa dica dicenda est, et qvinqve ejus, in qvem agitur, domicilii vicini in testimonium provocandi.

Si qvis operarium domesticum, colonum esse ratus, evocaverit, vel si e prædio qvodam vicino denominaverit operarium justum domicilium ibi non habentem, talis ejus evocatio, siqvis eam reprobare voluerit pro legitima habeatur; modo veridicorum adferre possit effatum, probans, se hos evocasse qvos maxime justos esse opinabatur, et supposito illum eos interrogandi facultatem non habuisse. Siqvis operarios, ut vicinos veridicos evocaverit, vel e villâ qvadam (vicina) comitia inde non legitime agentem denominaverit, ipsi tamen evocati eum evocantem exaudiant, eosqve habeat legitime interrogandi facultatem si voluerit, sui ipsius hoc modo causam labefactat, qvæ hic tantum servatur auxiliari veridicorum effato, (probanti) eum non exaudientes evocasse.

IX. Capituli.

Doma utfærslor.

Domar scolo fara ut þann dag er menn qveþa a oc eigi sidarr enn sol kæmi a giabacka inn hæra fra lögbergi or lögsögu manz rumi at sia. Þa er lögsögumaþr oc goþar allir skyldir til at ganga ut meþ domendr sina, oc sva þeir menn er meþ sakar fara. Sa maþr er meþ sök ferr, þa verþr hann utlægr ef hann gengr meþ fleiri menn en X til doms.

Titulus IX.

Judiciorum sub dium deductiones.

Judices die definita exeant, nec serius (hac die) qvam cum sol e sede nomophylacis ad rupem jurisdicundi, chasmati altiori ripæ instare videtur. Tum nomophylax et prætores cum suis judicibus ut et causas agentes exire tenentur. Siqvis causam agens, pluribus qvam decem viris comitatus judicium adierit, mulctetur.

X. Capituli.

Um hlutföll.

Ef VI domendr eru utkomnir eþa fleiri, at þat er rett þeim manni er meþ sakar ferr at bioþa til hlutfalla at domi þeim mönnum öllum, er sakar hafa i dom þann, oc qveþa a staþ þann er þeir scolo luta framsögur meþ ser.

Hverr maþr þeirra er sauk hefir meþ at fara i dom, þa scal lut bera i skaut einn, þott hann hafi fleiri sakar i dom þann.

Hverr maþr scal merkia lut sinn, oc bera alla saman i skaut, oc scal maþr taka IV luti senn upp.

Ef sa maþr kemr eigi ut er sök hefir at sökia, þa er sol er komin a giabacka inn vestra or lögsögumanz rumi at sia, oc verþr hann secr um þat III mörcum, oc

Titulus X.

De sortitionibus.

(Legibus cautum est) cuicunqve causas agenti justum esse, ubi sex pluresve judices jam exierunt, coram judicio, ad sortiendum omnes invitare, qvi eo in judicio causas acturi sint; simul locum definiat, ubi de causis deducendis procedat sortitio.

Unusqvisqve causam judicio subjiciens, sortem laciniis vestium injiciat unam, plures qvamvis hoc in judicium causas paraverit.

Sortem suam qvisqve signet, et omnes simul laciniis inferendæ, qvatuor vero (tantum) simul ducantur.

Siqvis causam agendam habens non exierit, cum sol, e sede nomophylacis, chasmati occidentali ripæ instare videtur, trium marcarum mulctam luat, qvæ causa

a sa söc er bann hefir mal a höndum. Scal sök þeirri stefna at lögbergi, oc qveþia heimilisbua V þess manz er sottr er, ef hann getr þann qviþ, at hann mundi fyrr utkoma ef sol um sæi, oc versk hann þa söcinni.

Þeir scolo fyrst segia sacar sinar fram sem liota, sua hverr at ödrum sem lotit hafa. Nu koma sumir eigi til lutfallzins, þa scolo þeir siþarst framsegia. Þat er oc rett at annarr maþr beri lut hanz i skaut oc scal þa at þeirra lutom framsegia. Þer sakar scal eigi luta er eigi varþ fyrra sumar umdæmt. Ef þer eru eigi fleiri enn IV enda eigi færi. Þa scolo þeir luta meþ ser sakarnar ef þer eru fleiri enn IV. Þer sacar scal allar fyrstar segia fram, enn þer sakar næst er her hafa görz a þingi. Ef sa verþr eigi buinn til er fyrstr hefir lotit þa scal sa biþia lofs til er siþarr hefir lotit at segia sök sina fyrri fram, enn hann scal lofa honom, enn ef hann lofar honom eigi, þa er honom rett at segia soc sina fram, ef hinn er eigi tilbuinn, ef domendr lofa.

agenda competit ei, in qvem ipse agere voluit. Ad rupem jurisdicundi hac de causa citatio manifestetur, qvinqve ejus, in qvem agitur, domicilii vicinis in testimonium provocatis. Si (actor negligens) veridicorum adferat effatum, se prius, si sol appareret, foras venturum fuisse, reatum effugit.

Qvorum sortes primæ exiere, causas suas primi deducant, unus deinde ex altero, prout sortes eorum exierint. Ubi qvidam ad sortiendum non veniunt, causas suas ultimi deducant. Juste etiam unus alterius sortem laciniis vestium infert, qvarum sortium ratione habita causæ nihilominus deducantur. Causæ, qvas æstate priori judicandi occasio non vacabat, ad sortem ne revocentur, si modo nec sint plures nec pauciores qvam qvatuor. Si plures sint, de iis deducendis, sortes ducendæ sunt. Tales causæ omnes primum deducendæ, deinde vero causæ qvæ his in comitiis instruuntur. Si ille, cujus sors prima exiit, ad agendum non paratus sit, hic, cujus sors posterius educebatur, postulet ut causam suam prius deducendi venia ei concedatur, qvod et iste ei permittere tenetur; si vero non permiserit, juste, judicum venia, et si alter non sit præparatus, causam suam deducat.

XI. Capituli.

Bioda at hlyda til eiþspiallz.

Sa maþr scal nefna ser vatta er sök sina vill framsegia, nefni ec i þat vetti at ec byþ þeim manni er ec vil her sökum sekia at lyþa til eiþspiallz mins oc til framsögo sakar, eþa þeim manni er vörn hefir fyrir hann, oc goþa þeim er XII qviþ scal bera um þa menn er hann hefir sök a hendi.

XII. Capituli.

Um framsögu sakar.

Hann scal vinna eiþ at þvi at hann segi sök sina fram, oc qveþa a þat hverium hann stefnþi eþa hvat han let honom varþa, oc qveþa a til hvers þings hann stefnþi, oc hann stefnþi lögstefnu oc hann segir sua skapaþa sök sina fram i dom yfir höfþi N. N. sem hann stefnþi honom. Þa scal einnhverr þeirra telia vetti fram, oc hafa þau orþ öll i vættisburþ sinum sem hinn hafþi i stefnu, enn þeir scolo aþrir gialþa samqveþi sitt at vitnisburþ þeim er hann hefir þar borit, enda er þeim rett at seynda meirr at vitnisburþ sinum. Þeir scolo qveþa a þat hverium hann stefnþi oc hvat hann talþi honom varþa, oc hann hafþi fram þau orþ öll, sem hann hafþi i framsögu sacar sinnar oc hann stefnþi lögstefnu, oc þat

Titulus XI.

Ad juramentum exaudiendum invitatur.

Qvi causam suam deducere vult, testes nuncupet; vos antestor, dicat, me eum, cui reatum hic intendo, invitare, ut jusjurandum a me prolatum, causæqve deductionem exaudiat; vel: eum (invito) qvi pro reo defensionem suscipit, prætoremqve qvi veridicorum dodecadis effata de iis, inqvos agere parat (actor), proferre tenetur.

Titulus XII.

De causæ deductione.

Jurejurando tunc contestetur, se causam suam deducere, definite indicans, cui, qvam ob causam, et qvem in reatum dicam dixerit. Expressis verbis adhæc declaret, qvod in judicium citaverit, seqve legitimam citationis formulam adhibuisse, et ita comparatam causam suam, ut in citatione memoratur, super N. N. capite pronuntiasse. E testibus nuncupatis qvidam deinde proferat testimonium, verbis omnibus in testimonio prolato adhibitis, qvæ alter citationi inseruit; cæteri vero testium ab eo prolato testimonio suffragari tenentur, qvi etiam legibus convenienter testimonium suum majori pronuntiant festinatione. Definite declarare debent: qvemnam citaverit actor, qvem ei reatum intenderit, omniaqve ea in citatione adhibuisse verba, qvibus in causa sua enar-

er vætti vort allra, scolo þeir qveþa, oc berum sua skapat vetti fram i dom. Enn ef þeir verþa eigi asattir þa scolo þeir luta meþ ser, hverr þeirra scal vætti frambera, oc scal sa þeirra framtelia sem lotit hefir.

Ef maþr segir sök sina sva fram, at maþr hafi eigi unnit eiþ at, oc er sva sem hann hafi osagþa sök sina fram, oc scal hann eiþ vinna oc segia fram sökina i annat sinn, oc lata stefnu vætti bera oc verþrat honom þat at sacar spelli ef hann ferr sva at, enda scalat honom verþa þat optarr enn um sinn.

Ef vetti er sua borit at eigi se eiþr unninn at, þa er sua sem oborit se, oc scolo þeir eiþa vinna, oc bera stefnu vætti alengr, oc verþrat honom at sacar spelli, ef eigi verþr þeim optarr enn um sinn.

Ef hann segir sva sök sina fram, at hann hefir eigi boþit at hlyþa til eiþspiallz sins, eþa til framsögo sacar, oc er sua sem þa se osaugþ sökin fram. Hann scal segia i annat sinn fram sökina oc fara sua öllo mali um, sem hann hafi aþr ecki um mælt, enn hann bergr þeim coste sökinne, ef eigi hafa aunnor gögn framfarit þarameþal.

randa usus est, et tandem legitima eum usum esse citandi formula. Nostrum hoc est commune testimonium, inqviant, qvod ita comparatum coram judicio proferimus. Si inter eos non convenerit qvinam testimonium proferant, sortiendo definiatur, cujusqve sors prima exierit, pronuntiet.

Siqvis jurejurando non functus, causam suam deduxerit, ita habendum est ac si causam suam neqvaqvam deduxisset, tum jusjurandum præstare, causamqve denuo deducere, necnon testimonium criminis denuntiati proferri facere tenetur; qvæ omnia si exeqvitur, (prior jurisjurandi defectus) causæ ejus vitium non adfert, si plus unica vice tali modo non delinqvat.

Si testimonium, jurejurando indicto, profertur, pro neqvaqvam prolato habendum est; jusjurandum (testes) denuo dicant, testimoniumqve factæ citationis proferant; neqve hoc ejus (agentis) causam afficit vitio, si unica vice sæpius iis (ɔ: testibus) non acciderit.

Si causam suam deduxerit (aliqvis), priusqvam ad juramentum suum causæqve deductionem exaudiendam invitet, causa pro neqvaqvam deducta habeatur. Causam denuo deducat, omnibus formulis tam penitus adhibitis, ac si prius non protulisset, hoc vero faciendo ea sub conditione causam reparat, si aliæ auctoritates interea non prolatæ sint.

Ef maþr segir söc þa fram er XII qviþr a at fylgia oc byþr hann eigi goþanom til at lyþa, oc er hann scylldr sökina fram at segia i annat sinn i XII qviþinn, nema goþinn lofi honom annat.

Si qvis causam, cui dodecas veridicorum adhibeatur, prætore (competenti) ad exaudiendum non invitato, deducit, altera vice coram dodecade veridicorum causam recitare tenetur, nisi prætor aliud ei concedat.

XIII. Capituli.

Ef vattar sitia heima.

Ef stefnu vattar hans coma eigi til þings sua sem i lögom er mælt, oc scal hann þa stefna þeim um heimasetuna at lögbergi oc lata þeim varþa fiörbaugsgarþ. Hanom er rett at stefna hvart sem vill annan dag vico inn fyrra i þingi eþa þa ella er hann scal til þeirra taca.

Hann scal söc sina framsegia i þann dom sem frumsökin atte i at coma. Hann scal vætti þat lata bera, þar er hann qvaddi hann heiman þingfarar. Hann scal qveþia heimilisbua hans V er hann sækir, hvart hann veri her cominn, drottinsdag enn fyrra i þingi eþa eigi; enn ef þeir bera þat at hann veri eigi cominn her drottins dag enn fyrra i þingi, þa verþr hann fiörbaugsmaþr um þat, nema hann fae lögvörn fyrir sik at hann se eigi þingfærr fyrir veilinde söcom, enn þat eigo at bera heimilisbuar hans V, enn sa scal þess qviþar qveþia er vörn hefir fyrir hann, enda er hann varþr sökinne ef hann fær þann biargqviþ neqvern er til þess er taliþr.

Titulus XIII.

Si testes domi remanent.

Si cujusdam factæ citationis testes, non ita, ut legibus definitur, in comitiis apparuerint, eos de domi remansione (contumacia) in jus vocet, exilii pœnam intendens. Legitime dicam iis dicat, sive voluerit secundo hebdomadis die, comitiorum priori, sive etiam cum eorum testimoniis utatur.

Hanc suam deducat causam coram judicio, in qvo causa principalis agenda sit. Testimonio probari faciat, se (contumacem) comitialis profectionis postulasse. Qvinqve ejus, in qvem agitur, domicilii vicinos evocet ad testandum, an die dominica comitiorum priori hic (in comitiis) adfuerit nec ne. Si testati sint eum die dominica comitiorum priori, hic (in comitiis) non adfuisse exilii ob hoc reus erit, nisi legitimi impedimenti adqvirat excusationem, se nempe adversæ valetudinis causa in comitia proficiscendi copiam non habuisse, de qvo ejus domicili i vicini qvinqve dispiciant; qvi vero ejus suscipit defensionem, hos de veridicorum effato edendo evocet. Reatum effugit incusatus, si qvoddam (legibus) memoratum a veridicis reportaverit effatum auxiliare.

Ef stefnuvattr er einn a þingi, þa seal sa þo bera stefnuvetti ef qvaþar vattar hans ero comnir, þeir er hann qvaddi stefnuvatta sina, enn V menn seolo styþia vetti hans, oc leggia þat undir þegnseap sinn at þeir voru i þat vetti nefndir er heima sitia er hann bar. Þeir menn seolo vetten styþia er rettir veri saear aþilia i stefno vetti. Ef stefnuvattar hans sitia heima allir, eþa sua ef þeir hallda vette, enda se þeir qvaddir, oc varþar fiörbaugsgarþ, þa seal hann qveþia heimilis bua sina V at hlyþa framsögo sinni, oc bera qviþ um þat, hvart hann nefnþi vatta sina i þat vetti, þa er hann stefndi, er hann nefnde, þa er hann sagþe söe sina fram, oc huárt hann hefþe sua seapaþri söe sinni stefnt, sem hann sagþi fram i dom.

Ef maþr missir qvaþar vatta, oc verþr hanom þat eigi at saear spelli, hvervetna þess er hann lofar þeim eigi heimaseto oc beri þat qviþr at hann hefþi þa qvaþar vatta er hann hygþi at fara mundi til þings, oc heita þeir trunaþarvattar. Hann seal qveþia heimilisbua sina V i staþinn qvaþarvattanna, ef þeir ero eigi til þings comnir, at bera um þat, hvart hann hafþi sua quatt heiman þann er

Si citationis manifestatæ testis unicus tantum comitiis adsit, factæ citationis testimonium (hic) tamen proferat, modò testes adsint, de citationis testium evocatione nuncupati, qvinqve vero viri testimonium ejus corroborent, per civilem suam existimationem asseverantes, contumaces in idem, qvod ille (præsens) protulit, testimonium nuncupatos fuisse. Ad testimonia corroboranda ii tantum adhibendi sunt, qvi ab actore competente in citationis factæ testimonium legitime qveant nuncupari. Si omnes ejus (actoris) manifestatæ citationis testes domi remanserint, vel testimonium, qvamvis proferre postulati, retinuerint, exilii tenentur. Tum (actor) sui domicilii vicinos qvinqve, ad suam causæ deductionem exaudiendam provocet, et ut veridicorum nomine dispiciant, an, cum citavit, testes suos ad idem, ac causam suam deducens, testimonium proferendum nuncupaverit, anqve causam eodem modo comparatam, ac coram judicio deduxit, citaverit.

Ubi qvis testes de (citationis testium) evocatione præsto non habet, causa tamen ejus hoc non vitiatur, modo iis contumaciam non concesserit, veridicique pronuntiaverint, eum evocationi eos testes adhibuisse, qvos in comitia profecturos putaret; qvi etiam fiduciæ testes nominantur. Evocationis testium loco, si in comitiis non adsint, sui domicilii vicinos qvinqve provocet ad testandum, an modo declarato, con-

heima sitr, og nefna hann, sem hann segir, eþa hefþi hann eigi. Enir sömo buar scolo um þat scilia, sem þat baro at hinn veri eigi drottinsdag a þingi er qvaddr var.

Söc hverri er fram er sögþ, þa scal næst fylgia stefno vette, enn þa sciptir eigi male, hver gögn þa fara alengr. Ef maþr hefir þa söc at sækia er vattorþ fylgir, oc a hann at beiþa rettingar at oc framburþar. Vattar scolo vinna eiþa aþr, oc bera vette siþan. Þa bera þeir rett vette, ef þeir bera þau orþ öll er þeir voro at nefnþir; þot þeir beri þau orþ rett er þeir voro at nefndir, en lata sum liggia þau er mali eigo at scipta, oc er þat liugvitni.

Þot maþr beri þau orþ öll rett er hann var at nefndr, enda auki hann þvi orþi nockoro, er hann var eigi at nefndr þvi orþi er mali sciptir, oc er þat liugvitni. Þot maþr qveþi eigi sua at öllom orþom sem hann var at nefndr oc scipti eigi mali, oc er þo rett borit þot sua se. Lengr er þeir ero asattir scal einn framtelia vette, enn aþrir giallda a samqvæþi sitt. Nu verþa þeir eigi allir a eitt sattir oc scolo þeir hafa sitt mal er fleiri ero saman, oc scal maþr vette telia fram or þeirra flocki, hinir scolo giallda samqvæþi

tumacem, qvem nominet, evocaverit nec ne. Hac de re iidem dispiciant vicini, qvi alterum evocatum die dominica comitiis non adfuisse testati sint.

Deductionem causæ, factæ citationis testimonium proximè subseqvatur; nihil cæterum interest, qvænam deinde procedant auctoritates. Siqvis causam agendam habuerit, cui testimonium adhibeatur, ad hoc veritati convenienter corrigendum et (deinde) proferendum provocet. Testes primum juramenta dicant, testimonia deinde proferant. Testimonia proferunt legitime, si omnia adhibeant verba, ad qvæ proferenda sunt provocati. Verba qvamvis recte protulerint, ad qvæ proferenda evocantur, nonnullis tamen, ad causas decidendas idoneis, omissis, falsi testimonii crimine tenentur.

Verba ad qvæ referenda evocatur aliqvis qvamvis recte protulerit, nonnullis tamen additis, ad qvæ proferenda non evocatus est, in falsi testimonii crimen incurrit. Omnia eadem verba, ad qvæ referenda evocatus est aliqvis, qvamvis in testimonio non adhibeat, (verborum) modo (differentia) ad causam decidendam nihil faciat, recte se nihilominus habet testimonium. Inter testes postqvam de testimonio convenit, unus id referat, cæteris suffragantibus. Ubi in unum omnes non consentiunt, consentientium numero plurium relatio præ-

sitt a, er liþ hafa minna, af þvi at þeir hafa eigi afl til annars, enn þeir scolo þat mæla, þa er þat vette er borit, at þeir mundi annat vette bera ef þeir hefþi afl til, oc qveþa a hvert vette þeir mundi bera, oc verþr þeim ei at liugvette þott hinn se sottr um. Nu verþa þeir jammargir hvarirtueggio er sitt vilia bera hvarir, oc scolo þeir hafa sitt mal er lengra vette bera, þeim orþum er mali scipti meþ þeim, nema þat verþi at liugvette. Nu bera þeir jamlangt vette hvarirtueggio, enda eru þeir jammargir, oc scal sua meta þa sem þeim se i hag borit er vettis qvaddi. Ef maþr er qvaddr þes vettis er hann hygz eigi i vera, hann scal þo fara til þings oc beraz or at domi, oc vinna eiþ aþr, oc nefna ser vatta, oc qveþa sua at orþi, at ec berumz or þvi vetti oc qveþa a hvert þat er. Berumz (ec) af þvi or at ec var eigi i nefndr oc varþar honom þat sua sem hann hafi liugvette borit, ef hann hefir i verit, enda bersc hann or; þeim varþar fiörbaugsgarþ, er hann hefir qvaddan, ef hann hefir eigi verit i vette, enda qvaddi hann eigi af þvi at hann ætlaþe hann i hafa verit.

feratur, et unus ex eorum parte pronuntiet testimonium; reliqvi (vero) numero inferiores suffragentur; contradicendi enim facultatem non habent; hoc tamen testimonio prolato declarent, se, si facultatem haberent, aliud laturos fuisse testimonium, qvod qvale sit simul definiant; nec falsi tenetur testimonii (testes producens) qvamvis hac de causa in jus vocetur. Ubi utriqve diversum ferre testimonium volentes, numero æqviparantur, eorum præferatur relatio; qvi pluribus ad litem partium decidendam comparatis verbis referunt, nisi hæc in falsum vertantur testimonium. Si utriqve numero pares, totidem etiam verbis constans testimonium referant, qvasi ei, qvi testes evocavit, in commodum latum sit testimonium, censeatur. Si qvis testimonii postulatur, ad qvod ferendum se ex jure non obstringi opinatur, in comitiis tamen appareat, et judicio coram testimonio se abdicet, et dicto prius jurejurando, nominatisqve testibus, hunc in modum verba faciat: hoc me abdico testimonio, (qvod definiet); eam ob causam eo me abdico, qvod ad hoc ferendum nunqvam denominatus fui. Eundem, ac si falsum tulisset testimonium, reatum sibi contrahit, si ad testimonium ferendum qvamvis obstrictus, eo tamen se abdicat. Exilii tenetur qvi eum non denominandum tamen denominavit, nec eam ob causam eum denominans qvod denominandum opinaretur.

Sa a cost, er vettis er heiman qvaddr, at stefna þeirri söc at lögbergi, oc sækia et sama sumar, enda er costr at sækia siþarr. Hvergi scolo færi menn hia ef maþr stefnir at lögbergi, eþa lysir sacar, enn XX, nema omaga sacir. Þar er vattar ero qvaddir, oc er þeim eigi scyllt at bera þar er hann nalgaz oc hann man, nema þeir hafi þvi iatt þa er þeir voro nemdir at þeir mundi þo bera at þeir veri II, þa scolo þeir þo bera.

Vattum er scyllt at bera vette þau öll er þeir hafa verit i nefndir, ef þeir ero sua qvaddir sem i lögom er mælt.

Maþr scal hafa qvatt vatta sina eþa bua heiman et siþarsta XIV nottum fyrir þing. Enn ef vattr manz verþr siucr eþa sarr, þa scal hann gera orþ þeim er hann qvaddi þingfarar, at coma til fundar viþ hann þar er hann qveþr a, eþa til heimilis ens siuca, ef hann þickiz eigi færr vera, hann scal giöra orþ um þeim er hann hefir qvadda þingfarar, oc scolo þeir fara til fundar viþ hinn, oc scal hinn siuki retta vettit fyrir þeim, oc eiþ vinna aþr þeir hafi rett vettit. Sva scal hann retta vettit sem þeir verþa asattir, oc sua öllum þeim malum mæla sem at domi. Scolo þar II menn taka viþ votti hans, enn ef vattarnir verþa II siukir, þa er rett at

Ad ferendum testimonium domo (injuste) evocatus eligendi gaudet facultate hanc causam vel ad rupem jurisdicundi citare eadem æstate agendam, vel etiam serius eam suscipere. Ubi qvis ad rupem jurisdicundi vel citat vel causas pronuntiat, viginti pauciorés neqvaqvam, nisi in causis circa alendos, adsint auditores. Testes evocati (si omnes non adfuerint) testimonium pronuntiare non tenentur, ubi ille (ↄ: testes producens) veritatem circiter refert nec memoria ei labat, nisi denominati receperint se duos tantum testimonium esse prolaturos, qvo in casu referant.

Si juxta legum præscripta testes sunt evocati, omnia in qvæ denominabantur testimonia proferre tenentur.

Testes suos vicinosve veridicos serissimo qvatuordecem ante comitia noctibus evocet qvisqve. Testis vero cujusdam, si morbo vel vulnere laboraverit, hoc ei notificet qvi eum profectionis comitialis postulavit, ut se conveniat (rogans) loco definito, vel in domicilio ægrotantis, si proficiscendi copiam se non habere opinatur. (Testes denominans) qvos ad profectionem comitialem evocavit hac de re certiores faciat, qvi ægrotantem conveniant, hic vero testimonium eorum, ut inter eos convenit, ad veritatem moderetur, juramento (tamen) functus, priusqvam testimonium componitur. Prout inter eos convenit testimonium moderetur omnibus, ut coram judicio, legitimis

Ill taci viþ vette þeirra tueggia, oc verþr þat þa jamrett er þeir bera sem hinir bæri er frumvattar voro.

Ef sa maþr kömr til scips meþ vöro sina er hann er vettis qvaddr oc þingfarar, oc se vara hanz comin a fliotandi furo, oc scal hann sua fara meþ malom sinom, sem hann se siucr, enn hann scal fara til fundar viþ hinn er qvaddan hefir hann, ef hann vill eigi til þings hafa farit, oc bioþa hanom at fara til fundar viþ vatta oc retta vettit.

XIV Capituli.

At qveþia i gegn.

Ef sa maþr er vettis qvaddr, er hann er eigi þingheyandi þess vettis, enn hann atti eigi or at segiaz, enda vissi hann eigi at þingför mundi afgiöraz, hanom er þat rett at qveþia i gegn hestz oc matar, oc qveþa a hvar coma scal meþ þann mann er hann qvaddi. Hanom er rett at qveþia þar er hann heyrir sialfr a qvöþ hans eþa at heimili hans. Hanom er eigi scylt at fara til þings nema hanom se hestr förþr, sa er hanom se förr til þings meþ öþrum mönnum, enn hann scal þeim manni fylgia til þings oc til buþar er qvaddan hefir hann, ef sa vill

formulis adhibitis. Hic duo ejus recipiant testimonium; si vero testes ægrotarint duo, tres legitime recipiendo testimonio adhibentur; qvi qvod testati sunt, æqve validum erit, ac si ipsi testes principales testimonium perhibuerint.

Si testimonii et profectionis comitialis postulatus cum merce sua ad navim devenerit, merxqve ejus in natantem abietem jam deportata sit, eodem modo, ac si ægrotaret, res suas moderetur; ipse vero si in comitia ire noluerit, se evocantem conveniat, eiqve ultro offerat, se testes conventurum ad verum testimonium iiscum concinnandum.

Titulus XIV.

Viaticum et eqvum ab evocante exigere.

Siqvis in testimonium evocatur, ad qvod proferendum comitiis interesse non tenetur, non tamen obligatus est testimonium (evocanti) denegare, nesciens (præterea) comitialem profectionem (hac de causa) eventuram fore: eqvum et victum juste reposcit ab eo qvi evocavit, simul definiens, qvorsum deferendum sit (qvod postulavit). Evocatus hoc postulatum, ubi evocans ipse exaudit, vel in ejus domicilio legitime profert; nec ad comitialem profectionem obligatur, nisi eqvus, ad iter comitiale cum aliis faciendum sufficiens, ei adferatur; tum vero evocantem, si ille voluerit, ad comi-

þat, en þa scal hann, er þeir coma til þings, beiþa hann meþ vatta matar þess er hann qvaddi hann. Enn ef hinn lætr hanom eigi uppi mat þann, þa scal hann stefna hanom um, oc lata hanom varþa utlegþ, enda a hann þo at giallda hanom matinn, enn þo scal hann a þingi vera, þoat hinn halldi matinom fyrir hanom, til þess er hann hefir þeim malom mælt er hann var qvaddr heiman; maþr scal meiri luta vatta sinna hafa qvatt heiman þeirra er hann man at nefna, nema þeir hafi þvi jatt, þa er þeir voro nefndir i vette at þeir mundi þo bera þat vette, þoat þeir veri eigi fleiri enn II oc hlyþir hanom þa, þoat hann hafi minna lut qvatt vatta sinna, þeir ero þa scylldir at bera þat vette, þoat þeir se qvaddir II; enn þar er bæþi fylgir einni söc vette oc qviþr, þa scal vette fara fyrr fram enn qviþr.

Ef stefno vattar manz andaz allir, eþa verþa omala, oc scal hann þa qveþia heimilis bua sina V, oc scolo þeir þa sanna stefno vette hans, sua sem vattar siti heima þeir er qvaddir ero stefno vettis.

tia et in ejus tentorium subseqvi tenetur. In comitia cum ventum sit, testibus adhibitis victum ab evocante antea postulatum, expetat (evocatus); ille cibum si non suppeditaverit, hic eum in jus vocet, pœnam intendens pecuniariam, et evocans tum cibum ei tradere tenetur; si vero retinuerit, evocatus tamen comitiis adsit, donec omnia, ad qvæ proferenda domo evocabatur, elocutus sit. Majorem partem testium suorum, qvorum nomina tenet memoria, domo evocet qvisqve, nisi in testimonium denominati receperint se, qvamvis duo tantum fuerint, testimonium tamen referre velle, qvo in casu minorem testium partem evocasse sufficit evocanti; tum enim illi, qvamvis duo tantum, testimonium præbere tenentur. Ubi vero eidem causæ tum testimonium cum veridicorum effatum adhibetur, hoc prius illud referendum est.

Si cujusdam manifestatæ citationis testes omnes demoriuntur vel mutescunt, domicilii sui vicinos qvinqve evocet, qvi probent eum manifestatæ citationi testes adhibuisse, (eodum modo) acsi testes, de facta citatione ad testandum provocati, domi remansissent.

XV. Capituli.
Ef buar sitia heima.

Ef buar sitia heima þeir er qvaddir ero heiman, þa er hanom rett at stefna eptir drottinsdag inn fyrra i þingi at lögbergi

Titulus XV.
Si vicini evocati domi remanent.

Si vicini domo evocati domi remanent, evocans post diem dominicam, temporis comitialis priorem, ad rupem jurisdicundi

oc lata hanom slict varþa sem frumsök ætti at metaz sönn oc ospillt. Þat er jamrett at stefna sua fremmi hanom er hann missir hans þa er qviþarins þarf. Hann scal lata söc þa fara a hendr hanom fyrst alengr er frumsökin er framsögþ, oc baþar i einn dom, oc qveþia heimilis bua V þess manz er sottr er, at bera um þat, hvart hinn veri at þingi drottinsdag enn fyrra i þingi eþa eigi; hann scal lata bera þar i dom vette, þat er hann qvaddi hann heiman, oc hanom er þat rett at qveþia annann fyrir til frumsacar. Sa maþr a biargqviþar at beiþa hanom er vill, heimilisbua V þess manz er sottr er, hvart hann hafi at nauþsyniom þeim heima setit, er til ero mæltar i lögom, eþa hafi hann eigi.

Ef maþr er qviþar qvaddr heiman eþr vettis, er hann ma eigi fullum dagleiþom fara, hvartke veilendr er hann fær þess er hann er eigi scyldr þingfarar, oc er þat lögvörn, eþa er hann rangqvaddr, sua at hann ætti eigi at fara fyrir þeim söcom, nema hann vildi, hvartke þess er þrytr at rettri qvöþinni, er hann er eigi scylldr þingreiþarinnar fyrir þeim söcom, enda er onyt sökin, su er hann hefir um qvatt, hvarz hann hefir farit til

eum (ɔ: contumacem) legitime in jus vocat, tantum ei reatum intendens ac si causa principalis pro vera et incorrupta habeatur. Non minus justum erit eum (ɔ: contumacem) in jus vocare, ubi hic (ɔ: evocans) veridicorum effato indigens, domi remanentis officio destituitur. Hanc ei primum inferat actionem cum causa principalis deducta sit. Utraqve causa uni subjiciatur judicio, qvinqve ejus in qvem agitur, domicilii vicinis evocatis ad testandum, num iste contumax, comitiorum priori die dominica, comitiis interfuerit nec ne. In eodem judicio (evocans) produci faciat testimonium, probans se contumacem domo evocasse, sed ad causam principalem (probandam) alium ejus loco juste denominat. Qvicunqve voluerit, ad veridicorum effatum proferendum incusato auxiliaturum provocet ejus, in qvem agitur, domicilii vicinos qvinqve (qvi dispiciant) an ob impedimenta lege definita domi remanserit nec ne.

Exceptio est legitima, si ad veridicorum effatum vel testimonium proferendum domo evocatus, cujusdam infirmitatis, eum a profectione comitiali liberantis, causa, completa unius diei itinera (qvotidie) emetiri non sustineat, vel si tam illegitime evocatus sit, ut eam ob causam ad profectionem comitialem, nisi ipse optaret, non obligaretur; (perinde est) qvicqvid ad justam evocationem defecerit, (modo) eam ob causam in comitia eqvitare non obstrictus

þess eþa eigi sa er qvaddr var. Enn þa er qviþr hefir borit a þann um heimasetona, þa scal hann qveþia annan istaþinn, þann bua er næstr byr, þar sem hann qvaddi um, þeirra manna er rettr se i qviþnom, oc er a þingi. Ef hann fær eigi þann biargqviþ at hann siti fyrir þeim nauþsyniom heima er til ero mæltar at, þa varþar hanom slict sem aþan talþa ec, oc scal sa sökena fyrst sökia, siþan er frumsökin er framsögþ oc stefno vette borit, oc scolo baþar i einn dom.

sit; causa vero cui (evocans) illegitimam adhibuit evocationem, reprobatur, sive evocatus in comitia profectus sit, sive non. Ubi vero domi remanens effatis veridicorum contumaciæ arguitur, ejus loco alterum denominet (evocans), colonum nempe loco, qvem circumcirca evocavit, proxime adhabitantem, (unumqve) eorum, qvi veridicorum numero juste adscribitur et ipse comitiis interest. Si id veridicorum effatum auxiliare in gratiam contumacis non proferatur, qvod aliqva lege difinita necessitate coactus domi remansisset, eodem ac antea commemoravi reatu tenetur; evocans vero, causa principali jamjam deducta, factæqve citationis testimoniis prolatis, hanc causam agat, et lis utraqve eidem judicio erit submittenda.

XVI. Capituli.
At ryþia qviþ.

Þar er qviþir eigo at seilia mal manna at, þa scal hann er hann hefir qviþ þann samansettan ganga til doms oc bioþa þeim manni, er hann hefir söc a hende meþ vatta, oc nefna hann, oc bioþa hanom at fara til oc ryþia qviþ þann er hann hefir samansettan, oc qveþa a hvar þat er, oc nefna bua alla, oc mæla sua at meiri luti domanda heyri ef þeir vilia hlytt hafa; enn sa maþr scal ganga þangat er ryþia vill qviþ þann; hann scal eiþ vinna, aþr hann take qviþ at ryþia, siþan scal hann nefna vatta, i þat vette, at ec legg

Titulus XVI.
Veridicos reprobare.

Ubi veridici litibus civium dirimendis adhibentur, (præfiniunt leges) ut ille qvi veridicos in unum composuit, accedat judicium, et testibus adhibitis nominatim invitet eum, in qvem agit, ut veridicos, qvos collegerat, reprobatum veniat; omnibus adhæc veridicis nomine nuncupatis, locum definiet ubi eos deposuit, qvæ omnia ita referat, ut pars major judicum attentione usi, exaudiant. Locum definitum accedat, cui veridicos rebrobare in animo est, juramentoqve, priusqvam reprobationem incipiat, functus, testes nominet, vos antestor, dicat, me per civi-

þat undir þegnscap minn at sa sitr nærri er oqvaddr er oc nefna hann oc segia hvar hann er i buþ.

Enn ef hann ryþr at frændsemi qviþ, oc scal næsta bröþra upprisa oc nanare menn oc namagar þeir III, ef maþr a moþr annars eþa dottur eþa systur; hann scal ryþia viþ sialfan sec at frændsemi oc at mægþum, hann scal ryþia at guþsifiom þeim þrimr er maþr hefir halldit auþrom undir vatn, eþa undir primsignon eþa undir biskups hönd; scalat maþr ryþia viþ sialfan sec at guþsifiom.

Ef sa maþr er qvaddr er sua er vanheill at hanom veri eigi þingför scylld, þott hann veri qvaddr, oc er hanom rett at ryþia hann up.

Ef sa maþr er qvaddr, er hann a fe minna enn gegni þingfarar caupi, eþr einvirke oc er hanom rett at ryþia þann up. Hann scal ryþia viþ socnar aþylia eþa varnar, huergi er meþ sök ferr. Þa er hann ryþr qviþ at guþsifiom eþa at frændsemi eþa at mægþom, scal hafa sannaþar menn II, nema sa teli er rettr veri i qviþnom. At hærom sqolo sannaþar menn firnari aþilia socnar eþa varnar enn næsta bröþra; þar er hann ryþr qviþ at leiþar lengþ, oc scal hann þar leggia meþ

lem meam existimationem asseverare, qvod unus non evocatus (sed tamen evocandus) prope adsit, qvem nominet, simul indicans, cui insit tentorio (in comitiis).

Si qvis vero propinqvitatis respectu veridicos reprobare instituerit, consobrinorum filii et propinqviores e consessu excedant, ut et tres affines proximi, cum nempe unus alterius matrem, filiam, sororemve habet in matrimonio; propinqvitate vel affinitate secum conjunctos eximat. Triplicis spiritualis cognationis respectu reprobationem instituat, si unus alterum ad aqvam lustralem, vel primam christianismi signationem vel manum episcopi susceperit. Sui ipsius, cum veridicis, spiritualis cognationis gratia, reprobationem nemo faciat.

Siqvis tam adversa usus valetudine in veridicum sit evocatus, ut ad profectionem comitialem qvamvis evocatus non obligetur, juste eximitur.

Si evocatus fuerit, qvi rerum domesticarum tenuitatis causa ad mercedem profectionis comitialis solvendam non obligatur, vel colonus famulitio destitutus, juste reprobans eos eximit. Qvicunqve causam egerit, actoris vel defensoris competentis respectu rejectionem instituat. Cum cognationis spiritualis, propinqvitatis vel affinitatis causa reprobat veridicos, duos adhibeat comprobatores, nisi aliqvis veridicis juste adscribendus (propinqvitatem vel affinitatem) computaverit. Cum actore vel defen-

þriþia mann undir þegnscap, þot hann se rettr teliandi.

sore competente remotius qvam consobrinorum filii gradu conjuncti sint comprobatores. *Ubi (qvis) veridicos locorum distantiæ causa reprobat, duobus assumtis, civilem suam interponat existimationem, qvamvis ipse legitimus computator sit.*

Ef sva ganga ruþningar at, at meiri lutr verþr rangqvaddr þeirra bua er heiman ero qvaddir, oc verþr hanom eigi at sacar spelli, ef hann viþr eiþ at þvi at hann qvaddi þa er hann hugþe at rettastir veri, enn secr verþr hann um III mörcom viþ þann er hann hefir mal a höndom.

Si reprobationes tantopere urgent, ut pars major veridicorum domo evocatorum illegitime evocata probetur, id qvidem nullum in damnum actioni evadit, si actor jusjurandum interponat, sese illos evocasse in veridicos, qvos maxime legitimos opinabatur, sed eo nomine obnoxius erit, ei qvi reus agitur tres marcas solvere.

Sua scal mæla ruþningar malom at meiri lutr heyri þingheyanda. Hann scal nefna vatta siþan at þvi, at hann nemr hann or qviþnom, oc qveþa a hvart hann nemr hann or sino ornami eþa annars mannz.

Formulam rejectionis referendæ ubi pars major foripetarum exaudit; testes nuncupatos (reprobans) deinde antestetur, se eum veridicorum consessu eximere, simul definiens, num sui ipsius an alius respectu reprobationem suscepisset.

Ef buar ero þar allir rangqvaddir, þa a hann cost at nema þa up alla senn, oc hafa til sannaþar menn II; þeir scolo þat leggia undir þegnscap sinn, at þeir se allir nerri þeim staþ, er bua ætti fra at qveþia, oc nemna þa alla til, oc segia hvar þeir ero i buþ. Hann scal þa qveþia i staþin, sem sa nefnir til er ruddi qviþinn, oc verþra hanom þat at sacar spelli, um þann buaqviþ er hann hefir a þingi qvatt, þo at hann hafi alla rangqvadda at nasæti, ef hann hefir rett at qvoþ farit. Ef sa griþmaþr er qvaddr, er þinghamaþr

Si omnes ibi veridici injuste sint evocati, omnes simul rejicere reprobanti concessum est, duobus tamen comprobatoribus adhibitis, qvi per civilem suam existimationem asseverent, (eos præsto esse) qvi locum, a qvo denominatio institueretur, proxime adhabitant; hos omnes nomine nuncupet, indicetqve in qvonam tentorio reperiantur. Hos a reprobante indicatos rejectorum veridicorum loco denominet evocans, neqve ejus causa labefactatur, omnes qvamvis, in comitiis evocati veridici, viciniæ localis respectu injuste denominati sint, modo

er rettr fyrir bu hans, oc er hanom rett at ryþia at þvi, ef hinn er eigi þar vistfastr. Nu vill hann eigi ryþia oc hafa þat til saear spellz, at þar hafi sa griþmaþr qvoþ upborna er eigi er rettr i, oc vill hanom þat lata verþa at saear spelli, oc verþrat hanom þat at saear spelli, nema vattorþ komi þat fram, at hann hafi þvi suarat aþr hann var qvaddr at hanu var þar heimilis-fastr er hann var rettr i qviþom eþa heimilis buar hans V bera þat at hann hugþi þat þa er hann qvaddi hann at hann veri þar heimilis-fastr, er hann veri rettr þinghamaþr oc rettr qviþo at bera. Ef hann fann hann eigi, þa er hann qvaddi hann, enda matti hann eigi spyria hann, hvervetna þess er sa maþr ferr til þings fyrir bonda er þinghamaþr er rettr fyrir bu mannz, þa er bondinn seylldr at fa hanom bæþi hest oc mat, þann hest er þingförr se, enda scal bondi eigi giallda þingfarareaup, enn hinn scal taca sem aþrir þingheyendr er ferr til þingsins.

ipsam evocationem formulis legitimis absolverit. Si operarius domesticus, alterius de prædio comitia juste agens, in veridicum evocatus sit, (reprobans) eum juste eximit, si legitimum in hoc prædio domicilium non habeat. Si (eum) reprobare noluerit, hoc vitii intendens causæ, qvod operarius domesticus, non legitime adhibendus, veridici effatum edixisset, tali modo (adversarii sui) causam labefactare captans, sed hujus causa tamen non viliatur, nisi testimonium eveniat (probans), eum (ɔ: operarium) denominatum declarasse se legitimo ibi domicilio uti, unde in veridicum juste denominaretur; vel si domicilii ejus (ɔ: denominantis) vicini qvinqve testati sint, eum, cum evocaret, opinatum esse, operarium ibi legitimo uti domicilio, justeqve in veridicum inde evocari posse, unde comitia legitime acturus esset, si nempe evocans eum neqve ipse convenit, neqve de domicilio ejus legitimo sciscitandi facultatem habuit. Coloni loco ubi qvis petit comitia qvi de illius prædio ea juste agit, colonus tum eqvum cum viaticum ei subministrare tenetur, eqvum nempe profectioni comitiali qvi sufficiat, neqve colonus tum mercedem profectionis comitialis expendat, sed, ut cæteri foripetæ, ejus loco comitia petens capiat.

Sökiandi scal nefna vatta at þvi at hinn hefir lokit ruþningo, eþa hann lætz

Causam agens testes antestetur alterum vel veridicorum reprobationi finem fecisse, vel hos veridicos se reprobare nolle

eigi vilia ryþia qviþ þann, þa seal hann beiþa framburþar at þeim alengr.

Þat er mælt aþr qviþr se borinn, at þeir seolo eiþa vinna allir aþr at domi; þeir scolo allir fella saman orþ sin at þeir veri allir a eitt sattir. Þeir scolo luta meþ ser, huerr þeirra seal qviþ framtelia, enn sa þeirra seal framtelia er hlytr, nema þeir verþi a annat sattir, oc þurfa þeir eigi þa at luta. Þeir scolo aþrir giallda samqvæþi sitt a. Ef þeir verþa eigi asattir huern qviþ þeir seolo bera, þa eigo þeir at raþa er fleiri ero saman, enda eigo þeir fram at telia þann qviþ, enn þeir eigo allir samqvæþi a at giallda, enn þeir scolo þat segia at domi at þeir mundi annan bera, ef þeir hefþi afl til, oc qveþa a þat huern þeir mundi bera. Enn ef sa verþr at liugqviþ, þa varþar þeim þat eeki viþ lög er annat villdo bera, er þeir hafa þeim orþom mælt at domi.

Ef buar ero um þat sottir at qviþr se siþarr borinn enn i lögom se mælt oc er i þvi talit sem qviþ se haldit, þeir eigo at beiþa ser biargqviþar um þat ef afl þat hefir staþit fyrir qviþ þeirra ad þeir mattu eigi fyrir þvi bera, eþa þeir voru i frumqviþom auþrom sua fastir, at þeir gato eigi fyrir þeim söcom borit qviþ

declarasse, qvo facto eos effatum proferre postulet.

Legibus cautum est ut omnes veridici, effato nondum pronuntiato, judicio coram juramenta dicant. (Effatum suum referentes) omnia sua ita coaptent verba, ut in unum omnes consentiant. Sortiendo definiant qvinam eorum effatum referat, qvi sortitus est recitet effatum, nisi inter eos aliud convenerit, qvo in casu sortilegio non opus est. (Uno recitante) cæteri suffragentur. Si de effato ferendo in unum non consenserint, consentientium numerosiorum effatum valeat, qvi id etiam pronuntient cæteris omnibus suffragantibus; judicio coram (numero inferiores) nihilominus declarent, se, si paucitas non obstaret, aliud effatum pronuntiaturos fuisse, qvod qvale sit simul definiant. Si prolatum hoc effatum falsitatis postea arguitur, violatæ legis reatum effugiunt aliud effatum ferre volentes, si his verbis coram judicio utantur.

Si veridici, serius qvam legibus definitur, effatum (suum) pronuntiasse arguuntur, et qvasi de effato retento accusantur, veridicorum effatum auxiliare sibi expetant, (qvo dispiciatur) num vis qvædam turbulenta effato eorum obstitisset, qvominus proferretur, an tam valida principale qvoddam veridicorum effatum proferendi obligatio iis incubuerit, ut ejus rei causa effatum qvæstionis tempore legibus definito proferre

þann sem mælt er i lögom, þa ero þeir varþir mali ef þeir fa þann biargqviþ.

Ef buar ero þeir sumir er eigi ero sua i lögscilom auþrom fastir, þa scolo þeir ganga til doms oc nefna ser vatta at þvi, at þeir ero bunir at leysa qviþ þann af hendi, þegar er þeir hafa neyti at. Ef qviþar er sua siþ beitt, eþa boþit til ruþningar, at þeir geta fyrir þeim söcom eigi borinn qviþ þann sua snemma sem mælt er, þa varþar qviþmönnom ecki, enn onyt er söc hins, enda varþar honom fiörbaugsgarþ, oc er þat þings afglöpon. Ef sa dylr, er til ruþningar er boþit, eþa förir sua seint fram ruþningar eþa þau seil er hann vill fram hafa fört, at af þvi verþr eigi qviþrinn borinn rett sua snemma sem mælt er, þa varþar þeim mönnom fiörbaugsgarþ er i þvi giora þings afglöpon, enn qviþmönnom varþar ecki, enda scal sliet, þa metaz qviþr þeirra sem þa at i mal yrþi borinn qviþrinn. Ef buar hallda frumqviþ til þess er sol kömr a þingvöll, þa a eigi at meta qviþburþ þeirra, ef þeir bera eigi a, er þeir bera siþarr, enda er þa eigi scyllt at sökia þa um haldit, ef þeir bera a, þo at þeir hafi eigi borit aþr sol kömr a þingvöll. En hvervetna þess er haldit er qviþ, er eigi scyllt at sökia fleiri bua enn einn, nema vili. Ef goþi er qvaddr XII qviþar þar er bua qviþr kömr til, eþa buar ero qvaddir buaqviþar um þa söc er XII qviþr

non potuissent; tale veridicorum effatum auxiliare si obtinuerint, reatum effugiunt.

Si veridicorum qvidam tali modo legitimis peragendis non sint occupati, judicium adeant, testes nuncupatos antestantes, se, qvandocunqve occasio vacaret, ad effatum proferendum paratos esse. Si tam sero, vel effatum veridicis expetitur, vel ad veridicos reprobandos invitatur, ut eam ob causam, tempore legibus definito effatum proferre non possibile sit, veridici qvidem reatum effugiunt, sed istius (o: evocantis) causa reprobatur, qvi etiam exilii reatu et judiciorum perturbationis crimine tenetur. Si ad veridicos reprobandos invitatus dissimulando reprobationem vel alia legitima exeqvenda tam sero protulerit, ut eam ob rem effatum tempestive adferre impossibile sit, hoc modo judiciorum perturbationis rei exilii poenam subeant, veridici vero reatu liberantur, qvorum etiam effatum tantum valeat acsi tempestive allatum fuisset. Si veridici effatum principale, donec sol campo allucet comitiorum, retinuerint, eorum, si reum criminis non insimulant, qvod serius profertur effatum nullius habeatur; si vero (ei) crimen intendunt, effati retentionis reos agere non necessarium est, qvamvis sole campo comitiorum jamjam allucente non protulissent. Ubicunqve vero effatum retinetur, ex debito in plures qvam unum veridicorum non agitur, nisi (agenti aliter) placuerit. Si dode-

kömr til, oc scolo þeir ganga til doms oc nefna vatta at þvi at þeir lata þat standa fyrir qviþburþ sinom at þeir ero þess qviþar qvaddir er þeir eigo eigi um at scilia.

cadis veridicorum effatum a prætore expetitur ubi vicini veridici sint adhibendi, vel vicinorum veridicorum effatum postulatur de causa, per dodecadis veridicos dirimendam, judicium (utriqve) accedant, testes nuncupatos antestantes, se iis effato suo proferendo obstare velle, qvæ effati sint postulati (in causa) de qva dispicere non tenebantur.

Ef maþr þarf biargqviþo þar er buaqviþr hefir borit aþr a hann, þa scal hann qveþia V bua i þann qviþ er aþr hefir borit a hann, þot þa hafi IX buar borit a hann socnar qviþinn. Hanom er rett at qveþia þa þar er þeir ero allir saman. Hann scal bioþa þeim manni er söc hefir a hendi hanom at hryþia qviþinn, oc segia hanom hvar þeir sitia, enn hann a at þvi at hryþia ef þeir ero nærri er oqvaddir ero, þeirra manna er i frumqviþom voro. Enn ef hann þarf fleiri biargqviþo til þess mals þa scal hann þa beiþa framburþa at qviþom þeim öllom at domi. Enn þeir ero scylldir til at bera qviþo þa alla er þeir ero beiddir at lögom, er mali eigo at scipta meþ þeim.

Siqvis vicinorum veridicorum effato criminis pridem insimulatus, effatis defensivis indiget, qvinqve (tantum) in veridicos denominet, ex eorum numero desumtos, qvi prius crimen ei intendere, novem qvamvis vicini accusatorium effatum tulissent. Juste eos denominat ubi omnes simul adsunt. In se agentem ad (hos) veridicos reprobandos invitet, simul indicans ubinam locorum consideant, hic vero reprobationem instituat (eo nomine) si qvi præsto sint non evocati eorum qvi inter veridicos principaliter denominatos fuerunt constituti. Si pluribus effatis auxiliaribus in eadem causa ei opus sit, de his omnibus proferendis judicio coram eos postulet, illi vero legitime postulati omnia ad lites hominum dirimendas idonea effata proferre tenentur.

Ef haldit er varnar qviþom þeim er qvatt er at lögom oc mali eigo at scipta oc varþar þat fiörbaugsgarþ, oc a þa sua at meta sem i hag se borinn qviþrinn.

Ubi effata auxiliaria legitime postulata, et ad lites decidendas (obstinaciter) retinent veridici, exilio mulctentur, et ita censendum est acsi effatum in commodum incusati prolatum fuisset.

Ef maþr qveþr qviþar þess, huart er hann fylgir socn eþa vörn, er eigi a mali at scipta meþ þeim, oc verþr þa onytt mal hans oc calla menn þat egningar qviþ.

Þa er XII qviþr berr a mann ef hann þarf biargqviþar, þa scal hann qveþia heimilisbua sina V til.

Maþr scal bioþa til hruþningar um frumqviþo alla, hvarz er til socnar. eþr til varnar, oc þurfot þeir þat optarr at giöra enn um sinn. Allir þeir menn er lögscil nockor scolo mæla at domom a alþingi, hvart er þeir scolo sökia sakir eþa veria, eþa bera vetti eþa qviþo, oc scolo þeir vinna eiþa aþr þeir mæli þeim malom, sua at domenþr heyri. Huar þess er maþr hefir þann eiþ unninn er hann hefir fleira undirscilit, oc verþi hann tortrygþr um eiþinn þa er hann scal þau fleiri gögn af hendi leysa, er eiþar eigo at fylgia, þa scal hann þar lata bera vetti þat, er hann nefndi at, þa er hann vann eiþinn, eþr vinna ella eiþ i annat sinn. Huarvetna þess er menn halda gögnum a alþingi, oc varþar þat fiörbaugsgarþ, oc scal i þann dom sökia sem frumsökin er i sott. Enn menn scolo sakir hafa framfört allar, aþr sol se undir, þær er til ero bunar aþr domar fari ut til socnar; enn ef eigi ero framsagþar þa er þat vörn, enn frumgögn scolo borin aþr sol komi a

Si qvis veridicos postulat effati, qvod ad decisionem litis nihil facit, sive ad actionem sive ad defensionem pertineat, causa cadit, et hoc veridicorum effatum irritationis cognominatur.

Si dodecadis veridici reatum alicui intenderint, hic effato auxiliari indigens qvinqve sui domicilii vicinos evocet.

Ad veridicos omnes principaliter evocatos, sive ad actionem causæ sive defensionem pertinerent, reprobandos, invitandum, qvod plus unica vice (actor defensorve) faciat non opus est. Omnes, qvibus in comitiis generalibus, judiciis coram, legitima sunt peragenda, qvæ ad causas vel agendas vel defendendas ut et ad testimonia vel effata veridicorum proferenda pertinent, hæc priusqvam absolvant, jusjurandum ita dicant ut judices exaudiant. Ubi qvis uno, qvo functus est, juramento, plures actus forenses complexus est, sed postea cum actus, qvibus jurajuranda adhibentur, absolveret, juramentum non dixisse suspicatur, testes, qvos de dicto juramento nuncupaverat hic adferat, sin minus, altera vice juramentum præstare tenetur. Semper ubi auctoritates (causarum) in comitiis generalibus retinentur, exilii pæna reus tenetur qvæ causa in eodem, ac lis principalis, judicio agenda est. Causæ omnes, priusqvam judices ad actionem (exaudiendam) exeunt paratæ, ante solis occasum (ejusdem diei) proferantur, qvæ si non

þingvöll inn næsta dag eptir, þau er þeim söcom eigo at fylgia.

Ef maþr hefir sacir i fleiri doma enn i einn, oc er hanom eigi at heldr scylt optarr at vinna eiþ enn um sinn, enn ef tortrygt þickir um eiþ-unning hans, þa scal hann vetti þat lata berą at domi auþrom er hann nefndi þa at er hann vann eiþ.

XVII. Capituli.

Um qviþburþi.

Ef maþr hefir XII qviþar qvatt oc scal goþi nemna þriþiungsmenn sina til qviþar þess meþ ser, oc er hanom rett hvarz þeir ero böndr eþa griþmenn; hann scal XI menn nefna adra enn sic. Goþi scal ganga til doms, oc bioþa þeim manni til hruþningar er qvaddi hann XII qviþar, oc nefna hann, oc segia hanom hvar hann hefir samansettan qviþinn, oc hann a sua at hryþia XII qviþ sem dom.

Ef þeir verþa eigi asattir hvern qviþ þeir scolo bera; þa scolo þeir raþa er fleiri ero saman, enn ef þeir ero jammargir, þa scolo þeir þann bera er goþinn vill.

Ef su söc kömr a hendr goþanum er XII qviþr kömr til. Nu a hann ad nefna qviþ um sialfan sic, enn sökianþi scal

deductæ sint, exceptionem præbet, sed auctoritates omnes primariæ, ad has causas pertinentes; anteqvam sol comitiorum campum die seqventi illustret, proferantur.

In pluribus qvam unico judicio causas agendas qvamvis aliqvis haberet, plus unica vice tamen jusjurandum præstare non tenetur; si vero eum juramentum non præstitisse suspicatur, testes in uno judiciorum de dicto juramento nuncupatos in altero etiam produci faciat.

Titulus XVII.

De veridicorum effatis proferendis.

Siqvis dodecadis veridicos evocaverit, prætor trientis suæ incolas in veridicos una secum denominet; juste eos designat sive sint coloni sive operarii, undecem vero præter semetipsum denominare tenetur. Judicium adiens prætor, qvi eum veridicorum postulavit, nomine nominatum ad reprobandum invitet, ei insuper indicans veridicos ubinam collocaverit, (invitatus) vero eorum reprobationem uti judicii assessorum solet, instituat.

Si de effato proferendo inter eos non convenerit, eorum prævaleat sententia, qvi plures simul in unum conspirant; si vero (dissentientes) numero pares sint, ferant effatum e voluntate prætoris.

Si lis, cui dodecadis veridici adhibeantur, in (ipsum) prætorem suscipitur, de seipso veridicos undecem prætor evocare de-

beiþa samþings goþa hans, þann þeirra sem hann vill, ef þeir ero baþir jamrettir at tengþum, enn þann þeirra ella er rettari er, at bera qviþ fram, en þeir scolo ganga til doms, oc vinna þar eiþ, enn goþi seal framtelia þann qviþ er þeir XI verþa asattir.

Ef goþi hefir þa söe a hönd þriþiungsmanni sinom er XII qviþr a um at seilia, hann scal þar þriþiungsmenn sina XI til qveþia, at retta qviþ þann, enn þeir scolo tilganga XI at retta qviþ þann meþ ser, oc scolo þeir raþa er fleiri ero saman, ef i deilir meþ þeim, enn goþi scal framtelia qviþ þann, er þeir urþo asattir aþrir enn hann.

Ef goþi helldr XII qviþ, þa verþr goþi utlægr um þat oc or goþorþi sino, enn hinn a eost þess huarz hann vill goþa sökia eþr eigi, enn sua a þat at metaz, er hann helldr qviþnom, sem a se boriun, nema hann fai biargqviþ þann at, goþi mundi qviþ þann bera eigi a hann, oc helldi hann af þvi qviþnom at hann vildi fara hanom, oc scolo heimilisbuar hans V seilia þat, hvart hann helldi til fars hanom, oc þeir mundo af bera ef þeir bæri.

bet, actor vero prætores ejusdem toparchiæ, si uterqve qvoad necessitudinem æqve juste se habet qvemcunqve voluerit, si contra, eatenus magis habilem, effati proferendi postulet. Veridici (undecem) judicium adeuntes juramentum dicant, prætor vero (ab actore comprobatus) effatum, ut inter undecem convenerat, pronuntiet.

Si prætor litem, de qva dodecadis veridici dispiciant, trientis suæ incolam contra egerit, undecem suæ præturæ colonos denominet, ad effatum verum inter se construendum, qvod illi in unum congregati veritatem juxta componant, si vero invicem dissentiunt consentientium numero superiorum sententia prævaleat, prætori vero effatum ab aliis qvam eo comprobatum pronuntiare competit.

Si dodecadis veridicorum effatum retineat prætor, pœnæ pecuniariæ obnoxius sit, præturaqve sua privetur, sed alter (in cujus damnum abit retentio) eligendi facultate gaudet an in prætorem (de hoc) instituet actionem nec ne, prætoris vero effati retentio ita æstimanda, acsi reatus incusatum insimulasset, nisi hic effatum acqvirat auxiliare (probans) prætorem ei crimen non illaturum fuisse, sed effatum ideo retinuisse, ut eum (qvamvis insontem) periclitari voluisset, ejus (ɔ: incusati) domicilii vicini qvinqve decernant, num prætor effatum retinendo ei periculum intendisset, et an veridici effato prolato eum absoluturi fuissent.

XVIII. Capituli.

Um vattorþ imoti qviþ.

Socn scal fara fyrr fram hvers mals enn vörn, nema þat se alt eitt, oc se þat ann ars mals vörn er annars er socn. Þar er qviþa er qvatt til socnar, enn sa hefir vatta til þess er veria scal, þa scal þar vetti fara fyrr fram enn qviþr þott þat fylgi vörn. Scalat hann þat sva dvelia at eigi se qviþrinn þa borinn er sol kömr a þingvöll. Ef eigi verþr allt eitt þat er buar vilia borit hafa oc vattar, enda eigi þeir um einn lut at skila, þa scal segia at hann hefir vattorþ til þess mals, sem þeir ero um qvaddir, enn siþann scal hann veria þeim lyriti qviþburþinn. Nu bera þeir þo qviþinn þo at lyriti se þeim varit fyrr enn vettit qvæmi fram, þa a þann qviþ enscis meta, enda varþar utlegþ öllom, en þa scal þo lata bera vettit. Nu ef eigi verþr at liugvetti, þa er costr at sökia hina um þat at þeir hafi borit liugqviþ.

Scolot menn andvitni bera oc her a þingi, enn ef menn bera, varþar þat utlegþ, enda a þat enscis at meta; enn þat er andvitni er menn bera i gegn þvi

Titulus XVIII.

De testimoniis in collisione cum effatis veridicorum.

Cujusvis causæ actio prius qvam defensio absolvatur, nisi utraqve ita conjuncta sit, ut defensio unius causæ in altera actionem efficiat. Ubi veridicis ad actionem evocatis, defensor testes (tantum) causæ adhibet, tum testimonium, qvamvis defensioni adhibendum, priusqvam veridicorum effatum proferatur. (Causam defendens) testimonium producere non ita cunctetur, ut veridici effatum suum, sole comitiorum campum allucente, non pronuntiassent. Si non unum idemqve sit qvod vicini testesqve prolatum voluere; de una eademqve re, qvamvis iis dispiciendum sit, defensor palam faciet se testimonium causæ, de qva veridici discernerent, adhibiturum, qvo facto effati pronuntiationem veridicis interdicto prohibeat. Interdicto qvamvis prohibiti, si effatum suum, testimonio nondum prolato, pronuntiaverint, hoc effatum nullius habeatur, et omnes (veridici actorqve) pœnæ pecuniariæ obnoxii sunt, testimonium vero nihilominus proferatur; hoc si falsitatis non arguitur, patet occasio, adversarios falsi effati reos agendi.

Testimonium contrarium his in comitiis ad hæc nemo ferat, qvod si latum fuerit, mulctam luat reus, idqve omnino rejiciatur. Pro contrario vero testimonio ha-

sem aþr er borit; vetti igegn qviþ, eþa qviþr igegn vetti, sua at eigi ma huartueggia rett vera, enn ef huartueggia verþr andvitni, þa varþar skoggang liugvitni enn fiörbaugsgarþ andvitnit.

XIX. Capituli.
Um Vörn.

Aþr maþr förir vörn fram, oc scal hann spyria þann mann meþ vatta, er söc hefir a hendi hanom sem hann hyggr, eþa hafi hann eigi, þa a hinn þvi at suara at hann hafi framförþa socn sem hann hyggr, nema nockot göriz i vörn hins, þess er hann vili þa til socnar hafa tekit, þa er rett til varnar at taca er þeim orþom er mælt. Rett er at hann föri þo fram vörn, þot hinn giöri eigi suara þessum orþum, ef domendr lofa, oc litiz þeim sua at hann vili vörn hans glepia i þvi, oc er þat þings afglöpon ef sa dvelr vörn. Hinn scal taca til socnar þegar er hann vill, enn V buar scolo scilia um biargqviþo alla, heimilisbuar þess manns er sottr er, nema hann se sottr viþ IX bua qviþ, þa scal hann þa þann qveþia V af þeim buom

beatur, si antea comprobatum postea refellitur, producendo vel testimonium contra veridicorum effatum, vel veridicorum effata testimoniis opponendo ita, ut utrumqve verum esse neqveat, qvod si utrumqve pro contrario testimonio habendum sit, falsum testimonium proscriptione, contrarium exilio puniatur.

Titulus XIX.
De defensione.

Ad causam defendendam sese accingens, in se agentem, testibus adhibitis qværat, num tantum protulisset accusationis, qvantum sibi proposuisset, necne; tum actor regerat accusationis instrumenta, qvantum sibi in animo sit, jam esse prolata, nisi ille in sua defensione aliqvid protulerit replicatione elidendum; his dictis defensor litem juste contestatur. Hæc responsa accusator qvamvis non reddiderit, defensionis instrumenta legitime tamen producuntur, si judices concesserint; et si accusatorem hoc modo defensionem alterius interpellare voluisse autumarint, si taliter defensionem retardaret, pro judiciorum perturbatione habeatur. Actor replicationem, qvando voluerit, referat, de omnibus vero effatis veridicorum auxiliaribus, qvinqve ejus, in qvem agitur, domicilii vicini discernant, nisi per novem vicinorum veridicorum effata actio instituatur, qvo casu reus e novem his veridicis sibi in effatum auxiliare proferen-

IX, til biargqviþar ser, þa er næstir ero vetvang þeim er fra var qvatt.

Ef bui verþr siucr i qviþ oc scolo þeir er i qviþ ero meþ hanom sökia orþ hans til buþar; hann a eiþ at vinna, hvar hann geldr samqveþi a, þeir scolo vatta nefna at orþom hans, oc telia qviþ fram at domi.

Ef maþr verþr dauþr or qviþnom, eþa omali, þa scal qveþia annan i staþin fyrir. Þat a raþa um mal hans hvart þa er, er þeir spyria hann.

Sa maþr er vörn vill framföra, hann scal ganga til doms, oc nefna ser vatta i þat vetti, at byþr hanom, oc nefna hann, þeim manni er sök hefir framförþa a hendr hanom, oc hlyþa til eiþspiallz sins, ef hann hefir eigi fyrr unnit eiþ, oc til varnar þeirrar er hann mun þar framföra. En siþan scal hann framföra vörn fyrir sic, huarz hann hefir til þess qviþo eþa vetti. Þa er varnar gögn ero framcominn þa scal sökiandinn spyria meþ vatta, ef hann hafi vörn sua framförþa fyrir söc þa sem hann hyggr, en hinn a þvi at suara at hann hafi þa framförþa vörn sem hann hyggr, þegar er þat er. Enn þegar er hann hefir nockor varnar gögn framförþ, þa þarfat hann biþa til þess er hinn hefir vörn sua framförþa sem hann hyggr; þa a huartueggi þeirra at föra fram socn oc vörn alengr sua sem þeir ero bunir til.

dum denominet qvinqve, spatio testaminis, qvod circumcirca evocabatur, proxime accolas.

Si vicinus in veridicum denominatus ægrotarit; cæteri eocum veridici effatum ejus in tentorio recipiant; juramento dicto designet, cuinam sententiæ adstipuletur, illi vero in dicta ejus testibus compellatis, judicio coram, effatum referant.

Siqvis veridicorum emoriretur vel mutesceret, alter ejus loco denominetur. Status ejus tempore qvo eum interrogant, maximum causæ alterius momentum adfert.

Qvi defensionem proferre meditatur, judicium adeat testesqve nuncupatos antestetur, qvod reatum sibi intendentem, nomine nominatum, ad juramentum a se præstandum, si id prius non præstitit, defensionemqve qvam prolaturus est, exaudiendam, invitat. His factis defensionem, sive causæ adhibuerit veridicos, sive testes, proferat. Instrumentis defensionis productis, testibus adhibitis qvœrat actor, an (adversarius) qva voluit, in lite præsenti defensione defunctus sit? qvi, si res ita se habet, ex voluntate causam se dixisse regerat, qvibusdam vero defensionis auctoritatibus allatis, actor defensionem, qvam adversarius sufficientem ducit, opperiri non tenetur, sed replicatio & duplicatio in cæterum pro cujusvis commoditate adferatur.

XX. Capituli.

Þar scal hefia up viþ arftöco mann omaga. Þa söc scal lysa at lögbergi, a hönd arftöco manni til framförslo, oc varþveitslo omagans oc nefna huarntueggia omagan oc þann er a hönd er lyst, oc qveþa a til hvers doms hann lysir, oc lysa löglysing.

Sa maþr er sökir scal qveþia heimilisbua V þess er sottr er, at bera um þat hvart hann eigi arf at taca at þann omaga, eþa hvart hans omagi se eþa eigi, oc nefna hvarntueggia. Ef þat berr qviþr at þess omagi se, oc scal hanom döma omagann.

Sa er veria vill scal qveþia ena sömo V heimilisbua, at bera um þat huart hann eigi fe eþa föri til at föra þann omaga fram eþa eigi. Ef þar berr auþn oc er þa rett at lysa þeim a hendr er vill, oc nanastr er þeirra manna, er fe eþr föri eigi til at föra þann omaga fram.

Þar scal telia frændsemi meþ omaganum, oc þeim er a hönd er lyst, oc leggia þat undir þegnscap sinn meþ III mann at su er frændsemis tala·rett oc sönn meþ þeim N. N. oc N. N., þa a þeim

Titulus XX.

Ibidem (ɔ: in comitiis generalibus) hæredi suo alendus addicatur; qvæ lis ad rupem jurisdicundi hæredi denuntietur ad alendi sustentationem conservationemqve suscipiendam; uterqve tum alendus cum ille cui hic injungitur nomine nominandus; (denuntians) adhæc cui judiciorum causam infert et legitima denuntiandi formula se usum esse indicet.

Causam agens qvinqve ejus, in qvem agitur, domicilii vicinos provocet ad declarandum, num hic alendi (defuncti) hæreditatis capax et ad eum sustentandum obligatus sit, nec ne, utrumqve eorum nomine nominet. Si veridici pronuntiaverint alendi sustentationem huic competere, ei adjudicetur.

Qvinqve eosdem domicilii sui vicinos provocet defensurus, qvi discernent an ei facultates resqve domesticæ ad alendi sustentationem suppeterent nec ne; qvod si negaverint, juste cui libet eorum injungitur alendi sustentatio qvi huic necessitudine maxime conjunctorum, opibus et domestica opportunitate gaudet ad alimoniam ei præbendam.

dicetur; jura porrò pignoratitia, si fuerint, cuivis competunt, et unicuiqve deniqve summa, qvæ ei debetur, integra, si fieri possit, sin minus, cuivis solvendo, ut in judiciis debitorum (exigendorum), pro rata detrahatur. Si causa præjudicialis sit, (injuriato) e bonis rei adjudicanda est satisfactio personalis, sed rei furtivæ reparatio si causa sit furti. Si rei bonorum pars qvædam, (his detractis) adhuc reliqva sit, prætori judicium denominanti vacca vel taurus qvatuor annos natus tribuatur. Si jamjam bonorum aliqvid restet, pars reliqvi dimidia ei adjudicetur, qvi reum condemnari curavit, pars vero altera incolis provinciæ (ɔ: qvadrantis), cum (nempe) in comitiis generalibus reus damnabatur; qvod si in foro vernali factum est, (hæc altera pars) incolis toparchiæ, in qva judicium bonorum occupandorum habebatur, adjudicanda est. Custodia bonorum, provinciæ incolis adjudicatorum, ei injungenda est, qvi reum condemnatum curavit, qvæ vero (bona) in foro vernali proximo distribuantur; eidem etiam custodia irrogetur, res qvamvis sub toparchiæ incolas devenerint, qvæ ille tum in conventum promulgationum, cui ipse interest, et proxime habendum, deferri faciat.

Si ejusdem toparchiæ incolæ sint, (qvibus bona condemnati adjudicata sunt et qvi eorum gerit custodiam), omnia qvæ tum coëgit bona (in hoc conventu) inter eos di-

þvi scipta at varþingi. Enn ef sa er utanþingsmaþr er hinn secþi, þa scal scipta a alþingi eno næsta. Scipta scal þvi öllo at feransdomi er ma, oc selia i hendr goþa þeim er dominn nemdi.

videntur, qvæ vero nec accipiendo nec stipulando congessit (tempore conventus), in foro vernali distribuantur. Si reum condemnari faciens alienæ toparchiæ incola sit, in proxime habendis comitiis generalibus procedat divisio. In judicio bonorum occupandorum omnia, qvatenus fieri potest, dispartienda, qvæ deinde prætori judices designanti tradantur.

Fe þat er þingonautar eigo, scolo þeir hafa til omaga biargar þess er secr er orþinn sem vinnz, ef hann atti omaga enn ellegar scal hafa til þyrftar þeim omögom öþrom er þar eigo at fara i þvi þingi eþa um þau þing. Fiörbaugsgarþ varþar ef maþr leynir secþar-fe, oc scal qveþia til heimilisbua IX a þingi þess er sottr er.

Incolæ toparchiarum, bona condemnati iis designata, qvantum suppetunt, ad alendorum ejus sustentationem adhibeant, si nempe huic tales fuerunt; sin minus, ad aliorum alendorum necessitates subministrandas insumantur, qvi in hac toparchia vel in his toparchiis ut (mendicantes) circumirent constitutum est. Exilii tenetur, qvi bona commissa occultat, et novem ejus, qvi accusatur, domicilii vicini hanc in causam provocandi sunt.

XXXI. Capituli.
Um doma.

Ef omagar coma til feransdoms, þa scal beiþa til tolftar-qviþar, hvart þeir se omagar ens sekia, eþa eigi. Enn þa a hans omaga at döma, er hann a arf eptir at taca, oc þa aþra er buar bera, at hann hafi fe meþ tecit, sva at þat væri jamnmæli. Ef fleiri menn ero jamscyldir omaga, þa eigo buar þeir V er til feransdoms ero comnir at scipta þvi oc scal döma för öllom at þeim luta er hanom

Titulus XXXI.
De judiciis.

Si alendi bonorum occupandorum judicio adferuntur, dodecadis veridici provocandi sunt, ut discernant, an reo sustentatio eorum injungenda sit nec ne. Rei vero alendi habeantur, qvorum demortuorum hæreditatem ille ceperit, et ii præterea ad qvos sustentandos eum pecunias, qvantum par fuit, accepisse vicini veridici testantur. Si plures in eodem (ac reus) cognationis gradu cum alendo conjuncti sint, tum vicini illi

byriar til handa, um fiorþung þann, er feransdomr er i attr, ef hann varþ a alþingi secr.

Ef fiorþungsmenn hafa scipt fiorþungi til omaga framförslu, þa a þat at halda allt er þeir urþo asattir.

Nu ero þing II a einom þingvelli, þa scolo þeirra omagar fara um þau þing bæþi er i þvi öþro þingi urþo secir enda sva attr feransdomr at.

Þat (er mælt), at eigi er scylt til feransdoms at föra barn þat er maþr varþ secr um faþerni, ne qveþia gagna til, oc a þvi för at döma.

Nu göra þeir menn eigi omaga föra til feransdoms er scyldir ero til at lögom, þa raþa þeir ser a hendr omaga, ef þeir visso at feransdomr scyldi vera, oc matto tilcomaz fyrir nauþsyniom. Nu fela menn fyrir þeim omaga, oc raþa þeir ser a hendr omaga enn eigi (ero) erfingiar þeirra scyldir til.

Nu verþa menn eigi varir viþ at feransdomr scyldi vera, eþa matto þeir

qvinqve, qvi in judicio bonorum occupandorum adsunt, sustentationem alendorum ita partiantur, ut omnibus his, qvantum ad reum pertinent, decernatur circulatio (mendicabunda) per qvadram, in qva judicium bonorum occupandorum habebatur, si nempe reus in comitiis generalibus condemnatus sit.

Si qvadrantis incolæ circa sustentationem alendorum provinciam partiti sint, omnia eorum consensu sancita valeant.

Si in uno eodemqve campo forensi duarum toparchiarum forum (vernale) habetur, ex altera toparchia reorum alendi utramqve (mendicantes) circumambulent, modo damnati bonorum occupandorum judicium peragatur.

Leges definiunt, ne judicio bonorum occupandorum adferatur infans, cujus paternitatis causa reatus cui infligebatur, nec de eo autoritates evocandæ, sed (mendicabunda) circulatio ei decernatur.

Si alendos ad judicium bonorum occupandorum ferre legibus obligati, id neglexerint, eorum sustentationem in seipsos transferunt, modo et judicium bonorum occupandorum habendum esse resciverint, et ei interesse necessitatibus non impediantur; qvi alendos ab iis occultant, eorum sustentationem in seipsos recipiunt, qvæ obligatio tamen in occultantium hæredes non transmittitur.

Siqvi judicium bonorum occupationis habendum esse non animadverterint, vel

eigi tilcomaz meþ omaga, þa scal lysa et næsta sumar eptir a hendr þeim fiorþungsmönnum, eþa þingonautom, er sa goþi er i þingi er nefna let feransdominn, oc qveþia hann til XII qviþar, hvart N. N. veri omagi ens sekia manz eþa eigi, enn heimilisbua sina V at scilia um þat hvart hann mætti comaz til feransdoms eþr eigi fyrir nauþsyniom. Ef qviþir þeir ganga i hag sökianda oc coma eigi lögvarnir fram, þa scal döma för omögom i alþingis domi jamt sem feransdomr atti at döma ef þeir hefþi þar til comit.

alendos judicio adferendi copiam non habuerint, æstate proxime subseqventi (alendi) denuntientur incolis qvadrantis vel toparchiæ, cui prætor judicium bonorum occupandorum denominans inest; hic etiam provocetur ad dodecadis veridicorum effatum proferendum, (qvo dispiciatur) num N. N. damnati necessario alendus fuerit nec ne; (actor) etiam qvinqve sui domicilii vicinos provocet ad discernendum, an in judicio bonorum occupationis, negotiorum necessario exeqvendorum causa, comparere sustinuisset nec ne. Si hæc veridicorum effata actori commoda proferantur, nec exceptiones legitimæ evenerint, alendis per sententiam in comitiis generalibus latam, circuitio (mendicabunda) adsignetur, judicium bonorum occupandorum prout judicare debuisset, si alendi huic allati fuissent.

XXXII. Capituli.

Um feransdom.

Jafnt scal eiga feransdom eptir fiörbaugsmann sem eptir scogarmann oc gögn öll tilföra, oc sva scolo menn fe sin þar heimta þeir er att hafa at hanom, oc sva scal döma för omögom þeim er hann atti.

Nu varþ maþr secr um domrof, eþa um fe, þa scal fe þat allt gialdaz at feransdominom, sva micit sem gögn baro

Titulus XXXII.

(adhæc) de judicio bonorum occupandorum.

Tam de exulis qvam proscripti bonis occupandis judicium habeatur; omnes necessariæ auctoritates hic etiam proferantur; debita ab exule exigenda ibi etiam recipiant creditores, et circuitio (mendicabunda) alendis ejus, eodem modo (ac proscripti) adsignetur.

Siqvis contemtus rei judicatæ vel solvendæ pecuniæ retentionis reus, exul damnatur, omnes pecuniæ, qvæ restare com-

til, enn ef fe þat gelldz eigi þar, þa verþr hann seer scogarmaþr, oferiandi. Nu verþr hann seer um spellvirki oc gialdaz eigi scaþa-bætr at feransdomi, þa verþr hann oc scogarmaþr oæll.

Þar scal gialdaz möre lögaura at feransdomi, goþa þeim er feransdominn nefndi; þat fe heitir fiörbaugr, en einn eyrir þess fiar heitir alaþs festr. Ef þat fe gelldz eigi þa verþr hann scogarmaþr oæll.

Nu gelldz þar fiörbaugr oc alaþsfestr þa scal sva döma seedar fe sem scogarmannz fe. Þar a goþi oc at hafa ku eþa uxa IV vetra gamlan oc a þa fiörbaugr at fara sem annat fe, ellegar eignaz goþi þa möre. Þat er rett at gialda möre þa þar at feransdomi, enda er rett at maþr handsali at gialda a XIV natta fresti at heimili goþa, oc scal þa eindagi a þvi fe. Kostr er at gialda i gripom, sva sem lögmetendr virþa til lögaura.

probant auctoritates, in bonorum occupationis judicio expendantur; si vero ibi non solutæ sint, exilii reus, proscriptus fit non vehendus. Ubi qvis de vi privata exul damnatur, nec ad judicium bonorum occupandorum damnum illatum resarcitur; hic etiam proscriptus non alendus evadit.

Coram judicio bonorum occupandorum una rerum lege definitarum marca expendatur prætori, qvi judices designavit; hæc marca annulus vitalis dicitur, sed unica hujus marcæ uncia alimoniæ pignoris nomine venit. Hæ pecuniæ si non expenduntur, exul proscriptus non alendus fit.

Annulo vitali, pignoreqve alimoniæ expensis, de reliqvis bonis exulis, eodem modo ac proscripti, judicium definiat. Prætor hic etiam vaccam aut taurum qvatuor annorum capiat, qvibus expensis annulus vitalis cæteris bonis publicandis accedat, si vero non expensa sint, (annuli vitalis) marca ad prætorem devenit. Bonorum occupandorum judicio coram hæc marca juste persolvitur, sed legibus etiam convenit ut reus intra noctes qvatuordecem in prætoris domicilio hanc expendere stipuletur; hic terminus ejus solvendæ peremtorius sit. (Annulum vitalem) per cimelia persolvere licet, juxta justorum æstimatorum ad legum præscripta factam taxationem.

XXXIII. Capituli.

Heimilisfangsbuar.

Þa er feransdomr er attr at fiörbaugsmann, þa scal segia til heimila hans; hann scal eiga þriu heimili; þeirra scal eigi lengra i miþlom vera, enn fara megi um dag a annan veg. Hann scal heilagr vera at þeim heimilom, oc i örscotz helgi viþ a alla vega, oc a götonni a millom heimilanna, ef hann ferr eigi optarr enn um sinn a manaþi, oc i örscotz helgi viþ götona. Nu fara menn a moti hanom, þa scal hann fara af götonni sua at þeir umtaki eigi spiota oddom til hans.

Oheilagr verþr fiörbaugsmaþr, ef eigi er sagt til heimila hans at feransdomi. Þar scal nefna vatta at fiörbaugr galldz eþa annat þat fé er hann yrþi seer scogarmaþr, ef eigi qvemi fram.

Ef feransdomr er attr at þann mann, er seer er orþinn scogarmaþr ferianþi, þa scal nefna vatta þar at allri secþ þeirri er gögn baro at hanom veri mælt, oc a su öll at halda. En ef hann er jamvandhæfr oc fiörbaugsmaþr, þa a þar at feransdomi at kiosa hanom heimili III jamt sem fiörbaugsmanni.

Titulus XXXIII.

Domicilii capiundi vicini (evocantur).

Judicio exulis bonorum occupandorum habito domicilia (ei destinata) indicentur. Tria habeat domicilia, qvæ non longius distent, qvam ut unica die viam interibi emetiri possibile sit. (Reus) in his domiciliis vitæ securitate utatur ut etiam intra terminos, domicilia circumcirca per jactum teli definitos, necnon in semita qvæ domicilia intercedit, et intra teli jactum ad utrumqve semitæ latus, si (nempe) eam tantum unica vice singulis mensibus terat. Siqvi ei obviam eant, ille ita semitâ excedat, ne cuspidibus hastarum eum ferire possint (occurrentes).

Noxiæ expositus erit exul, si domicilia ei destinata ad judicium bonorum occupandorum non indicantur. Testes ibi antestentur, annulum vitalem expensum esse, aliasqve mulctas, qvæ si non persolverentur, exul in proscriptum evaderet.

Si judicium ejus bonorum occupandorum habetur, qvi proscriptus, vehendus (tamen) damnatus est, testes, de reatu qvam ei inflictam fuisse auctoritatibus comprobatum est, antestentur; qvæ condemnatio etiam, omnibus suis punctis valeat. Si verò hic, exulis instar, caute in domum recipiendus sit, judicio bonorum occupandorum coram, tria ei, tanqvam exuli, domicilia designentur.

Ef fiörbaugsmaþr görir fiörbaugs söc oc varþar hanom scoggang. En engi maþr scal banna för fiörbaugsmanni eþa scogarmanni ferianda, þott fe eigi at þeim.

XXXIV. Capituli.

Beiþt fars fiörbaugsmanni.

Sa maþr er fiörbaugsmanni fylgir til scips, scal beyþaz fars meþ vatta, at þeir taci viþ hanom oc lata bera vettisvetti þau er nefnd voro at feransdomi, hve fyrir sect hans var mælt, oc sva þau er fiörbaugr galdz, ef hann var fiörbaugsmaþr, eþa þau fe önnor er hann yrþi scogarmaþr ef eigi gyldiz. Ef vettisvetti þau coma fram, þa varþar þeim utlegþ III marca, bæþi styrimanni oc hasetom, ef þeir toco eigi viþ hanom,. ella er vitilaust þeim. Hann er jamheilagr a göto er hann ferr til scips, sem hann fari amillom heimila.

Hanom scal beiþa fars at scipi öþro, oc lata bera vetti þat hinneg var nefnt. Ef hanom er syniat þar, þa scal beiþa at enom sama hætti a et þriþia scip, enda er eigi scylt, þa at beiþa a fleiri scip a þvi sumri þott þeir syni. Enn þeim

Si exilio (jamjam) damnatus, exilii pœna coercendum facinus (denuo) committat, proscriptionis tenetur. Nemini vero exulis vel proscripti vehendi creditorum, peregre commeatum interdicere licet.

Titulus XXXIV.

Exuli peregre commeatus expetitur.

Qvi exulem ad navim (peregre abituram) comitatur, testibus admotis expetat, ut eum recipientes (nautæ), liberum commeatum ei præbeant. Testes etiam, ad judicium bonorum occupandorum antestatos de testimoniis (principalibus,) qvibus rei condemnationis clausulæ comprobabantur, produci faciat; testimonia adhæc qvæ probant annulum vitalem, si reus exul damnatus sit, expensum esse, aliasqve mulctas, qvæ si non persolverentur, exul proscriptus fieret. Hæc de testimoniis (principalibus) testimonia si prolata sunt, tam gubernator navis qvam nautæ, si reum non recipiunt ferendum, trium marcarum mulcta tenentur; sin minus, reatum evitant. In semita qvæ ad navim ducit eadem ac in domiciliis (ei destinatis) a noxia immunitate gaudet reus.

(Qvi reum comitatur si ad primam navim repulsam ferat) ad secundam liberum peregre commeatum ei expetat, prius memoratum testimonium proferri faciens. Hic si repulsam acceperit, ad tertiam navim eodem modo postulet, cujus nautæ si reum

varþar jamt öllom synionin. Þa ero þeir oc eigi utlægir, ef þeir hafa tekit viþ III fiörbaugsmönnom eþa scogarmönnom aþr þeir hafa beiddir verit, þo at þeir syni þessom. Hann scal þa fara til vista sinna enna sömo. Hann er oc jamheilagr i þeirri för, til þess er hann kömr aptr til heimila sinna, oc sva a gistingom, ef hann ferr fullom dagleiþom.

Enn annat sumar scal hann oc sva et sama viþ för leita, oc sva verþa þeir enn utlagir, er þa synia. Enn et III sumarit varþar fiörbaugsgarþ öllom þeim er þa synia, enda helpr hanom þat ecki at vetri ef hann er her staddr.

Ef þeir taca viþ hanom, oc er hann at scipi meþan þeir hafa buþir a landi, þa er hann heilagr i örseotz helgi a alla vega a land viþ buþina. Enn þo at scip liggi firr buþ enn sva oc er hann þo heilagr þar amilli.

Enn alengr er þeir hafa buþir a scipi, þa er hann heilagr i örseotz helgi a land upp alla vega, þaþan fra fiöro er scemst er til landz fra scipi, enda scal sva hvargi er þeir liggia viþ Island a þvi sumri, eþa viþ þær eyar er bygþar ero.

recipere recusarint, ad plures naves eadem æstate ei vecturam expetere non debet; omnes vero recusantes eidem mulctæ obnoxii sint. Reum qvamvis recipere denegarint, pœnæ pecuniariæ non tenentur, si nondum postulati tres exules proscriptosve excepere. Ad easdem (ei destinatas) domesticas mansiones tum redeat reus, qvo proficiscens, antea memorato salvo conductu utatur, ad domicilia sua donec veniat; in hospitiis nocturnis itidem, si unius diei iter, singulis diebus peregerit.

Æstate subseqventi (reus) eodem modo peregre proficiscendi occasionem qværat, et eum vehendum recipere qvi tum recusant, iisdem mulctis coerceantur; tertia æstate vecturam imploratam denegantes exilii reatum subeunt, nec tamen reus, hyeme subseqventi his in terris constitutus a noxia immunis erit.

Si nautæ (peregre navigaturi) reum receperint, ille, dum in terra continenti habent tentoria, ad navim agens, intra jactum teli tentorium undiqvevorsum inviolabilis sit; navis vero a tentorio qvamvis remotius posita fuerit in spatio qvod tentorium et navim interjacet salvus agat.

Tentoriis in navim translatis, a terræ continentis loco, cui navis proxime adjacet, undiqvevorsum intra jactum teli securitas noxia ei conceditur; si vero eadem æstate Islandiam, insulasve (ejus) habitatas alibi appellant, talis securitas ei non

Enn avallt er þeir liggia i bryggio lægi viþ Island, þa er hann heilagr i örscotz helgi fra bryggio sporþi a alla vega.

Ef þeir verþa aptrreka, eþa hallda þeim veþr i enni sömo höfn, oc comaz þeir eigi a brot, oc scal hann eigi ganga fyrr af scipino, en scip er brotit, sva at eigi er i för buanda a þvi sumri eþa eytt sva ella, at þeir hafa eigi liþ til bröt at hallda.

Ef þeir verþa aptrreka oc coma þeir til þeirrar hafnar, er þeir vilia scipi til hlunnz raþa, þa er slic helgi hans mælt þar at scipi, sem þa er hann com til scips meþan buþir haldaz at scipi, oc styrimenn ero þar, enda er hann avalt jafnheilagr at scipi, enda scal hann jafnt leita viþ brotförna þeirra þriggia, enda er hvert sumar fra öþro slic helgi hans mælt. En þegar er hann leitar nöckort sumar eigi sva viþ brotförna sem mælt er, þa er hann haust þat seer maþr, at vetri dræpr oc oöll.

Ef hann verþr aptrreka, þa scal hann til vista sinna fara enna sömo, ef hann kömr samsfiorþungs viþ þær. Nu kömr hann eigi i þann fiorþung, þa scal taca ser vist þar er hann vill, a þeim halfum manaþi er þeir verþa landfastir,

competit; ubivis vero in Islandia pontem navalem (navigaturi) adjacent, a summa hujus parte (terram versus) undiqve intra terminos teli jactu definitos vitæ securitate gaudeat.

Si navis (qva fertur) tempestatibus vel repellitur, vel in eodem portu ita detinetur, ut navigandi copiam nautæ non habeant, reus navi ne prius exeat, qvam hæc ita contusa sit, ut eadem æstate ad peregre profectionem non sufficiat, vel nautis tum destituta, ut ad navigandum vires deficiant.

Si navis (qva fertur tempestatibus) repellitur, portumqve appellit, ubi eam subducere nautæ constituunt, talis reo ad navim, dum tentoria in ea habentur, gubernatoresqve adsunt, ac cum ad navim advenit, a noxia securitas conceditur; ad navim semper tali fruatur securitate, si per tres illas (contiguas æstates) pariter peregre proficisci conatur; et ab una harum in alteram eodem modo eum inviolabilem esse leges constituunt. Si æstate qvadam juxta legum præscripta peregre proficisci (exul) non conatur, autumno subseqventi (proscriptionis) reus, et hyeme proxima neci obnoxius neminiqve alendus fit.

Si navis (qva fertur tempestatibus) repellitur, ad domicilia sua redeat reus, si qvadrantem in qvo jacent appellit, sin minus, ubi placet, proximo postqvam terram advenit tempore semestri (decemqvatuor diebus) mansionem sibi domesticam eligat, et

enda er hann jafnheilagr a þeirri göto, oc a gistingom, sem þa er hann for til scips. Cost a hann at fara til enna sömo vista sinna ef hann vill þat, enda er jöfn helgi hans, meþan hann ferr sva meþ ser sem mælt er. Hvart er hann ferr fullom dagleiþom, þa er slic helgi hans, enn et þriþia sumar verþr hann scogarmaþr at vetri ef hann komz eigi a brot þa.

Ef hann kömr fyrr ut hingat enn hann hafi III vetr a brot verit, oc verþr hann scogarmaþr.

Nu fær hann XII qviþ þann at hann varþ sæhavi ut hingat, oc hann villdi til annars landz farit hafa, þa scal hann sva viþ brotför leita, sem þat sumar yrþi hann fiörbaugsmaþr.

Ef hann cömr ut hingat, þa er hann hefir III vetr a brot verit, þa er hann sva sycn, sem aldri qvemi su sœþ a hendr hanom. Hann scal þa taca erfþir allar slicar, sem þa berr til handa hanom, oc sva scal hann taca viþ omögom þeim er at feransdomi voru fyrir hans sacir a för dömþir, oc sva viþ þeim er þa berr til handa hanom, oc sva giallda sculldir sinar, ef vanloenar voro, er hann for heþan, ef hann hefir fe til.

Rofnar seeþ fiörbaugsmanz ef eigi verþr at lögom attr eptir hann feransdomr, oc scal sökia þa um oc göra þa sanna at þvi er feransdom scyldo eiga, oc a hverr at sökia þa söc er vill, enda

eadem, ac cum ad navim devenit, a noxa immunitate gaudeat, tum in semita cum in hospitiis. Ad domicilia destinata ei redire licet, et modo definito qvamdiu res suas moderatur, æqve inviolabilis sit. Qvocunqve proficiscens si unius diei itinera qvotidie emetitur inviolabilis sit. Tertia vero æstate si non peregre abire possit, hyeme subseqventi pro proscripto habeatur.

Si tribus hyemibus peregre non peractis redeat, proscriptionis reatu tenetur.

Per dodecadis veridicos si comprobare possit, se alias terras petentem, huc errore delatum esse, ita hinc reverti conetur ac si eadem æstate exul damnatus sit.

Post trium hyemum (peregre) absentiam huc rediens tam insons habeatur, acsi reatu neqvaqvam obnoxius fuisset; tunc hæreditates ad eum ex lege devenientes capiat, alendosqve, in judicio bonorum occupandorum ejus causa ad mendicationem circumeundo damnatos, ut et alios, qvos sustinere ei tum injungitur, suscipiat; debita sua etiam, cum peregre abiit non soluta, si pecuniæ ei suppetunt, persolvat.

Reatus exulis evanescit, si legibus convenienter bonorum ejus occupandorum judicium non habetur; qvi vero judicium convocarint, in jus de hoc vocati, reatu insimulandi sunt; cuicunqve voluerit, hæc

rofnar secþ fiörbaugsmannz, hvergi er þa sökir.

XXXV. Capituli.

Ef eigi er attr feransdomr.

Ef menn eigo eigi feransdom eptir þa menn er þeir hafa secta, eþa eigo þeir eigi at lögom, þa varþar fiörbaugsgarþ, hvatci er þess þrytr, at þvi er eigi verþr at lögom feransdomr attr, er hanom liggr a hendi, enn þeir menn eigo söe þa, er til omaganna standa þeirra er för atte at döma at feransdomi ef attr veri. Nu vilia þeir eigi, þa eigo þeir er fe atto at hanom, þa er hann varþ secr. Enn ef þeir vilia eigi, þa a hverr er vill.

Ef goþinn gerr eigi nefna feransdom, enda se hann at lögum beiddr, eþa hvarigar vanlycþir er þær eoma a goþans hendi, at eigi se attr feransdomrinn at lögom, þa varþar goþanom fiörbaugsgarþ, oc a sa söe er feransdoms beiddi.

Goþa er rett at selia öþrom manni i hönd at nefna feransdom, ef fleiri menn hafa beiddan hann en einn, oc sinom þriþiungsmanni, enda varþar þeim oc fiörbaugsgarþ er goþinn seldi at nefna feransdom, ef af hans völldom verþr eigi attr at lögom feransdomrinn.

causa agenda competit, et qvicunqve in reos egerit, exulis reatus evanescit.

Titulus XXXV.

Si bonorum occupandorum judicium non habetur.

Si condemnati bonorum occupandorum judicium vel omnino non habetur, vel legibus non convenienter, exilii reus agatur, qvi hoc judicium instituerit, qvidcunqve ad judicium legitime institutum defecerit; hæc vero causa agenda competit iis qvibus alendi, in judicio bonorum occupandorum, si haberetur, ad mendicationem circumeundo judicandi, injungerentur. Hi si nolint creditoribus ejus jam condemnati actio competit; qvibus agere recusantibus, actio pro publica habeatur.

Prætor, judicium bonorum occupandorum, legibus convenienter qvamvis postulatus, si non denominarit, et qvalemcunqve negligentiæ culpam commiserit, qva efficitur hoc judicium non juste haberi, exilii tenetur, et actione petatur ab eo qvi ad (hoc) judicium habendum provocavit.

Prætor, a pluribus simul ad judicium bonorum occupandorum habendum provocatus, alteri sui tamen trientis incolæ judicium instituere legibus convenienter committit, qvi vero in judicio instituendo prætoris vices agere suscepit, exilii pœnam luat, si ejus culpa judicium legitime ordinandi facultas defuerit.

Goþinn secz ef hann getr engi til at nefna feransdom, oc abyrgiz hann þott fleire menn hafi qvaddan hann enn einn.

Prætor ad judicium bonorum occupationis habendum neminem comparans puniatur; et qvamvis uno plures cum simul ad judicia instituenda provocaverint, ipse sibi prospiciat.

Ef sa maþr verþr sottr, er hinn hafþi sectan, um þat, at eigi hafi verit feransdomr attr at lögom, at þann mann er hann secþi, þa scal hann þat hafa til varnar fyrir sic, at söcia goþann um, oc göra hann sannan at völldonom, þess er feransdomr varþ eigi attr at lögom.

Si alium condemnari faciens, ipse condemnati bonorum occupandorum ex legum proscriptis non habiti judicii reus agitur, prætorem actione perseqvendo, et ejus culpa judicium ex lege non institutum fuisse probando, exceptionem ad se defendendum qværat.

Ef goþinn er umsottr, enda hafi hann öþrom manni i hönd sellt, at lögom, at nefna feransdominn, þa scal hann oc sökia þann um oc veria sva fyrir sic. Sa þeirra secz um er völldin beraz a hendr. Þat ero stefno sacir oc scal qveþia IX heimilis bua a þingi þess er sottr er.

Prætor, ubi ei actio (de judicio bonorum occupandorum non habito) intenditur, et supposito eum alteri judicium habendum, legibus convenienter commisisse, hunc ad seipsum defendendum actione infestet; qvicunqve eorum culpæ arguitur pœnam luat. His causis citatio (domi) adhibeatur, novem ejus, in qvem agitur, domicilii vicinis in comitiis (ad probandum) evocatis.

Of þa menn er fe þat hafa at varþveita er sa maþr hafþi att er secr er orþinn: Nu ef þeir fregna hvar hinn hafþi beiþt feransdoms, þa ero þeir scyldir at coma þangat, oc segia þar til fiar þess, hvarz þar tecz feransdomr eþa eigi. Nu verþr þar eigi mannafundr eþa fregn hann eigi hvar feransdomr scal vera, eþa matti hann eigi tilcomaz fyrir nauþsyniom, þa scal hann segia til a leiþ þeirri er hann heyr, hvat hann hefir þess fiar at varþveita, oc sva a varþingi oc sva a

Condemnati pecunias custodientium respectu (legibus cautum est) ut certiores facti de loco ab actore ad judicium bonorum occupationis habendum definito, et eo venire, et bona condemnatorum indicare teneantur, sive judicium institutum peragitur sive non. Si conventus hominum ibi non habetur, vel (bona condemnati custodiens) locum ubi judicium peragatur non resciverit, vel eò negotiorum necessario peragendorum causa venire non possit, in conventu promulgationum, qvem ipse fre-

alþingi eptir um sumarit, enda er rett at hann segi til a alþingi, þat sumar er hann veit at hinn varþ seer, sva at þat heyri meire luti manna oc þingheyanda.

qventat, bona ejus curæ demandata indicet, ut et in foro vernali, comitiisqve generalibus eadem æstate habendis. Juste etiam hoc denuntiat in comitiis generalibus, æstate, qva reum condemnatum fuisse certior factus est, habitis, ita tamen ut pars major hominum et foripetarum exaudiat.

Þat er mælt um þa menn er þeir atto fe at þeim er seer er orþinn scogarmaþr enda se eigi attr feransdomr at, þa scolo þeir stefna þeim mönnom er þeir vita at feen hafa þau er sa atti inn seki til alþingis, oc til þess fiorþungsdoms, þeim öllom er hinn varþ seer i. Enda er rett, at lysa at lögbergi, oc sökia et sama sumar utan fiorþungsmönnom, eþa þeim er sva siþ fregna, at eigi um stefnir. Scolo þeir menn allir föra þangat gögn sin er fe höfþo att at hanom, jamt sem til feransdomsins, enda seal sva döma fiorþungs domr þeim öllom sina aura, sem feransdomr ætti at döma ef attr veri at lögom.

Qvod ad proscriptionis damnati creditores attinet, cujus nempe bonorum occupandorum judicium non habetur, leges præfiniunt, ut omnes, qvos condemnati bona tenere sciunt, in comitia generalia judiciumqve qvadrantis in qvo proscriptionis damnabatur, citent. Alienæ qvadrantis incolis, et iis qvi tam sero (rei bonorum custodes) indagant, ut citandi facultate sint destituti, causam eadem æstate agendam ad rupem jurisdicundi denuntiare licet. Judicio qvadrantis non minus qvam bonorum occupandorum judicio proscripti creditores probationes suas adferant; judiciumqve qvadrantis æqve ac judicium bonorum occupandorum legitime institutum his omnibus debita sua persolvenda adjudicet.

Ef sa maþr leypz a brot af landi er seer er orþinn, meþ fe þat er hann atti, eþa er hann austr, þa er seeþ kömr a hendr hanom, meþ þat fe er hann a, oc seeþ ætti at vera her at feransdomi. Nu cömr hann ut meþ fe þat, eþa þat er hann hefir af þvi öxt, enda verþi þat tekit af hanom her, hvarz hann verþr

Siqvis (exilii vel proscriptionis) damnatus cum bonis suis civitate (nostra) clanculum emigraverit, vel tempore condemnationis unacum bonis suis, hic ad judicium bonorum occupationis publicandis, peregre constitutus sit, (præfiniunt leges ut) cum iisdem pecuniis, vel earum proventibus rediens, his spolietur, et sive neci datus sit

drepinn eþa eigi, oc a sa heimting þess fiar, er hann hefir sectan.

Þeir menn er sva verþa sekir görvir, at eigi er sect feit þeirra, þa eigo erfingiar at taca arfinn, ef þeir andaz, meþan þeir hafa eigi farit sycno sinni, þeirri er þeim var mælt, enn hinn a heimting fiarins alls er hinn secti, þegars hann hefir sycnonni þeirri sinni farit, er hanom var mælt aþr hann yrþi secr scogarmaþr oæll oc oferiandi, oc scal þat þa fara sem sectar fe annat.

XXXVI. Capituli.

Þat er mælt um þa menn er secir verþa scogarmenn, at eigi komr or alþingis domi sect þeirra upp full, þa scal stefna um biörg þeirra, oc lata varþa fiörbaugsgarþ, oc stefna til fiorþungs doms, oc qveþia til tolftar qviþar goþa þann er sa er i þingi meþ er sottr er, enda scal þar lata bera i dom vettisvetti, þau er nefnd voro at feransdomi, hve fyrir sect hans var mælt.

Nu hefir eigi attr verit feransdomr, þa scal lata bera vetti þau i fiorþungs domi, sem i feransdom scylldi ef attr veri.

Nu alengr er nockorr maþr er sottr um biörgina þess scogarmanz a þessa lund sem nu er talit, oc vetti þau hafa

sive non, hæc ille capiat, qvi eum condemnari curavit.

Qvi ea sub clausula condemnantur, ut bona eorum publicatione exemta sint, si moriuntur, dum immunitatem iis concessam non perdidere, hæredes eorum bona derelicta capiant; sed statim ac condemnatus hanc ei priusqvam proscriptus nec alendus nec vehendus fiebat, datam immunitatem amittit, omnia ejus bona, qvi eum condemnari fecit, sibi vindicare potest, qvæ ut bona commissa solent tractentur.

Titulus XXXVI.

Si pœnæ pecuniariæ proscriptis in comitiis generalibus judicio indictæ non omnino persolvuntur, cautum est legibus, ut de ope iis lata reus in jus vocetur, pœnaqve exilii in qvadræ (competentis) judicio ei intendatur. Prætor, qvi eadem ac incusatus toparchia utitur, dodecadis veridicorum effati postuletur; testimonia adhæc judicio coram provinciali proferantur, de testimoniis in judicio bonorum occupandorum prolatis, qvibus proscriptionis sententiæ clausulæ comprobatæ sunt.

Judicium bonorum occupationis si non peragitur, testimonia huic judicio, si haberetur, adferenda, coram judicio provinciali proferantur.

Modo jam indicato cum qvis de auxiliis proscripto præstitis in jus vocatus est, testimoniaqve nominata judicio qvadrantis

framfarit i fiorþungsdominn, þa varþar þeim mönnom öllom scoggang, er þa biarga þeim scogarmanni siþan, oc scal þa menn sökia i fimtardom, enn in sama socn viþ, þa er fyrr hafa borgit hanom, sem aþr var tint.

Þeir scogarmenn er farning er mælt, enda verþr eigi attr feransdomr eptir, þa scal kiosa þeim heimili eitt, oc segia buum V þeim er næstir bua heimilino, enda verþr hann þar heilagr alengr at þvi heimili sem þa er körit veri at feransdomi, oc sva scal a göto til scips þaþan fra þvi heimili, enda scal hann lata bera þau vetti fram, er hanom er fars beiþt, sem i feransdominn scyldi ef attr veri, nema hanom veri helgi meiri mælt, enn fiörbaugsmanne, oc þarf eigi þa at kiosa hanom heimilit.

Þeir menn er sycna er lofut at lögretto oc uppsögþ siþan sva at lögbergi, at þeir scyli vera feriandi, þa scal þeim sva beiþa fars sem fiörbaugsmanni, eþa þeim scogarmanni er at satt verþa secir, oc lata bera þau vetti til er nefnd voro at uppsögonni, hver sycna hanom var lofuþ. Ef þeir menn fara syeno sinni, þeirri er þeim var lofuþ, þa scal sva sökia um

allata, proscriptionis omnes tenentur qvi posthac proscripto opitulantur; in judicio qvinionis in eos agendum est; qvi vero antea proscripto opem ferebant, modo prius declarato criminis insimulentur.

Proscriptis, qvibus peregre abeundi copia conceditur, et posito bonorum ejus occupandorum judicium non haberi, domicilium unum designetur, qvod etiam colonis qvinqve huic domicilio proxime accolis indicetur; proscriptus vero in hoc domicilio constitutus, qvasi in judicio bonorum occupandorum designatum fuisset, culpæ immunis sit; in semita, qvæ ab hoc domicilio ad navim ducit, idem obtineat. Proscripto vero cum peregre navigandi occasio expetitur, ille testimonia, judicio bonorum occupationis, si haberetur, adferenda proferri faciat, nisi major ei qvam exuli securitas concessa sit, in qvo casu domicilium ei designare non necesse est.

(Proscriptis) qvibus in dicasterio concessa immunitas, ut nempe pro vehendis habeantur, ad rupem juris dicundi proclamatur, eodem modo ac exulibus, vel per transactionem factis proscriptis, peregre navigandi occasio expetatur. De sententia proclamata nuncupatorum testium effata proferenda sunt, ut comprobetur qvibus clausulis determinata immunitatis venia ei promissa fuerit. Hoc modo proscripti, si immunitatis veniam sibi concessam perdide-

biörg þeirra, sem scogarmanna er at satt verþa secir.

Ef mönnom er sycno lofs beþit at lögretto, scogarmönnom eþa fiörbaugsmönnom, oc a þat þviat eins standaz, ef allir lögrettomenn leyfa, enda veri engi maþr lyriti, fyrir utan lögretto, sva at þeir menn heyri, er i lögretto sitia. Enn ecki eigo annara manna orþ at standaz þott i gegn mæli, enn lögrettomanna ef eigi veria lyriti.

Þeir menn er secir fara utan heþan feriandi menn, þa ero þeir hælgir erlendis sem engi sect se a hendi þeim her fyrir þeim söcom.

Ef þeir menn er her ero görvir scogarmenn, oölir oc oferiandi, þa ero þeir jafnt dræpir oc ohælgir erlendis, sem her fyrir orum löndom.

XXXVII. Capituli *).

Ver scolom eiga varþing a landi varo. Scolo goþar III eiga þing saman. Þeir scolo eigi eiga þing lengra enn viko þing, oc eigi scemra enn IV natta þing, nema lofs se at beþit i lögretto. Varþing scolo þeir eigi eiga siþarr enn VI vicor se af sumri, er locit er socnar-þingi. Varþing

rint, opitulationis ipsis latæ rei eodem modo ac si per transactionem proscriptis opem tulissent, criminis insimulentur.

Immunitatis venia in dicasterio proscriptis vel exulibus expetita, tantum valeat, si omnes dicasterii assessores concedunt, et si extra dicasterium nemo ita interdixerit, ut dicasterio adsidentes exaudiant, aliorum vero qvam dicasterii assessorum recusatio nihil valeat.

Condemnati sed vehendi tamen, peregre hinc abeuntes, tanta extra Islandiam, commissi criminis respectu, vitæ gaudeant securitate, acsi hic nullo reatu tenerentur.

Qvi proscripti nec alendi nec vehendi fiunt, tam peregre qvam hic neci et noxiæ a nostratibus subjecti sint.

Titulus XXXVII.

In civitate nostra comitia vernalia habeamus. Tres prætores simul (hæc) comitia agant. Conventum septimanâ longiorem, et qvatuor noctibus breviorem, nisi in dicasterio aliud concedatur, ne habeant. Comitia vernalia ne serius instituantur qvam ut sex æstatis hebdomadibus præterlapsis, causæ agendæ ad finem perductæ sint; nec prius qvam ut (prætoribus) comparentibus

*) Hic fragm. 339 & 341 incipiunt sectiunculam, qvæ inscribitur: Varþinga þattr, Sectio de comitiis vernalibus.

scal eigi fyrr vera enn IV se af sumri, er þeir coma til.

Eigi scal nær stefna varþingi enn II vicor se til þess varþings, er sökinni er tilstefnt en gagna scal tilqvatt vera vico fyrir þing eþa meira meli, nema siþarr comi upp sökin, þa scal stefna sva ner varþingi sem vill, nema heiman qvöþ se til, þa scal stefnt et syþarsta viko fyrir þing oc qvatt gagnanna.

Þeim söcom scal stefna til varþings er menn ero samþinga. Manni er rett at stefna i þat þing, er hann er sialfr i, enda er rett at stefna til þess þings, er sa er i, er hann hefir sacir a hendi.

Goþar þeir allir, er i þvi þingi ero, scolo coma til þings öndverþz. Goþi sa er þinghælgi a þar, hann scal þar þing hælga enn fyrsta aptan, er þeir coma til þings, scal rettr mannz halfo aukaz meþan a þvi þingi er i orþom, oc i öllom önnom verkom. Enn goþi scal qveþa a þingmörc hver ero, oc scal hann sva þing hælga, sem alþingi, oc scal hann qveþa a hve þing heitir.

qvatuor æstatis septimanæ sint consummatæ.

Comitiis vernalibus ne propius citetur, qvam ut (citatione manifestata) duæ supersint hebdomades ad comitia vernalia, in qvibus hæc causa agatur; auctoritates vero caussarum unâ septimanâ, si non ultra, ante comitia habenda evocentur. Si post hos temporis terminos lis oriatur, comitiis vernalibus tam prope qvam placet citare licet, nisi domicilii vicini sint evocandi, in qvo casu non minus qvam unâ ante comitia habenda hebdomade et citatio manifestetur et auctoritates evocentur.

Lites toparchiæ cujusdam incolas intercedentes, ad comitia ejusdem vernalia deferantur. Legitime citat actor, tum in forum toparchiæ qvam ipse seqvitur, cum in comitia ejus toparchiæ qvam adversarius inhabitat.

Omnes hujus toparchiæ prætores ineuntibus comitiis (vernalibus) compareant. Prætor vero qvi securitatem judicialem præstare debet, (et in cujus prætura forum positum est) hanc primo, a qvo advenerint, vespere indicet. (Qvo facto) cujusvis, dum comitia aguntur, jus personale in duplum augetur, tum qvoad verba (contumeliosa) qvum facta omnia violenta (qvibus petitur). Prætor adhæc, termini comitiorum qvinam sint, definiat, et nomine fori manifestato, securitatem judicialem, eodem modo ac in comitiis generalibus solet, indicet.

Ef goþar coma eigi til þings öndverþz, þa varþar þeim þat utlegþ, oc or goþorþi sino, nema sacar se til þings; þa varþar fiörbaugs-garþ. Ef sacir ero til þingsins, oc sva þott þar giöriz, oc eigo þeir menn sacir þar at sökia er sacir hafa bunar til þings þess. Nu vilia þeir eigi, þa eigo samþingis goþar hans, sa þeirra er helldr vill sott hafa oc a þingi er ef eigi ero baþir. Nu vilia þeir eigi þa eigo innanþingsmenn fyrst, enn þa hverr er vill.

Si prætores (qvi securitatem judicialem indicere debent) comitiis ineuntibus non adfuerint, prætoriâ dignitate privati pœnam (tantum) pecuniariam luant, nisi lites ad comitia paratæ sint; in qvo casu exilii tenentur, et lites qvamvis (in his comitiis) decidantur, idem valeat. Prætores hac de causa reos agere iis competit qvi lites in hæc comitia paravere; hi si recusaverint, actio competit prætoribus, qvi eidem ac incusatus toparchiæ præsunt, et inter eos in primis ei qvi causam suscipere vult, et comitiis interest, si non uterqve adsit. Si horum neuter in reum agere voluerit, incolis toparchiæ actio primum deferenda, et deinde popularis evadit.

Varþingom öllom scal namn gefa, enn þingheyiendr scolo eigi siþarr coma til varþings enn nott se af þingi, oc sva þeir menn er meþ sacir fara, oc sva scolo þeir menn eigi siþarr coma til þings, er gagna ero heiman qvaddir, en nu hefi ec talit.

Comitia omnia vernalia certo nomine nuncupentur. Hæc comitia agentes, ut et causarum hic agendarum partes, ne unica comitiorum temporis nocte serius compareant. Post tempus, qvod jam definivi, nec veniant, qvi ad auctoritates causarum proferendas evocati sunt.

Enn ef þeir menn coma siþarr, er sacir hafa til þings, eþa sacir vilia veria, oc verþa onytar sacir þeirra, oc sva varnir, ef þeir coma siþarr til varþings, enn nott se af.

Si in comitiis (vernalibus) causas vel agere vel defendere parantes, stato tempore non adfuerint, eorum et actiones et exceptiones reprobentur, si (nempe) serius venerint, qvam unicâ comitiorum vernalium nocte præterlapsâ.

Rett er at varþing se scemra enn IV natta þing, ef þingonautar ero allir asattir, oc se lokit söcom öllom, þeim er bunar voro til þings þess.

Comitia vernalia petentes si consenserint, et causæ omnes ad hæc comitia paratæ ad finem deductæ sint, qvatuor noctibus brevius comitia vernalia habere liceat.

Enscis ego vattar at qveþia igegn til varþings, nefna scal þa menn alla i dom, er fyrr coma til þings enn dom scal nemna. Ef söc kömr upp siþarr enn II vicor ero til varþings, enda se heiman qvatt til, þa scal stefnt vico fyrir þing, oc sva qvatt gagna til. Nu cömr siþarr up söcin enn vica se til þings, þa scal qveþia bua til a þingi.

Testes evocati ad comitia vernalia ituri ab evocante nihil reposcant. Judices legitime designantur qvi judicum denominatione nondum instituta in foro comparent. Ubi lis, cui auctoritates domi evocandæ adhibeantur, intra duas ante comitia vernalia hebdomades evenit, tum unicâ ante ea hebdomade et citandum est, et auctoritates evocandæ; si causa serius qvam unica ante comitia hebdomade oriatur, veridici in ipsis comitiis denominentur.

Rett er bonda at senda mann til þings at heya þing fyrir sic, þann mann er samþingi er viþ hann, enda ef sacir ero bunar til varþings, þa varþar goþa fiörbaugsgarþ ef hann kömr eigi til öndverz þings, oc sva þo at þar giöriz.

Colono eum, ad comitia (vernalia) sui locô agenda, mittere liceat, qvi eandem ac ipse toparchiam seqvitur; et si causæ ad hæc comitia paratæ fuerint, prætor iis ineuntibus non comparens, litibus qvamvis ibi decisis, exilii tenetur.

Stefna scal um eindagat fe um ena hælgo vico, ef hon er um þing, til alþingis ef maþr vill.

De pecuniis, termino solutionis peremtorio non expensis, in sancta hebdomade, in tempus comitiorum vernalium si inciderit, ad comitia generalia, si placuerit, citare liceat.

Ef þeir menn coma siþarr til þings, en nott se af þingino, er lögscila ero heiman qvaddir, oc verþa onyt lögscil þeirra manna ef þeir vilia framföra.

Si ad legitima forensia peragenda domo evocati, vel primâ comitiorum temporis nocte serius advenerint, vel (omnino) non comparuerint, legitima judicialia qvæ (serius) proferre volunt, reprobantur.

Ef þingheyendr coma siþarr til varþings enn nott se af þingino, eþa coma eigi til varþings, oc verþa þeir utlagir um þat viþ goþann.

Si comitia agentes vel prima comitiorum vernalium nocte præterlapsa venerint, vel omnino non comparuerint, mulctam pecuniariam prætori, (securitatem judicialem indicanti) expendant.

Rett er at bondi fai griþmann sinn

Colonus operarium suum domesticum,

fyrir sic oc verþr sa jamrettr þingheyandi sem bondinn. Hann scal segia goþa at hann mun þing heya fyrir þriþiungsmann hans, oc nefna þann annan.

Goþar scolo þar dom nefna, oc scal hverr þeirra XII menn nefna i dom at döma, um sacir þær allar er þar coma i dom þann er þa scylda lög til. Hann scal bioþa til sacar sökianda, oc sacar verianda at rengia þa menn or domi, oc emc buinn annan i at nefna, ef þessir verþa or rengþir at lögom. Þat er oc rett, at þeir hafi þingscavp þau er þingheyendr verþa asattir, hvervetna þess er þeir taca eigi af alþingis mali, enn þeir eigo cost at auca er þeir vilia. Meiri lutr goþa scal raþa hvenær domr scal utfara. Of sacir þær allar er samþingismenn eigo saman, þa eigo þeir cost at vinna hvarz sem þeir vilia at hafa sacir til alþingis, eþa til varþings nema þar er utlegþir fara einar saman. En þeir scolo fara til varþings, en utlegþar sacir scolo eigi standa um varþing, þar er þær fara einar saman, ef þær coma up fyrir stefno daga.

Þat er mælt um omaga sacir, at þær scal vinna, hvarz er vill, at lysa til framförslo omaganom at varþingi eþa stefna heiman ella. Þviat eins er rett at lysa omaga a hönd manni a varþingi, ef sa er sialfr a þingi er a hönd er lyst, oc scal

sui ipsius loco ut in foro compareat, legitime substituit, et hic tanqvam ipse colonus juste agit comitia; prætori vero, pro ejus trientis incola, qvem nomine nominet, se comitia agere indicet.

Prætores in judicium viros legant; qvisqve eorum unam denominet dodecadem, qvæ causas omnes huic judicio subjiciendas et debito decidendas, dijudicet. Actorem defensoremqve causæ (prætor) invitet ad reprobandos judices, qvos denominavit. Unoqvoqve horum legibus convenienter reprobato alium substituere paratus sum (inqviat). Forensem procedendi modum, a foripetis comprobatum servare possunt, modo comitiorum generalium constitutionibus non deroget, his vero subrogando aliqvid adjicere licet si placuerit. Pars major prætorum qvando judices exeant, definiat. Qvoad lites ejusdem toparchiæ incolas intercedentes, eligendi facultas partibus conceditur, utrum in comitia generalia an vernalia eas parare velint, nisi causæ sint, pœnas solummodo pecuniarias adferentes, qvo casu in comitiis vernalibus agantur, qvæ neqvaqvam transeant causæ tantum multaticiæ, si ante justum citandi terminum sint ortæ.

De causis circa alimonias versantes præfiniunt leges, actoris arbitrio concessum esse, utrum alendum ad sustentationem suscipiendam in comitiis vernalibus denuntiare, an domi citare velit. Ea sub conditione in comitiis vernalibus alendus cui-

segia hanom sialfom meþ vatta, ef hann heyrir eigi a lysing.

En ef menn vilia bua vigsacir eþa legorþzsacir til varþings, þa er rett hvarz sem vill at stefna heiman eþa lysa i þingbrecco.

Ef lysa scal sacir, þa scal qveþia bua halfom manaþi fyrir þing eþa meira meli. Þat er oc mælt at qvatt scal qviþa allra, oc frumgagna aþr domr fari ut sem a alþingi.

XXXVIII. Capituli.

Um doma utförslor.

Domar scolo fara ut sva at sacir comi i allar fyrr en sol se undir. En menn scolo sva sacir luta jamt sem a alþingi, oc sva eiþa vinna oc fara at söcom öllom oc sva at vörnom sem a alþingi.

Ef menn halda gögnom, þa varþar þeim slict, sem a alþingi haldi þeim; enn þeim a þar at stefna um i þingbrecco til doms.

Ef (menn) ero bua qviþar qvaddir þar er tolftar qviþr atti til at coma, þa eigo þeir þat at lata standa fyrir qviþburþ

dam juste denuntiatur, si is, cui alendi sustentatio injungitur, ipse in comitiis adsit, si vero denuntiationem non exaudiat, testibus adhibitis ei indicetur.

Si in homicidii vel stupri criminis reos in comitiis vernalibus qvis agere voluerit, penes agentem sit arbitrium, sive domi citare velit, sive in clivo comitiorum causam denuntiare.

Ubi causæ denuntientur, vicini veridici semimense, vel prius, ante comitia habenda evocandi sunt. Legibus cautum est, ut veridici omnesqve (causis adhibendæ) auctoritates principales, ut in comitiis generalibus solet, priusqvam judices exeant (ad judicandum), evocentur.

Titulus XXXVIII.

De judicum sub dium deductione.

Judices tam mane exeant, ut ante solis occasum causæ omnes in judicium devenire possint. Hic lites ad sortem revocandæ, juramenta dicenda, omniaqve actionis et defensionis momenta ita proferenda, ut in comitiis generalibus fieri solet.

Proferendas causarum auctoritates retinentes, eundem reatum incurrunt, acsi in comitiis generalibus retineant, in clivo vero fori vernalis de hoc in jus vocandi sunt.

Siqvi viciniæ veridicorum effati postulantur, in causis, qvibus dodecadis veridici adhibeantur, id suo effato proferendo ob-

sinom, at þeir ero þess qviþar qvaddir er þeir ero eigi rettir um at scilia.

Ef goþi er qvaddr tolftar qviþar, þar er bua qviþr a um at scilia, oc scal hann lata standa fyrir qviþburþ sinom, ef hann er eigi rettr um at scilia.

Ef maþr helldr gögnum, sa er utanþingsmaþr er, oc a hinn cost hvarz hann vill, stemna hanom þar i dom eþa til alþingis.

Ef þinghcyiandi ferr þaþan a brot or þing marki oc er a brot um nott eþa lengr, oc varþar þat fiörbaugsgarþ, oc er rett at stemna þeirri söc i þingbrecco oc þar til doms. Scal qveþia til heimilis bua IX a þingi þess er sottr er. Öll þingsafglöpon, su er menn giöra þar, oc varþar slict þar, sem menn göri a alþingi, oc sva scal sökia at öllo um varþings afglöpon, sem a alþingi veri giört.

Ef varþing verþr sva afglapat, at eigi mego mal lukaz þar fyrir þeim söcom, þa scal sa er þær sacir atti at sökia, stefna þeim er vallda um þings afglöponina, oc lata varþa fiörbaugsgarþ. Nu ef qviþr berr a þa, þa ma hann sökia þær sacir a alþingi, oc i þann fiorþungsdom sem þing var i, oc eigo þær sva þar at metaz, sem þær voro tilbunar, enda ero gögn þau öll sialfqvödd til alþingis er þar verþa eigi af

stare prætendant qvod effati postulantur (de causa) de qva dispicere non obligati sunt.

Si prætor ad dodecadis veridicorum effatum exhibendum provocatur, ubi viciniæ veridici de causa decreturi sint, effati retenti, se ad hoc proferendum non idoneum esse, causam interserat.

Si alienæ toparchiæ incola auctoritates (in comitiis vernalibus proferendas) retineat, (qvi his utatur) ex sua voluntate, reum vel ibi vel in comitiis generalibus in jus vocet.

Si comitia agens, per unam pluresve noctes terminos fori (vernalis) egressus, abfuerit, exilii tenetur; de qva causa ibi dijudicanda in clivo comitiorum citatio manifestetur, novem incusati domicilii vicinis (ad probandum) evocatis. Comitiorum vernalium perturbatio eâdem pœna coërcenda est, et de hoc delicto actio eodem modo instituatur, acsi in comitiis generalibus facta fuerit.

Comitiis vernalibus ita perturbatis, ut eam ob rem lites (partium) componendi facultas defuerit, actores causarum competentes, auctores perturbationis, ad exilii pœnam subeundam in jus vocent. Si per effatum veridicorum perturbationis rei arguuntur, causæ perturbatæ in comitiis generalibus agantur, inqve judicio qvadrantis, cui forum vernale (perturbatum) adscribitur; qvasi ad hoc ab initio paratæ fuissent, ibi censendum est; omnesqve auctoritates

hendi leyst; oc aþr var tilqvatt, oc sva gagna gögn.

Ef þing berr a ena helgo vico, at þat a eigi fyrir þeim malom at standa, er þar þarf at hafa a þingi, hvarki fyrir eiþom ne fyrir stefnom, enn eigi scal þa stefna til alþingis nema um eindagat fe.

Ef innanþings-menn bera annattveggia lingqviþo eþa lingvætti, oc scal þeim stefna þar i dom, oc lata þeim varþa fiörbaugsgarþ, oc qveþa til tolftar qviþar goþa þann er sa er i þingi meþ er sottr er. Ef sa maþr berr lingqviþo eþa lingvetti er utanþingsmaþr er, oc er rett hvart sem hann vill, at stefna hanom þar i dom, eþa til alþingis ella, oc scal qveþia goþa þann er sa er i þingi meþ er sökir a varþingi.

Hvervetna þess er a gögn er qveþit, oc er stefnt til alþingis oc a sva domr at döma, sem rett borin se gögnin. Ef a gögn er qveþit a varþingi, þau gögn er mali þickir scipta meþ mönnom, þa scal

principales, antea qvidem comparatæ, sed in foro vernali proferri prohibitæ, ut et harum auctoritatum probationes secundariæ, pro reapse in comitia generalia evocatis, habeantur..

Si alendi ante dies migrationum penuria alimentorum laborare inceperint, protinus ubi (conjuges) deficiunt, distribuantur. In diebus migrationum alendos etiam distribuere licet, si iis semestribus (ɔ: eodem anno) alimentis eos destitutum iri sperandum sit, addita tamen, si exstaret, pecunia, modo alimentorum, in duo semestria præmium, minusve alendis, qvi tum adsunt, reliqvum sit. Omnes alendorum participes, modo ejusdem tribus incolæ sint, in foro vernali invitentur, ut septem æstatis septimanis peractis adveniant. Qvodsi distributio serius peragenda fuerit, septem ante noctibus invitentur; vicini vero tribus semper ante distributionem noctibus citandi sunt, accolæ scilicet domicilii, in qvo distributio alendorum instituitur.

IV. Capituli.

Of omaga scipti.

Þeir scolo scipta omögum viþ bok V buar. En ef omaginn er einn, þa scolo þeir scipta sva, at þeir hafi allir er til ero komnir þann omaga[4]) [um sinn] a tveim missarom, enn eigi störrom[5]) [ne smærrom] enn sva.

Ef buar coma eigi til sciptissins, oc ero qvaddir[6]) [at lögum], þa verþa þeir

Titulus IV.

De distributione alendorum.

Vicini qvinqve ad librum (sanctum jurejurando defuncti) egenos alendos distribuere debent. Qvodsi alendus solummodo unicus fuerit, ita distributionem moderentur, ut ad omnes eum sustentare obligatos, semel qvotannis alendus deferatur, nec majores nec contractiores vices iis præfiniant.

Vicini legitime provocati ad distributionem non venientes trium marcarum multam

[1]) *B cum suis legit:* þeir, *illi ɔ: alendi.*

[2]) *B cum suis habet:* þar, *ibi.*

[3]) *B cum suis legit:* ofvallt, *sensu eodem.*

[4]) *B cum suis omittit:* um sinn.

[5]) *B cum suis omittit:* ne smærrum.

[6]) *B cum suis omittit:* at lögum.

utlagir III mercom. Nu coma buar III en griþmenn II, þa verþr þo rett sciptíng þeirra.

Sa er qvaddi sciptissins, scal beiþa bua [1]) [meþ vatta] at scipta omögonum viþ bok; nu ef þeir vilia eigi, þa ero þeir utlagir, enda a domr at döma a hendr þeim [2]) sciptiþ XIV nottom eptir vapnatak.

Faþirinn scal scipta lata omögum oc föra meþ eiþ a hendr hinom er hlotiþ hefir. En ef eigi sciptir faþirinn, þa a sa maþr at scipta er hlut a i omögum, eþr sa er vill ella, oc scipta til lutfalla.

V. Capituli.

Ef jamn-nanir menn ero barn-omaganum.

Ef jamnnanir menn ero fleiri barn-omaganom, þa scal [3])[sa er omaginn er a hönd kominn], qveþia heimilis-bua sina V til at scipta meþ þeim, enda scolo buar luta meþ þeim hverr þeirra scal fyrstr hafa eþr þar næst eþa efstr. Hann a at föra þeim manni er fyrstr hlaut omagann, oc segia hanom hve lengi hann scal hafa,

luant. Qvodsi vicini tres, operarii vero certo domicilio utentes duo apparuerint, distributio eorum attamen pro legali habeatur.

Qvi ad distributionem provocat, colonos ad librum (sanctum jurejurando functos) alendos distribuere, testibus adhibitis roget. Qvodsi hoc facere renuerint, pœnam pecuniariam luant, nihiloqve minus judicum sententia distributio, qvatuordecim post armorum sumtionem noctibus peragenda, iis injungatur.

Pater (matre demortua) alendos distribui faciat, et jurejurando addito iis, qvi sortiti sunt, eos domum afferat. Qvodsi pater distributionem non instituerit, particeps alendorum, eos, sortibus ductis, distribui faciat, vel alioqvin qvicunqve voluerit.

Titulus V.

Si minorennibus alendis plures æqve cognati fuerint.

Si minorennes alendos pari consangvinitatis gradu plures attigerint, is, ad qvem minorennis jamjam pervenerat, vicinos suos qvinqve, ut inter eos distribuant, provocet, vicini vero ductis sortibus definiant, qvi eorum primus qvive secundus aut novissimus minorennem sustentet; ipse ei, cui primo sors obtigerat, minorennem afferat, in-

---

1) *B cum suis omittit:* meþ vatta.

2) *B cum suis omittit:* sciptiþ.

3) *B cum suis pro iis qvæ uncis tenentur habet:* hann, *ille.*

eþr hveriom hann scal föra. Eigi scal hanom föra optarr meþ eiþ enn sama omaga, enn um sinn, oc föra at þeim lut, er hanom var deildr. Hann scal ser af hendi föra meþ vatta, oc sva hverr þeirra öþrom, er [1]) annaz þann omaga. En ef þeir vilia eigi viþ taca oc varþar þeim utlegþ, en hinn scal heim hafa omagan oc heimta fulgor IIar at þeim. Omaginn scal i þeirri att vera þar til er hann er XVI vetra gamall, sem hann var i deildr.

Ef misdauþi verþr omaganna, þa a þess nyt þat at vera er omaginn var deildr.

[2]) Föra a maþr manni omaga, þa er hann er XVI vetra gamall, þeim er nanastr er, hvergi er aþr hafþi; þa er hann af omaga aldri; oc scal fara sem erfþ önnor, oc föra meþ eiþ at heimili hans, oc segia til lögföstum manni, meþ hver scil þeir hafa fört.

VI. Capituli.

Of eiþförslor omaga.

Sva er mælt at maþr a at föra manni

dicetqve qvamdiu eum alere vel ad qvem transferre debeat. Idem minorennis plus unica vice jurejurando adhibito illi ne adferatur, idqve pro ea tantum portione, qva in ipsum distribuebatur; adhibitis testibus ille minorennem ad alterum postea transferat, ac eodem qvisqve modo ad alium eorum qvi hunc alendum curare tenentur. Qvodsi negare renuerint pœnam pecuniariam luant, adducens vero alendum domum suam reducat, duplasqve pecunias alimentarias ab illis reposcat. Minorennis alendus in eadem permaneat familia, cui adsignatus est, sedecim donec annorum ætatem explet.

Si minorennium alendorum unus ante cæteros mortem obierit, ejus, cui ipse adscriptus fuit, id in lucrum abeat.

Alendum sedecim annos natum consangvinitate conjunctissimo afferre cuiqve fas est, qvicunqve alias eum antea sustentaverit. Tum minorennitate excedit, hæredemqve seqvatur. Domicilium ipsius cum jurejurando adducatur, (adducensqve) qva ratione eum adduxisset, legitimo ibi domicilio utenti, indicet.

Titulus VI.

De alendorum, jurejurando adhibito, facta translatione.

Lege cautum est, ut qvis cum jurejurando

---

[1]) *B cum suis legit:* hafa, *habere.*

[2]) *B cum suis incipit:* þat er mælt, *legibus cautum est (qvod &c.) Hoc per figuram* T? *exprimit.*

omaga meþ eiþ at heimili [1])[þess er omaginn er förþr], oc fara jamt meþ sem meþ stefno. Ef menn ero i selium oc er þar bu alt, þa er rett at föra þangat omagann meþ eiþ. [2])[Ef hann hittir hann i verki uti, oc er rett at föra hanom omagann meþ eiþ]. Þar þa, en ef eigi er omagi ein-förr til hus, þa eigo þeir at bioþa at föra [3])[omaga] til hus, ef hinn er i verki.

alendum afferat ad domum ejus, cui afferri debet, pariqve ratione ac si dicam manifestaret, negotium exeqvatur. Si familiæ in æstivis cum totis pecuniariis agant, eo alendum jurejurando adhibito afferre fas est. Si (alendum afferens) eum foris offenderit (cui adduceretur,) tum ibidem jurejurando ipsi juste injungitur. Qvodsi domum (in æstiva) perveniendi vires alendo defuerint, et (qvi reciperet) in operando occupatus sit, (alendum ducentes) eum domum allaturos semet ipsos offerre debent.

VII. Capituli.

E i þ f ö r i n g.

Sva scal omaga eiþföra at nefna vatta IIa eþr fleiri. I þat vetti at ec vinn eiþ [4])at bok lögeiþ, oc segi þat guþi at ec veit eigi annan mann rettara at föra fram þenna omaga, [5])oc nefna hann, samsheraþs, þann er fe oc föri hefir til, enn þic N. N. [6]). Sannaþarmenn II er fylgia hanom scolo slikan eiþ vinna, oc fela þat undir eiþ sinn, at [7])hinn veitaþ annan

Titulus VII.

(Alendorum) cum jurejurando facta adductio.

Alendi jurejurando, seqventibus observatis, deferantur: duobus pluribusve testibus denominatis, id vos probare volo (inqviat denominans) qvod ad librum (sanctum), juramentum, legale juramentum præsto, Deümqve contestor, mihi non ullum hujus tribus incolam opes facultatesqve habentem te N. N. rectiorem, qvi hunc alendum, qvem nomine nominet, sustentandum susci-

---

[1]) *B cum suis pro uncis inclusis legit:* hans, *ejus.*

[2]) *Ea qvæ uncellis tenentur, A cum suis non habet, sed e Cod. B textui inserui, qvia contextus probat, necessario habenda esse.*

[3]) *B cum suis omittit:* omaga.

[4]) *B cum suis legit:* at † (crossi), *ad crucem.*

[5]) *B cum suis:* oc nefna hann, *ita cum cæteris conjungit, ut de eo intelligendum videatur, cui alendus injungitur.*

[6]) *B cum suis addit:* oc qveþa a af hveriom rifiom hann förir hanom, oc ec eiþföri hann þer at lögum, oc nefna hvarntveggia, *et exprimat qvibus rationibus inductus ad eum afferat, et ego hunc tibi cum jurejurando e legum sententia affero, utroqve nominato.*

[7]) *B cum suis legit:* hann, *ille.*

rettara samsheraþs at föra framm þenna omaga enn [1]) þic N. N. [2])[Sva scal vanda sannaþarmenn meþ þeim manni er meþ eiþ förir, sem stefno vatta. Sva scal lysa eiþförslo sem stefno, ef eigi föra lögfastir menn.

Siþan scal sa er förir omaga nefna enn vatta. I þat vetti at ec föri þer N. N. son. Föri ec hann til framförslo oc varþveizlo oc viþtöco at öllum luta; föri ec a fe þitt oc a föri eþr handmegn hans ella; föri ec at lögom oc felk þer a hendr abyrgþ hans at öllo. Oc scal aqveþa af hveriom rifiom hann förir. Nefna scal föþor eþr moþor bæþi omagans, oc viþtakandans. Þa scal maþr bok hafa er meiri se enn halsbok eþr cross elligar.

Sva scal vanda tiþ at eiþföra omaga, heima i heraþi, sem til þess at eiga hreppa-dom. Eigi scal föra um langafösto ne lögheIgar tiþir, oc eigi þær vicor VI, tvær fyrir alþingi, oc þingvicor II,

piat innotescere. Duo, qvi ipsum comitantur comprobatores jusjurandum iisdem verbis conceptum præstent, qvo asseveretur, qvod iste (alendum ducens) ejusdem tribus incolam, hunc alendum sustentandi te N. N. rectiorem cognoverit neminem. Comprobatores eum secuti, qvi jurejurando alendum defert, eodem studio comparandi sunt, ac testes de citatione manifestata. (Alendi) cum jurejurando facta adductio eodem modo, ac citatio, denuntietur, si viri certo domicilio addicti non adduxerint.

Deinde, qvi alendum adducit iterum in eam rem testes contestetur, qvod (dicat) N. N. filium tibi defero; defero (inqvam) tibi, ut in totum eum sustentes, cures et suscipias; defero (eum) in opes tuas et facultates, vel alioqvin in mercedem ejus operarum; defero (eum) legum præscriptis convenienter, tibiqve in totum eum curandum injungo. Qvibus rationibus inductus affeerat simul exprimat; pater materve tum alendi cum accipientis nomine nominetur; liber, libro collari major, vel crux alioqvin adhibeatur.

Tempus ad alendos domi in tribu cum jurejurando deferendos ita eligatur, uti ad pagana judicia habenda (solet). Tempore jejunii septuagesimalis aut temporibus juxta legum præscripta festis neqvaqvam

---

[1]) *B cum suis legit:* hann, *illum.*

[2]) *B cum suis omittit ea, qvæ uncis tenentur, usqve ad:* þa er omagi er &c.

oc tvær eptir þing enar næsto. Eigi a at eiþföra omaga a löghelgum tiþum ne um langafösto, enn föra meþ vatta, föra jafnan þess amilli.

deferatur, nec sex illis hebdomadis, duabus nempe comitia generalia antecedentibus, duabus (ipsorum) comitiorum generalium septimanis, duabusqve comitia generalia proxime subseqventibus. Nec temporibus juxta legum præscripta festis, nec tempore septuagesimalis jejunii, alendi cum jurejurando sunt deferendi, sed testes adhibeantur, semper vero temporibus intermediis (jurejurando) deferatur.

Ef maþr viþr sva eiþ at hann viti eigi scyldari samsheraþs, enda viti hann eigi scyldan, þa er sem oført se. Kostr er at stefna heiman oc sva at lysa at lögbergi eþr a varþingi, ef þeir ero samþinga, oc er þa frændsemi ef þriþia bröþra er eþa scyldara.

Si qvis jurejurando eo modo defunctus fuerit, ut nesciat ejusdem tribus incolam qvendam cum alendo cognatiorem, (qvam eum cui affertur), nec ullum ei cognatum noscat: ac si neqvaqvam alendum detulisset, censendum est. Domi diem dicere fas est, ut et ad rupem jurisdicundi (causam) denuntiare, vel in comitiis vernalibus, si nempe (pars utraqve) ejusdem toparchiæ incolæ sint. Cognationem vero adesse putandum, si in septimo lineæ collateralis, vel propinqviore gradu conjuncti fuerint.

Ef sa maþr finnz er scyldri er, þa scal hinn lysa þeim a hönd, hvartz hann vill a þingi þvi eþr öþro. Ef hann lysir a öþro þingi, þa scal hann lysa til fulgna meþ].

Siqvis cognatione (alendo) propinqvior deprehendatur, ille alendum, sive in his sive in aliis comitiis id facere voluerit, denuntiando ei injungat. Qvodsi in secundis comitiis denuntiaverit ad præmium sustentationis conseqvendum simul denuntiet.

Þa er omagi er XVI vetra gamall eþr ellri oc er rett þa at föra hann meþ eiþ þott hann hafi fyrr verit förþr, þa er hann var yngri, oc scal hann hafa hvartz

Alendum sedecim vel plurium annorum jurejurando adhibito deferre fas est, qvamvis olim, dum tenerioris ætatis erat, eodem modo allatus fuisset, (defe-

er hann vill cross eþr bok, meiri enn halsboc.

Ef menn föra omaga meþ eiþ, oc göra menn liþ fyrir þa, sva at þeir meigo eigi na at fara meþ til [1]) huss, þa er rett at föra þar meþ eiþ, er þeir coma framarst. Ef þeir verþa sva ofliþi bornir, at þeir taca omaga oc föra þeim manni meþ eiþ, er aþr for meþ omaga, þa er hverr þeirra utlagr um þat III mörcom, er i þeirri för var, oc a ecki eiþförsla þeirra at standaz. Ef hann förir þeim manni omaga er ecki a fe, þa er sva sem ofört se.

[2]) Ef maþr förir þeim manni omaga er engi sculdleik a viþ, þa er sem ofört se. Ef maþr förir sinn omaga sialfs avþrom manni þa varþar hanom utlegþ.

Ef sa maþr förir manni viþ eiþ omaga [3]) er eigi a framförslo hans, oc förir þeim manni er viþ a at taca, enda lætr hann ganga eiþförþan omagan, [4]) [at lögom förþan], þa varþar hanom þat IIIa marca utlegþ. En ef omaginn verþr uti dauþr af þeim söcom, þa varþar hanom þat fiörbaugsgarþ, oc scal qveþia til IX bua a

rens vero) pro lubitu sive cruce, sive libro, libro collari majori, utatur.

Siqvi alendum cum jurejurando allaturis armatos obviam miserint, ut eum ad domum deferre non sustineant, ibi jurejurando juste defertur, qvo proxime accedebant. Si tanta vi (deferentes) oppressi fuerint, ut captum alendum (adversarii) jurejurando adhibito illi ipsi adferant, qvi prior alendum huc adduxit: qvilibet hujus violentiæ socius ob eam rem tres marcas luat, ipsorumqve cum jurejurando facta adductio alendi irrita sit. Siqvis ei, qvi facultatibus destitutus est, (alendum) attulerit, ac si infectum sit, habeatur.

Siqvis alendum ad alium, ei consangvinitate non junctum attulerit, ac si infectum sit habeatur. Siqvis proprium alendum alteri attulerit, pœnam luat pecuniariam.

Si is qvi sustentare non tenetur, alendum jurejurando ei attulerit, qvi recipere tenetur, hic tamen alendum jurejurando et legum præscriptis convenienter sibi delatum ostiatim mendicare facit, trium marcarum multa tenetur. Qvodsi alendus eam ob causam sub dio emoriatur, exilium luat. Vicini novem (hoc casu) in comitiis evocentur. Ei, qvi alendum afferebat, hunc domum (suam) si placet reducere licet, dup-

[1]) *B cum suis legit:* tuns, *ad pratum domesticum.*

[2]) *B cum suis legit:* ef hann, *si ille.*

[3]) *B cum suis interponit:* er ecki a viþ eþr &c., *qvi pecuniis non pollet vel is qvi &c.*

[4]) *B cum suis omittit:* at lögom förþan.

þingi [1]). Hinn a cost at hafa heim omagann, er förþi, ef haun vill, oc heimta fulgor tvennar at hanom, oc utlegz hann umfram. Hann scal föra þeim manni er nanastr er [2]) þeirra manna er hag a til viþtökonnar, enda er rett at föra þeim manni, er firnari er samheraþs omaganom, en sa scal föra af höndom ser omagan at domi a hendr þeim er viþ a at taca, oc heimta fulgurnar at hanom. Rett er at föra omaga a hendr erfingianom, þo at hann se oauþgari enn hann eigi fram et föra. [3])[Meþ vatta scal föra arftöcomanni omaga en eigi meþ eiþ], en hann a at föra af höndom ser oc hrepsmenn meþ hanom.

lumqve sustentationis præmium exigere ab altero, cui insuper pœna pecuniaria irrogetur. Conjunctissimo cognato, eorum, qvi alendum suscipiendo pares sunt, eum afferat, imo remotioris gradus cognato sed in eadem tribu habitanti eum afferre fas est; ille vero judicum sententiæ vi a se alendum ad eum, qvi recipere tenetur, transferat, sustentationisqve pretium ab eo exigat. Alendum hæredi afferre liceat, etiamsi ipsi res familiares tenuiores sint, qvam ut eum sustentare teneatur. Testibus adhibitis non jurejurando hæredi alendus deferatur, ipse vero paganis suis adjutus a se transferat.

Ef scilr a meþ hrepsmönnum, oc vilia sumir föra enn sumir eigi, þa eigo þeir at raþa er föra vilia. [4])Nu vinna sumir hvartki at, þa eigo þeir at ala omagan, er eigi vilia föra hann.

Qvodsi inter paganos hac de re non convenerit qvidamqve eorum transferre voluerint aliis renuentibus: eorum qvi transferre volunt, auctoritas prævaleat. At nonnulli in neutram sententiam eunt, tum qvi alendum transferre detrectant, ipsum sustentare tenentur.

[5])[Rett er at föra omaga a alþingi meþ eiþ fyrir doma, oc föra þangat til buþar, er sa er i buþ er viþ a at taca omaganum oc föra at rumi hans eþr þar er hann heyrir a sialfr].

In comitiis generalibus ante judicia habenda alendum deferre fas est. Ad tentorium, qvod ille inhabitat, qvi recipere debet, et ad ejus in tabernaculo membrum, vel ubi exaudit ipse, deferatur.

---

[1]) *B cum suis addit:* en V til utlegþar, *sed qvinqve ad reum pœna pecuniaria afficiendum.*

[2]) *B cum suis addit:* omaganum, *alendo.*

[3]) *B cum suis omittit ea qvæ uncis tenentur.*

[4]) *B cum suis legit et addit:* Nu vilia sumir hvartki at, oc er þa sem þeir niti, þa eigo þeir &c. *Qvodsi nonnulli in neutram sententiam iverint, tum qvasi negassent habendum est, et qvi alendum &c.*

[5]) *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

Rett er at föra omaga at scipi, ef sa vill a brot fara er viþ omaganum a at taca, [1)oc föra at buþ, ef hinn heyrir eigi a.

Rett er at föra omaga at fiski scalum meþ eiþ, ef menn ero i fiski]. Ef sa maþr a eigi fe til at föra fram omaga þann er hanom var förþr meþ eiþ, þa a hann at föra af höndum ser at domi, oc qveþia heimilis-bua sina V til, hvart hann a fe til at föra fram þann omaga eþr eigi.

Rett er at föra omaga a varþingi meþ eiþ, ef hann heyrir sialfr [2)fyrir doma. Föra ma þott sculþa-þing se fast, ef socnar þing er laust].

Ef maþr deyr fra þeim omögum er hanom voro förþir meþ eiþ, þa eigo þeir at fylgia arfinom, ef hann var arftökomaþr omaganna, meþan arfrinn vinnz til, oc fylgia at þeim luta, sem hann atti arfinn at taca eptir omagan. Ef eigi er fe til, eþr var hann eigi erfþar-omagi, þa a sa maþr at taca viþ omaganum, er fe eþr föri hafi til, oc scylztr se. Ef hinn er þrotinn, er framförir omagan, þa a til

Alendum navi adducere fas est, si eum recipere obligatus peregre abire paraverit. Ante tabernam sistatur, si (eum recipere obligatus) non ipse exaudiat.

In piscatura qvibusdam occupatis, casis piscatoriis alendum jurejurando adhibito afferre fas est. Qvodsi ad alendum cum jurejurando delatum sustentandum pecuniæ cuidam defuerint, judicio coram illum a se transferre debet, vicinis suis qvinqve testibus evocatis, pecunias ad eum alendum habeat nec ne?

In comitiis vernalibus, judiciis nondum habitis, cum jurejurando alendum, (ei, qvi receperit) si ipse exaudit, sistere fas est; sistere liceat, qvamdiu conventus debitorum exigendorum restat, ipsa qvamvis agendarum causarum comitia vernalia præterierint.

Si qvis ab alendis ei jurejurando delatis, morte abripitur, illi hæreditatem, qvamdiu iis sustentandis sufficit, et defunctus modo eorum hæres fuerit, seqvantur; seqvanturqve ea ex parte, qva (defunctus cuivis) alendo succederet. Si vel pecuniæ defuerint vel alendo defunctus ne succederet, tum cognatorum proximus, qvi et pecunias et facultates habet, alendum suscipiat. Ubi ille, qvi alendum sustentat, ad incitas redigitur, eorum qvisqve ad neces-

1) *Qvæ uncis tenentur, B cum suis omittit.*

2) *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

sins sculdingia hvarr at hverfa; þar kalla menn omaga-mot.

[1])[Ef maþr tecr at veita sciptingar omögum sinom aþr scipt se, þa a hann þat eigi at telia i sciptum.

Ef erfingi omagans hefir eigi hag til framförslo, þa scal sa leggia til af verkum sinom alt þat er buar virþa, at hann ma miþla umfram um klæþnaþ sinn].

Eigi scal inom sama manni föra fleiri omaga enn einn amilli [2]) alþinga II meþ eiþ or einom kne-runni. En ef fleiri ero omagarnir or einom kne-runni enn einn, þa scal [3]) [hann] föra þa (a) hendr þeim mönnom, er firnari ero. En hann scal föra af hendi at domi, oc heimta fulgor at þeim er fram a at föra omagan.

Ef maþr förir fram annars manz omaga, oc vex hinom [4])[fe] er fram ætti at föra þann omaga, þa scal hann heimta fulgor at hanom, slikar sem hann hefir fyrir hann lagþar, avaxtalausar.

Ef omaga vex fe eþr berr undir hann

sarium suum transferatur. Hic casus alendorum occursus dicitur.

Si distributione alendorum nondum suscepta, sibi dividendos aliqvis alere inceperit, id in partem vicis sortitæ ne computet.

Si hæres alendi eum sustentandi facultate non gaudeat, e manupretio suo tantum (in ejus sustentationem) conferat, qvantum coloni eum, ut vestimenta tamen ei necessaria supersint, præstare posse æstimant.

Plures qvam unus, ex eadem familia oriundus, alendus, tempore duobus comitiis generalibus interjecto, uni eidemqve homini, jurejurando ne deferantur. Qvodsi uno plures, ex eadem familia oriundi, alendi adfuerint, ad consangvineos graduum remotiorum transferantur; acqvisita vero judicum sententia (eos tenens) transferat, sustentationis pretium ab eo exigens, cui alendum sustentandi obligatio jure incumbit.

Siqvis alterius alendum sustentaverit, hunc vero alere obligato res familiaris adaugeatur, ille pretium sustentationis tantum ab altero reposcat, qvantum in alendum contulerat, qvæstus tamen ratione non habita.

Si alendo opes, vel increverint vel

---

1) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

2) *B cum suis legit:* þinga, *ita ut de cujusvis generis comitiis valere possit.*

3) *B cum suis omittit:* hann, *qvo propositio fit indefinita.*

4) *B cum suis male omittit:* fe.

þa a hann at heimta fulgurnar at hanom, slicar sem hann hefir lagþar [1]) [fyrir hann], avaxtalausar. Eigi a hann þat fe i erfþ omaga at heimta, ef hann vildi eigi heimta at hanom sialfom meþan hann lifþi.

[2])[Hvar þess er maþr a eigi hag til at föra fram omaga þann er a hönd hanom er kominn, þa scal inn nanasti niþr hann fram-föra. En ef fe berr undir hann siþan, eþr vaxa hanom fe, þa a hann at taka viþ omaga, en hinn a at heimta jammikit fe at hanom, sem hann lagþi fyrir omagan avaxtalaust, oc eigi sa arf at taca eptir omagan er fyrri hafþi.

Ef oscyldri maþr verþr til enn erfingi, oc a sa viþ at taca þa, en eigi a hinn at heimta fulgor af þeim. Ef fe berr undir omaga, oc a sa maþr at heimta fulgur at hanom, er hann förir fram, slicar sem hann hefir (fyrir) hann lagt vaxtalausar].

Sva er mælt at lysa scal a þingi til framförslo omögom a hendr arftökumanninom oc a hann at qveþia til bua qviþar, hvart hann se arftökumaþr omaga þess eþr eigi, eþr hvart hann se hans omagi

hæreditate deferuntur ab ipso, (eum alens) tantum reposcat pretium sustentationis, qvantum in eum consumserat, proventuum tamen ratione non inita. Qvodsi bona hæc alimentaria, dum alendus in vivis est, reposcere noluerit, ex ejus hæreditate ea exigere non fas est.

Ubicunqve qvispiam alendum sibi delatum sustentandi facultate destituitur, cognatione (deinceps) proximus eum sustentet. Qvodsi postea hæreditaria bona primo obvenerint, vel ei propriæ facultates increverint, ille alendum tum recipere tenetur, iste vero qvanta in alendi sustentationem contulerat bona, qvæstus ratione non habita, reposcat, modo alendum primus tenens ejus successioni jure fuerit admittendus.

Si cognatione hæredi remotior alendum suscipere sese obtulerit, nihil obstat, qvin eum recipiat, iste vero (qvi hærede impedito alendum sustentavit) ab illo pretium sustentationis ne reposcat. Ubi bona hæreditaria alendo obveniunt, qvi eum sustentat, pretium alimentorum qvæ suppeditaverat, usurarum tamen ratione non habita, exigendi jure gaudeat.

Leges præfiniunt, ut in comitiis (generalibus) alendi sustentatio in hæredem denuntietur, denuntiansqve vicinos provocet veridicos ad probandum, an hæres alendi ille sit nec ne? anne (alendus ille) ipsius

---

[1]) *B cum suis omittit:* fyrir hann.

[2]) *Qvæ uncis tenentur B cum suis non habet.*

eþr eigi, oc qveþia heimilisbua [1]) til [2]) siþan, þess er a hendr (er) lystr; þann omaga scal döma a hendr hanom, nema hann fai ser biargqviþ, oc scal hann qveþia ser biargqviþar heimilis-bua sina V, hvart hann eigi fe eþr föri til at föra þann omaga fram.

alendus sit nec ne? vicinos dein de ejus, in qvem denuntiatur, testimonio poscat. Alendus hic judicum sententia hæredi injungatur, nisi veridicorum effatum sibi auxiliare confecerit. Sui ipsius domicilii vicinos qvinqve ad effatum veridicorum auxiliare sibi præstandum provocet, ut probetur, an pecunias facultatemve habeat istum alendum sustentandi.

[3])[Nu ef þat berr kviþr, at hann a eigi fe eþr föri til at föra fram þann omaga], þa a sa er lyst hefir at kveþia heimilis-bua hans V, hvart hann [4]) megi at nockorum luta föra fram [5]) [omagan] eþr engom. Hann scal at slicum luta framföra omagan sem kviþr berr hvi hann orkar. Sa scal kveþia hanom biargkviþar er a hendr hanom lysti, ef eigi vilia aþrir. Nu ef þar berr auþn, þa scal lysa a hendr fröndanom þeim er hann hyggr at fe eigi til.

Qvodsi veridici comprobaverint ei nec bona esse nec facultates ad alendum sustentandum, tunc is qvi denuntiavit, vicinos illius qvinqve provocet ad declarandum, an ex aliqva parte alendum suscipere sustineat, nec ne? Tanta ex parte alendum sustentet, qvanta eum posse comprobant veridici. Qvi in eum denuntiavit, effatum ei auxiliare conqvirat, si alii noluerint. Si opes (hæredi) omnino deesse veridici comprobaverint, (alendus) ei consangvineorum denuntietur, qvem pecunias sufficientes habere opinatur.

[6])[Sa maþr er omaga-söc vill lysa, hann scal nefna vatta at lögbergi, at þvi vetti, scal hann segia, at ec lysi söc N. N. omaga-söc, lysi ec til varþveizlo oc viþtöko oc framförslo, at öllom luta, oc er rett at lysa at sumom luta ef þat vill heldr, oc scal nefna þa baþa, þann er a

Qvicunqve causam alimentariam denuntiare voluerit, ad rupem jurisdicundi testes denominet, in id testimonio comprobandum, inqviat, qvod causam N. N. denuntio, alendi causam, in conservationem, acceptionem et sustentationem in totum denuntio. Pro aliqva portione etiam denun-

[1]) *B cum suis interponit:* fimm, *qvinqve.*
[2]) *B cum suis legit:* alengr, *sensu eodem.*
[3]) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*
[4]) *B cum suis legit:* orki, *sensu eodem.*
[5]) *B cum suis omittit:* omagan.
[6]) *Qvæ uncis tenentur et usqve ad:* maþr scal telia &c., *B cum suis omittit.*

hendr er lyst, oc sva omagan oc sva feþr þeirra beggia eþr moþr; lysi ec söc þessa til fiorþungsdoms þess er sökin a i at coma at lögom; lysi ec löglysingo i heyranda hlioþi at lögbergi oc til socnar fullrar i sumar.

Hann scal spyria at þingfesti oc heimilisfangi þess er hann sökir, oc scal hann lyst hafa oc qvatt gagna til a hönd þeim manni, er hann sökir fyrstan fyrr enn domar fari ut til saca. En þa siþan er hann hefir lyst omaga-söc a hönd manni, þa scal hann segia hanom meþ vatta. Nu er sa eigi a þingi oc scal hann þa segia goþa þeim, er hann er i þingi meþ. En ef hann veit eigi þat, þa scal hann segia heraþs-mönnom hins. Nu veit hann eigi þa, þa scal hann segia fiorþungsmönnum hins, oc scal sagt vera aþr domar fari ut til saka ella er onyt sökin. En ef þar er sa maþr a þingi er sottr er, oc þarf eigi sökiandinn þa at qveþia qviþar til þess].

Maþr scal telia frændsemi at domi meþ omaga oc þeim manni er hann er lystr a hendr, [1][oc hefia upp at bröþrum

tiare fas est, si ita placuerit. Uterqve nominetur, in qvem denuntiatur, alendusqve, nec non pater utriusqve vel mater. Causam hanc, (pergat), in qvadræ judicium, cui ex jure inferatur denuntio, legali denuntiatione denuntio, in audientium silentio, ad rupem jurisdicundi, in plenam hacce æstate actionem peragendam.

Qvam ille, cui actionem intendit, curiam seqvatur, ubive legitimum habeat domicilium, sciscitetur. Tam denuntiationem qvam auctoritatum evocationem, in eum, cui actio primo intenditur, perrogat, judices priusqvam ad causas (exaudiendas) exeunt. Postqvam autem causam alimentariam in aliqvem denuntiaverat, hoc testibus adhibitis ipsi notum faciat. Qvi in comitiis si non adfuerit, prætori, cujus hic curiam seqvitur, hoc annuntiet. Hunc si (agens) non cognoverit, istius (in qvem agit) contributis indicare debet. Hos si nesciverit, incolis qvadrantis, in qvo iste habitat, notificet; qvod judices priusqvam ad causas (exaudiendas) exeunt, peragat; actio alioqvin reprobatur. Qvodsi is qvi actione infestatur, in comitiis adfuerit, actor hac de re veridicos evocare non opus habet.

Judicio coram cognationis gradus inter alendum et eum, in qvem denuntiatur, computandi sunt. A fratribus vel sorori-

[1]) *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

eþr systrum eþr systkinum, oc telia siþan kne-runnu til þess er þar kömr er þeir ero]. [1])Siþan scal hann nefna vatta at þvi at hann leggr þat undir þegnscap sinn at su er frændsemistala sönn oc rett, er hann talþi a milli þeirra [2])[N. oc N.] Hann scal hafa sannaþarmenn II, þeir scolo þat leggia undir þegnscap sinn at þessi er frændsemis-tala rett oc sönn a milli þeirra sem þa talþi hann. Þa scal döma þann omaga a hönd hanom, nema hann fai lögvörn fyrir sic. En su er lögvörn, ef þat berr qviþr at hann [3])[a] eigi fe til, en su er önnor [4])[lögvörn] ef hann fær scyldra mann til, þann er fe eþr föri a til, oc scal hann lysa þa þegar a hendr þeim manni, en hafa omagan sialfr ef hann festir eigi hizig framförslona.

*)Þar scal maþr taca undir omaga lysing er aþr er borinn qviþr meþ hinni fyrri sökinni, eþr handsöloþ er viþtaka fyrir þa söc. Ef sökiandinn veit eigi heimili þess er hann sökir um omaga söc, enda scyli sökiandi qveþia bua til, þa scal hann qveþia fra heimili omagans.

bus, vel fratre et sorore computatio incipiatur, qvæ per linearum gradus ad eos usqve continuetur. Computator deinde testes nominatos contestetur se per civilem suam existimationem asseverare, computum cognationis, qvam inter N. N. jamjam recensuit, verum et rectum esse. Duos adhibeat comprobatores, qvi civilem suam existimationem interponant, ab illo jamjam prælatum cognationis computum vere et recte se habere. His observatis, alendus ei adjudicetur, nisi peremtoriam legalem pro se adferre possit exceptionem. Legalis exceptio esse habeatur, si facultates ei deesse veridicorum effato comprobatum fuerit. Secunda autem legalis est exceptio, si cognatum propinqviorem, bonis et facultate pollentem, afferre possit. In hunc agens statim alendum denuntiet, cujus sustentationem, si ibi non stabiliverit, eum ipse retineat.

Tum primum litem alimentariam denuntiatam contestari debet aliqvis, qvando in causa priori veridicorum effata prolata fuere, vel causæ hujus susceptio, juncta manu, est stipulata. Si actor domicilium ejus, cui causam alimentariam intendit, nesciverit, et opus tamen habuerit accolas ve-

---

[1]) *B cum suis legit:* oc sanna meþ þegnscaparlagningo sinni, at su er &c., *et civilem suam existimationem interponendo asseveret computum cognationis &c.*

[2]) *B cum suis omittit:* N. oc N.

[3]) *B cum suis omittit:* a, *qvo sensus in contrarium abit.*

[4]) *B cum suis omittit:* lögvörn.

*) *B cum suis legit:* þa, *sensu eodem.*

Nu veit hann eigi þat, þa scal hann qveþia fra sino heimili.

Ef i sinn dom er sottr hvarr þeirra arftökomaþrinn, oc sa er til handa horfir omaginn, þa scal þat [1]) [vetti] bera fram at domi þeim er sa er sottr i, er siþarr var a hendr lyst, er nefnt var at, þa er föri-leysi bar arftökomanzins.

Þar er kono er a hönd lyst omaga söc oc scal boandi [2]) [hennar] qveþia henni biargqviþar, ef hann er a þingi, en sökiandi scal segia hanom til, þa er hann hefir lyst. En ef boandi kono er eigi [3]) [þar] a þingi, þa er omaga-söc er lyst a hönd henni, oc sva þar er karlmaþr sa er eigi a þingi [4]) er a hönd er lyst, þa scal sökiandinn bioþa goþa þeim er sa er i þingi meþ er sottr er at hann qveþi hanom biargqviþar. En goþi scal kiosa hvart hann vill, qveþia eþr eigi, sva at sökiandi fai qvatt aþr domar fari ut til saca.

Þa er sökiandi scal qveþia þess qviþar hvart [5]) maþr a fe oc föri til at föra omaga fram, þa scal hann qvatt hafa aþr domar fari ut [6]) [jafnan], oc er þat þa socnar-qviþr. En ef aþrir menn qveþia þess qviþar, þa scolo þeir at domi qveþia,

ridicos evocandi, alendi domicilium circumcirca vicinos evocet.

Si in diverso judicio hæredi et ei ad qvem alendus spectare videtur, actio intendenda fuerit, testes nuncupati, cum de hæredis facultatum defectu testimonium ferebatur, in eo producantur judicio, in qvo actio intenditur ei, in qvem serius denuntiatum est.

Ubicunqve causa alimentaria in uxorem denuntiatur, maritus ejus, si in comitiis adfuerit, veridicorum ei auxiliare effatum evocet, actor autem ipsi indicet, denuntiatione qvando defunctus est. Qvodsi maritus ibi in comitiis non adfuerit, ubi causa alimentaria in uxorem (ejus) denuntiatur, ut et si vir, in qvem denuntiatur in comitiis non adfuerit, actor prætorem, cujus curiam ille, in qvem agitur, inhabitat, postulet, ut ei auxiliare veridicorum effatum comparet, prætor autem eligat, utrum evocare velit nec ne, ita ut actor evocare possit, judices priusqvam ad causas (exaudiendas) exeunt.

Qvando agens id effati a veridicis postulat, num pecunias vel facultatem ad alendum sustentandum qvis habeat, hoc semper exseqvatur, judices priusqvam exeunt, et tunc pro actionis effato habeatur. Qvodsi alii hoc effatum evocaverint, id judicio

[1]) *B omittit:* vetti.
[2]) *B cum suis omittit:* hennar.
[3]) *B cum suis omittit:* þar.
[4]) *B cum suis legit:* er a hendi er sökin.
[5]) *B cum suis legit:* hann, *ille.*
[6]) *B cum suis omittit:* jafnan.

oc sva fremmi er til varna er boþit aþr, oc er þat þa varnar-qviþr. En ef þar berr auþn um þann mann er a hönd var lyst aþr domar föri ut, oc scal lysa til framförslo [1])meþan domar ero uti, enda þarf þa eigi at segia til þess, hverr scal þa þo sie abyrgiaz, en þo scal [2])qveþia qviþar ef eigi vilia aþrir.

coram, atqve tum primum cum ad defendendum in antecessum invitatum fuerat, faciant, qvo pacto defensionis effatum esse censeatur. Qvodsi probatum fuerit eum facultatum inopia laborare, in qvem, judicibus nondum egressis denuntiatum fuit, tum pro sustentatione alendi interea dum judices foris manent, denuntiandum est, qvo casu denuntiationem indicare non opus est, qvilibet tamen hic sibi caveat; actor nihilominus, si alii noluerint, veridicos evocet.

[3]) [Þar er vanefni berr, enda vili hann eigi föra meirr til staþar, þa scal föra hverr til staþar er vill.

Inopia cujusdam comprobata si (actor alendo) fixam mansionem ulterius subministrare detrectaverit, qvicunqve voluerit eum certo loco inferat.

Þar er maþr lysir söc til omaga framförslo, hann scal lyst hafa aþr domr fari ut til saka. Nu er eigi sa a þingi er a hönd var lyst, þa scal hinn ganga til buþar þar er hreppsmenn hans ero i buþ oc segiá þeim meþ vatta einom, ef ein er lysing. Nu veit hann eigi, þa scal hann segia til goþa þeim er sa er i þingi meþ er sottr er. Nu spyrr hann at þing-vist hans at lögum oc getr hann eigi spurt, þa scal hann segia heraþsmönnum hans oc þess heraþs er samþinga er. Nu vilia þessir menn eigi qveþia biargqviþar, þa scal sa er sökir. En ef sa er a þingi, er a hönd er

Ubi qvis litem de alendi sustentatione denuntiat, hoc peragatur, judices priusqvam ad causas egrediuntur. Qvodsi in comitiis non adfuerit, in qvem denuntiatum est, tum denuntians hujus paganorum tabernam adeat, iisqve, testibus admotis, indicet; uni tantum si unica fuerit denuntiatio. At (paganos ejus) nescit, tunc prætori, cujus curiam ille inhabitat, in qvem agitur, indicet. Qvodsi de curia ejus legali, qvamvis sciscitans, certior non fiat, tunc contribulis ejus indicet; ejus nempe tribus (incolis) qvæ in eadem toparchia est constituta. Hi si effatum veridicorum auxiliare evo-

[1]) *B cum suis addit:* omagans, *alendi.*
[2]) *B cum suis bene addit:* sökiandi, *actor.*
[3]) *Qvod superest tituli B cum suis omittit.*

lyst, þa er sökiandi eigi scyldr at qveþia. Segia scal maþr meþ vatta þeim manni, er hann hefir omaga söc a hönd lysta, ef hann er a þingi, oc a hann þa qviþar at qveþia, ef hann vill, en eigi sa er meþ söc ferr].

care noluerint, ipse agens hoc faciat. Qvodsi in comitiis ille, in qvem denuntiatum est, adfuerit, actor effati postulare non tenetur. Testibus adhibitis ei, in qvem qvis causam denuntiavit alimentariam, si in comitiis adfuerit, hoc ipsum indicandum est, qvi tum, si placuerit, non vero actione fungens, veridicos evocet.

VIII. Capituli.
Of vanefni.

Þar er vanefni beraz þess manz, er a hönd er lyst, enda vill hann eigi meirr föra til staþar, þa scal föra hverr til staþar er vill. Nu vill engi maþr föra til staþar omaga, þa a at döma framförslo omaganum, [1])[slica] sem hann hafþi aþr. Ef engi kömr vörn fram fyrir hann, þa a at döma a hendr hanom, oc i þann hrepp, er hann er i, en þeir scolo hann hafa [2])hreps-omaga þau misseri, enn at sumri eigo þeir at qveþia hanom biargqviþar. Nu ef þat berr qviþr, at vanefni mundi bera et fyrra sumarit, ef þa veri qvatt biargqviþarins, oc a þa domr at döma ena

Titulus VIII.
De inopia.

Ubi inopia ejus, in qvem denuntiatum est, comprobatur, et (actor) de pluribus alendo suppeditandis locis dispicere detrectat: qvicunqve voluerit, certam mansionem alendo subministrare potest. Qvodsi alendum certo loco injungere nemo voluerit, eadem ac antea habuit sustentatio ei adjudicetur. Et, si (alendum modo tenens) allata exceptione non liberatur, huic ille adjudicetur, pagoqve, qvem inhabitat; pagi vero incolæ iis semestribus (ɔ: hoc anno) ei, qva alendo pagi sustentationem præbeant, secunda vero æstate, veridicorum altori auxiliare effatum subministrent. Ubi veridicorum effato comprobatur, qvod æstate præcedente (alendum tenentis) inopia comprobata fuerit, modo effatum ei auxiliare evocatum sit, tunc judices alendo, qvam antea habebat sustentationem, adjudi-

[1]) *B cum suis omittit:* slica.

[2]) *B cum suis legit:* hrepsmenn, *pagi incolæ, sensu eodem.*

sömo framförslo omaganom, sem hann hafþi aþr, oc hverfr þa af hendi hanom.

Ef þeir menn ero samfiorþungs, er omaginn er dömþr a hendr, oc hinir er aþr hafa, þa scolo þeir föra omagan, er aþr höfþo, þangat til þess manz, er a hendr er dömþr. Ef maþr görir [1])[eigi] viþ at taca viþ dömþom omaga samsfiorþungs oc varþar þat fiörbaugsgarþ, oc er þegar rett at stefna um er reyniz för omaga.

Rett er at maþr föri [2]) dömþan omaga [3]) i annan fiorþung, ef hann vill, oc varþar slict, sem aþr var tint, ef eigi er viþ tekit, oc [4]) jafnan varþar fiörbaugsgarþ, ef maþr lætr ganga dömþan omaga. Ef omagi er utanfiorþungs, þa scal aqveþa at domi, hvert hann scal sökia omagan. En hann scal þangat sökia omagann oc hafa hann abrot förþan [5]) er [6]) VIII vicor lifa sumars eþr fyrr. Nu vill hann eigi eptir coma sva, þa scolo hinir hafa omagan þau misseri, er aþr höfþo, oc heimta fulgor tvennar at hanom. Þeir scolo stefna um fe þat et næsta sumar eptir, miþvicodag i mitt þingit, oc stefna hvart sem hann vill i bönda kirkiogarþi eþr at lögbergi, oc telia varþa utlegþ. Hann

care debent et sic a jamjam tenente transfertur.

Si ii, qvibus alendus adjudicatur, ejusdem qvadrantis incolæ fuerint ac qvi antea sustentabant, tunc prius alentes, alendum ad eum, cui adjudicatus est, devehant. Si qvis ejusdem qvadrantis incola alendum adjudicatum accipere noluerit, exilio puniatur; dica adhibita in jus illico jure vocatur, cum alendum mendicantem circumire comprobatum est.

Cuiqve fas est, si placuerit, alendum alteri adjudicatum in aliam transferre qvadrantem, tantaqve ac antea memoratur pœna contrahitur, si non accipitur; semper vero exilii pœna adhibeatur, ubi qvis sibi adjudicatum alendum mendicantem circumire facit. Si extra qvadrantem alendus constitutus fuerit, judicum sententia definiat, ubinam locorum alendum petat, qvo loco alendum petens, eum abducat cum octo æstatis hebdomadæ supersunt, vel prius. Qvodsi hoc tempore alendum abducturus venire neglexerit, hunc hucusqve tenentes per ea semestria sustentent, duplaqve alimentationis præmia ab eo exigant. His de pecuniis dica adhibita eum in jus vocent, id intendentes, ut ea expen-

---

1) *B perperam omittit:* eigi, *qvo sententia contraria oritur.*
2) *B cum suis addit:* manni, *alteri.*
3) *B cum suis legit:* innanfiorþungs, *in eodem qvadrante, qvod, ut videtur, rectum est.*
4) *B cum suis legit:* avallt, *sensu eodem.*
5) *B cum suis interponit superfluum:* omagan, *alendum.*
6) *B cum suis legit:* VI, *sex.*

scal qvadda hafa heimilis bua [1]) omagans V til, aþr hann stefni, at virþa viþ bok hverrar fulgo omaginn þicki verþr þau misseri. [2])[Buar scolo þar virþa fulgor omagans tvennar, en hann nefna vatta oc stefna siþan. En siþan er söc er framsögþ oc stefno-vetti borit, þa scal hann lata bera fram vetti þau, er hann nefndi at virþingo buanna, oc þau önnor, er nefnd voro at doms-uppsögo et fyrra sumar, þa er þat var dömt, at hann scyldi taca viþ omaga eþr eptir fara.

Ef omagi verþr dömþr a höud manni utanfiorþungs, enda comi hann eigi eptir sem mælt er, þa verþr hann utlagr III mörcom, oc gialdi fulgor, en eigi utlegst hann. Sva oc ef hann getr þann qviþ, at hann hafi eigi spurt a þvi meli, þa er enn et sama. Ef hann a eigi hag til, þa varþar hanom ecki. En ef hann kömr eigi eptir annat sumar, þa varþar hanom fiörbaugsgarþ, nema hanom se

dat æstate proxima mediæ hebdomadis die ad medium tempus comitiale, sive voluerit in (comitiorum generalium) coloni cæmiterio, sive ad rupem jurisdicundi; pœnam pecuniariam ei insuper intendant. Ad citationem anteaqvam progreditur, qvinqve vicinos alendi domicilium circumcirca habitantes evocet, ut ad librum (sanctum jurejurando defuncti) definiant, qvanti iis semestribus sustentationem alendi faciendam esse arbitrarentur. Accolæ ibi duplam alendi (in annum) sustentationem æstiment, de qva re (actor) testes contestetur, et citationem deinde proferat. Causa porro enarrata et productis de citatione manifestata testibus, de facta vicinorum æstimatione nuncupatos testes primum produci faciat, et proximo testes æstate antecedente provocatos de pronuntiata judicum sententia, qva definiebatur, ut alendum alter vel acciperet vel abduceret.

Ubi alendus cuidam extra qvadrantem habitanti adjudicatur ipseqve juxta legum præscripta eum non abducit, multam trium marcarum luat, sustentationisqve præmia insuper expendat. Talem autem multam non subit, (si ei unde alendum abduceret recte non fuit indicatum) neqve si veridicorum effato comprobare possit, qvod eo tempore certior factus non fuerit. Si alendum sustentandi facultate destitutus sit, multam

---

[1]) *B cum suis legit:* sina, *suos.*

[2]) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

rangt tilvisat, þa varþar hanom ecki]. Nu scal fe þat döma annat sumar at gialda miþvicodag i mitt þing i bonda kirkiogarþi, meþ alögum oc meþ leigum. Þess a hann oc cost at hafa omaga til þings, ef hann vill, oc föra hann þangat til buþar, er sa er i buþ, er viþ omaganom á at taca, oc föra hanom meþ vatta, ef hann er a þingi. En ef hann er eigi þar, þa scal hann föra a hendr hrepsmönnom hans meþ vatta, oc þangat til buþar, sem þeir ero flestir i, oc mæla sva: at ec föri yþr, at þer erot i einum hrepp allir.

Nu eigo þeir heim at hafa omagan [1]), þa scal hinn coma eptir XIV nottum eptir vapnatak. En ef sa kömr þa eigi eptir, er omagin var dömþr a hönd, þa scal hann nefna vatta at þvi, en siþan stefna þar [2])[þegar], oc telia varþa fiörbaugsgarþ.

Engi maþr a at hafa omaga sinn til

sibi non contrahit. Qvodsi altera æstate alendum non abduxerit, exilium sibi contrahit, nisi per errorem alendi domicilium indicatum fuerit, tum enim multam evitat. Pecuniæ hujus solvendæ terminus judicum sententia definiatur proxima æstate, mediæ hebdomadis die, ad medium tempus comitiale, in coloni cœmiterio; multæ simul locariaqve expendantur. Alendum tenenti etiam liceat, eum, si placuerit, in comitia generalia ducere, tabernæqve adferre, in qva eum recipere obligatus commoratur; qvi si in comitiis adfuerit, testibus adhibitis, ei alendum sistat; qvodsi non adfuerit, paganis ejus, testibus admotis, afferat, eamqve in tabernam, in qva eorum plurimi commorantur, tali modo verba faciens: vobis affero, in uno enim eodemqve pago omnes habitatis.

(Pagani) deinde alendum domum ducere debent, qvatuordecim vero post armorum sumtionem noctibus peractis, eum abducturus adveniat ille, cui adjudicatus est; qvi si eo tempore non apparuerit, (paganus alendum tenens) de hoc testes contestetur, dicamqve ibi actutum (absenti) denuntians, exilio eum obnoxium contendat.

Alendum suum comitiis generalibus eo consilio afferre, ut ibi mendicando vic-

[1]) *B cum suis interponit:* oc heimta costnaþ sinn at þeim er omaginn er i hönd dömþr. Nu hefir hann eigi til þings omagann, *sumptumqve suum ab eo exigere, cui alendus adjudicabatur. Qvod si iste alendum in comitiis non sisterit, &c.*

[2]) *B cum suis omittit:* þegar.

alþingis, oc lata biþia matar þar, en ef hann hefir þa varþar fiörbaugsgarþ.

Engi maþr scal lata sitia eptir omaga sinn a alþingi, er hann ferr a brot. Nu ef hann lætr eptir-sitia omagann, þa varþar hanom fiörbaugsgarþ.

Ef annarr maþr flytr eþr förir omaga manz til alþingis, oc gengr hann þar oc biþr matar, þa varþar hanom fiörbaugsgarþ.

[1])Engi maþr scal gefa mat göngomönnom her a þingi; eigi scolo menn buþir sinar lata opnar standa til þess of matmal. Nu coma göngomenn inn þar of matmal oc biþia matar, þa eigo þeir, er buþ eigo, at fa menn til at föra þa ut, en þott þeir se alhart utförþir, þa eigo þeir ecki a ser, ef ecki er örkumbl gört at þeim. En ef menn gefa þeim mat, þa varþar þeim fiörbaugsgarþ [2]) er buþina a, ef hann fær eigi menn til at föra þa ut.

Buþir göngomanna allra ero ohelgar viþ broti, þeirra er biþia matar a alþingi. Nu vilia menn veria buþir, þa varþar þat hverium þeirra fiörbaugsgarþ, enda falla þeir [3])[allir] ohelgir er fyrir standa, ef a þeim er unnit.

Ef göngomenn hafa fe meþ at fara

tum conqvirat, nemini licet; qvodsi qvis attulerit, exilio puniatur.

Nemo domum ipse rediens alendum suum in comitiis generalibus remanere sinat; qvodsi eum remanere fecerit, exilio puniatur.

Siqvis alendum alterius comitiis generalibus advexerit attuleritve, illeqve ibidem circumiens cibum emendicat, exilio puniatur.

Nemo mendicis hic in comitiis generalibus cibum partietur. Tempore mensarum nemo hujus rei gratia tabernarum suarum fores patere sinat. Qvodsi mendici, mensarum tempore ingressi, cibum mendicaverint, tabernarum domini, qvi eos ejiciant parare debent; qvamvis autem satis duriter extrudantur, nulla iis debetur satisfactio, nisi citatrices acceperint. Ubi cibum iis aliqvi largiuntur, dominus tabernæ, nullum, qvi eos ejiciat parans, exilii tenetur.

Tabernæ mendicorum, cibos in comitiis generalibus mendicantium, omnes impuni demolitioni obnoxiæ sint. Qvodsi qvi tabernas eorum propugnare velint, exilium singuli sibi contrahunt, propugnatoresqve omnes, si conficiuntur, pro jure cæsis habeantur.

Mendici, si bona qvædam secum fe-

[1]) *Hic B cum suis novum titulum incipit, qvi inscribitur:* um gongomenn, *de mendicis.*

[2]) *B cum suis interponendo:* þeim varþar oc fiörbaugsgarþ *(dominus tabernæ &c.) etiam exilium luat: constituit non tantum dominos tabernæ sed etiam cibum mendicis largientes (vel ipsos mendicos) exilii teneri.*

[3]) *B cum suis omittit:* allir.

þa a at taca af þeim görvallt ef menn vilia. Ef menn lia göngomönnom fiar sins eþr selia at leiga til þings upp, enda verþi feit tekit af þeim, þa er eigi heimting til þess fiar. Til þess eins fiar eigo menn heimting, þott af göngomönnom se tekit, er þeir hafa stolit, eþr þess annars er sva com i þeirra för, at þess raþ fylgþi eigi, er fyrir atti at raþa.

IX. Capituli.

Of þat ef menn föra omaga sina i aþra hreppa eþr laupaz fra þeim.

Ef maþr scytr niþr omaga sinum eþr förir i hrepp annan enn omagi egi at vera, þat varþar hanom IIIa marca secþ. Ef maþr hleypr i annan hrepp fra omögom sinom, þa varþar hanom fiörbaugsgarþ, [1][oc a landeigandi söc þa eþr hrepsstiorar, en þa sa er vill, ef þeir vilia eigi]. Hrepsmenn scolo eigi lata ganga omaga, þeir scolo föra hanom þann omaga.

Ef maþr hleypr or þeim fiorþungi fra omögom sinom, eþa förir hann omaga sinn i annan fiorþung, enn omaginn eigi at vera, oc varþar hanom þat fiörbaugsgarþ, oc eigo hreppsmenn sakir þær. Sva oc ef hann hleypr af landi

rent, hæc in totum iis auferre, si placuerit, liceat. Siqvi mendicis ad comitia (generalia) bona sua vel commodaverint vel collocaverint, hæc, iis ablata, vindicandi jus dominis non conceditur. Eas solummodo mendicis ademtas res suas vindicandi jure domini gaudeant, qvas furati sunt mendici, vel qvæ alio qvovis modo, domino non auctore, in eorum possessionem pervenere.

Titulus IX.

De eo, siqvi alendos suos in alienos pagos transtulerint aut eos deseruerint.

Siqvis alendum suum dereliqverit, vel in alium pagum transtulerit, qvam ubi alendum morari fas est, trium marcarum multam luat. Siqvis, alendis suis derelictis, in alium pagum sese transtulerit, exilio puniatur. Domino fundi, (unde se recepit) vel pagi rectoribus hæc causa agenda competit, qvibus nolentibus qvicunqve voluerit eam suscipiat. Pagi incolæ alendum hunc mendicantem circumire ne sinant, sed eum (sustentare obligato) afferant.

Siqvis e qvadrante, alendo suo derelicto, emigraverit, vel alendum suum in alium qvadrantem qvam ubi eum morari fas est, transtulerit, exilio puniatur; causæ hinc oriundæ paganis competunt. Itidem si alendis suis derelictis peregre abierit, exi-

---

[1]) *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

a brot fra omögom sinom oc varþar hanom þat fiörbaugsgarþ. Ef manni verþr grunr [1])[at þvi], at hann vill laupa af landi a brot fra omögom sinom, þa a hann cost at veria hanom lyriti förina, hvart sem hann vill at lögbergi eþa at scipi; hann scal veria styrimonnum löglyriti at feria hann a brot fra omögom sinum, þeim er hann er til cominn, oc sva hasetom. Styrimönnom varþar fiörbaugsgarþ farning [2]) ef þeir feria, oc spyri þeir lyritar vörzlo hans, en hasetom varþar utlegþ.

landi [1])[a brot] heþan, þa a hon at segia scilit viþ meþ þeim ef hon vill, hvargi sem þau ero stödd, þess er hon göri þat at sönno [2]), oc varþar hanom brauthöfn hennar oc fiar hennar siþan, sem þau hafi engar fiarreiþor saman attar, oc at engo er hanom su kona heimilli siþan er [3])scilnaþr þeirra var görr, heldr enn su önnor, er hann hefir engar reiþor viþ attar. Hon þarf eigi at vanda vatta til þess annan veg, enn nefna þa menn er vatt-bærir ero, at þvi [4])at hon segir scilit viþ hann. Þeir scolo eigi segiaz or þvi vetti, en um raþahaginn þeirra, scal [5])[um þessar sakir] sva fara sem byscop lofar.

invitam ducere intenderit, illa matrimonium eorum si voluerit dissolutum declaret, ubicunqve locorum fuerint constituti, modo (eum criminis insimulati verum) convincat; uxorisqve et bonorum ipsius (dolosa) exportatione tantum in cæterum reatum sibi contrahit (maritus), acsi nulla inter eos extitisset societas, nec ullotenus in hanc uxorem majore in posterum facto divortio, gaudet jure, qvam in aliam qvamcunqve ei omnino ignotam. Hunc in finem testes anxie qværere haud necesse habet (uxor), modo homines integræ fidei contestetur de eo qvod consortium suum eocum finitum declarat. Hoc testimonium uxori denegare iis minime liceat; sed de cōnjugum matrimonio qvoad hasce causas, juxta datam episcopi veniam omnia moderentur.

XX. Capituli.

Of þat hve hiu scolo sciliaz.

[6])[Sva scal fara hvart sem hiu sciliaz um þær sakir sem nu voro talþar, oc sva þo at aþrar se, at þau scolo þvi at eins raþa raþi sino, ef byscop sa bannar þeim eigi er yfir þeim fiorþungi er, er þau ero or. En hvar þess er þeim raþum er raþit

Titulus XX.

De modo qvo conjuges separentur.

Sive ob causas modo memoratas, sive ob alias qvascunqve conjuges separentur, idem tenendum est, qvod nempe ea solum lege connubium suum continuare iis liceat, si episcopus qvadranti, unde sunt oriundi, præpositus non prohibuerit. Ubicunqve

---

[1]) *B cum suis omittit:* a brot.

[2]) *B cum suis addit:* a hendr hanom, *(modo) eum convincat.*

[3]) *B cum suis legit:* lögscilnaþr, *legale divortium.*

[4]) *B cum suis legit:* at hon segir scilit meþ þeim, *qvod eorum consortium finitum declarat.*

[5]) *B cum suis omittit:* um þessar sakir.

[6]) *Hunc titulum B cum suis omittit.*

sva at eigi er um raþit viþ byscop, oc vattar viþ þat hafþir at um (var) rætt viþ byscop, oc hann latiz eigi mono banna þat raþ, eþr er raþit, þott byscop banni, þa verþa börn þau eigi arfgeng er sva ero getin, enda varþar fiörbaugsgarþ IV mönnom. Þar er sa einn er fastnar kono, annar sa er hanom er föstnoþ, IIIia er konan, IVdi sa er brullaup hefir inni visvitandi oc a sa maþr söc þa er vill, oc scal stefna heiman oc qveþia til IX heimilisbua a þingi þess manz er söttr er.

Kona a at taka þriþiung or retta-fari viþ boanda sinn, þvi er berr undir þau, um börn þeirra, enda a hon sva viþ broþr samfeþra.

XXI. Capituli.

Of þat hverio kona a at raþa eþr kaupa.

Þar er samfarar hiona ero, oc scal hann raþa fyrir fe þeirra oc kaupom. Eigi er kono scylt at eiga i bui nema hon vili. En ef hon a i bui meþ hanom, þa a hon at raþa bu-raþom fyrir innan stock, ef hon vill, oc smala-nyt. Kona a at raþa fyrir halfs-eyris kaupi eþr minna, VI alna eyris a XII manaþum. Boandi hennar a

vero his de negotiis aliqvid statuitur episcopi sententia non audita, testibusqve adhibitis de eo, qvod episcopus et audiebatur et declarabat se optatam conditionem non inhibiturum esse: vel ubi episcopo qvamvis contradicente aliqvid statuitur: liberi de tali matrimonio suscepti, hæreditatum capaces ne sint, et qvatuor insuper homines exilii pœnam sibi contrahunt: horum unus est fœminæ desponsator, alter oui fœmina despondetur, tertius ipsa fœmina et qvartus ille qvi certo sciens festum nuptiale in domo sua celebrari sinit. Causa hinc oriunda competit cuicunqve voluerit et domo citetur novem ejus in qvem agitur domicilii vicinis in comitiis evocatis.

Juris liberorum personalis violati multæ si conjugibus obtigerint pars tertia uxori cum marito suo concurrenti competit; cum fratribus (læsi) ex patre si concurrerit (uxor) idem habeat juris.

Titulus XXI.

De eo, qvibus uxor prospiciendi et qvæ emendi jus habeat.

Conjugum consociatione facta (maritus) eorum bonis et emtionibus et venditionibus prospiciat. Ubi rei pecuariæ pars qvædam exclusive uxoris sit, non necessarium est nisi ipsa voluerit, qvod si fuerit, rei familiari intra domum et lacti pecudum, si voluerit, libere prospiciat. Duodecim qvibusvis mensibus semiunciæ, unciæ nempe

kaup [1])at ripta, ef hon kaupir meira enn sva, en hanom er heimilt þat er hon tekr viþ, en þeim varþar utlegþ er viþ hana kaupir meira kaupi enn mælt er, oc a sa eigi heimting til þess er hann seldi henni.

Ef kona scytr fe boanda sins a brot, oc a hann heimting til þess allz, enda a hann orþi at raþa viþ hinn er viþ-tekr.

Ef maþr sendir kono sina til þings at luka sculdum fyrir sic eþr fiar-reiþum þeirra, oc eigo þau handsöl hennar at haldaz, enda sva þau er hon ferr til scipa meþ kaupom þeirra at raþi hans, en eigi fleiri, nema hann vili. Þat a oc at halda, ef hon kaupir þat er scyldliga þarf til buss þeirra at hafa heima meþan hann er a þingi.

Kona a eigi at selia land halft, bygþan bolstaþ eþr meira an raþ lögraþanda, ne goþorþ, ne hafscip, ef hon a.

XXII. Capituli.

Of hiona felag.

Hiu II eigo at göra felag sitt, ef þau

sex ulnis constantis, vel minoris pretii emtionem venditionem libere faciat. Emtionem venditionem (ejus), si hoc excesserit, ut maritus annihilet, fas est, sed qvicqvid accepit uxor, marito jure cedit, ille vero qvi majoris momenti, qvam lege definitur, emtionem venditionem eacum contrahit mulctetur, nec ea, qvæ uxori vendidit, jus habeat retrahendi.

Si mariti sui bona uxor abalienaverit, hæc in solidum retrahere marito liceat, qvi etiam accipientem pro lubitu criminis insimulandi jure gaudeat.

Si maritus uxorem suam ad debita, vel alia eorum expensa solvenda in comitia miserit, hæc ejus manufacta stipulatio valeat, ut et eæ, qvas contrahit, cum ex mariti consilio ad naves (mercatorum) emtura proficiscitur, non vero aliæ nisi ille concesserit. Ejus etiam valeat emtio, si emerit ea, qvæ, dum maritus in comitiis adest, ad rei eorum familiaris sustentationem necessario reqviritur.

Fæmina nec fundi sui, prædii nempe habitati, dimidiam partem, nec præturam, nec navim mercatoriam, si ei fuerit, sine legitimi tutoris consilio vendat.

Titulus XXII.

De conjugum bonorum communione.

Duo conjuges, si voluerint, et æqva ad-

[1]) *B cum suis interponit:* hennar, *ejus.*

vilia, ef meþ þeim er jafnmæli, oc sva viþ erfingia þeirra. Festamal eigo at halda meþ hium, meþan festavattar lifa oc eigi ero önnor mal a-gör. En ef festavattar lifa eigi, þeir er þau muni, þa leggia lög fe þeirra saman, ef hann atti mörk eþr meira fe, þa er samgangr þeirra var, oc mundr var goldinn, ef þau hafa buit III vetr eþr lengr. Ef þau öxla fe or öreigþ, þa leggia lög fe þeirra saman. Oc sva leggia lög fe hiona saman [1])jafnan, at hann a [2])II aura, en hon þriþiung.

fuerit conditio bonorum, instituant communionem, qvæ etiam inter hæredes eorum valeat. Contractus sponsalitius inter conjuges valeat qvamdiu testes sponsaliorum in vivis sunt, nec aliter paciscendo immutatur, demortuis vero sponsaliorum testibus qvi hunc contractum memoria tenent, bona conjugum e legum præscriptis in communionem deferuntur, modo et maritus cum matrimonium inierat unicam bonorum marcam, si non ultra haberet, et arrha sponsalitia expensa sit, necnon per tres pluresve hyemes rusticatum egissent. Ubi conjuges ab initio qvamvis egeni facultates lucrati sunt, leges eorum bona in communione declarant. Ita semper ex jure conjugum bonorum communio instituitur, ut maritus bessem uxor vero trientem habeat.

XXIII. Capituli.

Of fiartölor hiona.

Eigi a kona i bui meþ boanda sinom nema hon jati þvi. Ef giöld coma a hendr öþro þeirra, oc a þat meþ sino fe at böta sinn misverka er gört hefir; en ef þau leggia fe sitt saman, þa a þat þeirra, er giöldin hafa eigi a hendr comit

Titulus XXIII.

De conjugum bonorum computationibus.

Rei familiaris pars qvædam exclusive ad uxorem non pertinet, nisi ipsa id receperit. Si (communione inter conjuges non existente) pœna pecuniaria alteri eorum irrogata fuerit, delicti reus bonis propriis hoc expiat. Qvodsi bona in communionem collata fuerint, ille conjugum cui nec pœna pecuniaria irrogata, nec crimen illatum est, totidem, (ac ex communibus bonis expen-

---

[1]) *B cum suis legit:* avalt, *semper.*

[2]) *B cum suis legit:* II luti, *duas partes.*

eþa boriz, at hafa jafnmarga aura at afnami leigolausa.

Kost a kona at beiþa talna boanda sinn um fiarfar a milli þeirra, meþan festavattar lifa II, en dauþir se [1]) jafnmargir eþr meirr; scal hon hafa qvadda til bua þeirra V at telia tölor meþ þeim, ef þeir vattarnir göra þau eigi satt a fiartölor, eþr hann lætr eigi scil uppi; þa scolo buar telia meþ þeim hve lengi fe hennar hefir a vöxtum verit undir hanom, oc sva hvars hon hefir af neytt. Hon scal nefna vatta at þvi [2]) sem þeir bera eþr annattveggia þeirra, enda a þat at halda meþ þeim siþan meþan þeir vattar lifa, nema þau vili annat mal a göra.

Jafnan kost a hvart þeirra viþ annat, at standa viþ þvi, at lög leggi fe þeirra saman. Ef annat þeirra a fe en annat er felaust, oc se þat þeirra þeim mun meiri umsyslo-maþr [3]) um fe þeirra oc hag, oc leggia þa lavg fe þeirra saman.

Slican costnaþ scal hvart þeirra hafa fyrir omögom sinom sem fe a til, oc sva um heimangerþir dötra sinna. Ef þau hafa eigi lagt fe sitt saman, þa a hon at

debantur) uncias prærogativâ, sine fructibus tamen, capiat.

Ut uxor maritum suum provocet ad bona cujusvis computanda fas est, qvamdiu sponsaliorum testes duo in vivis sunt, totidem qvamvis pluresve demortui fuerint. Accolas suos qvinqve, ad bona computanda, evocet uxor, ubi nempe testes sponsaliorum vel conjuges non conciliant, vel maritus ei justa præstare denegat. Accolæ deinde computent in qvantum temporis uxoris bona, fructibus adaugenda, maritus detinuisset, definiantqve qvanta illa jamjam consumsisset. Illa vel conjugum alteruter testes contestetur, de iis, qvæ accolæ probavere. Qvamdiu hice testes vivunt, qvæ definivere, inter conjuges valeat, nisi res suas ipsi aliter moderare vellent.

Uterqve conjugum eodem jure hoc modo præcavet ne bona eorum ex lege in communionem veniant. Si unus conjugum bonis pollens, alter vero egenus fuerit, sed ille tanto magis ad bona eorum administranda, stataqve prospiciendi habilis sit, bona eorum in communionem ex jure deferuntur.

Tantum, qvivis conjugum, sumtum alendis communibus sustentandis impendat, qvantum ei bonorum est, in filiasqve suas collocandas dotem ex eadem ratione con-

---

[1]) *B cum suis legit:* halfir, *dimidia eorum pars.*

[2]) *B cum suis legit:* at þeir bera, *qvod hoc probavere.*

[3]) *B cum suis legit:* um hag þeirra, *de statu eorum familiæ.*

segna þriþiungi fyrir omaga þeirra, oc sva at göra dötr heiman, en hann a at tveim lutum. Ef þau eigo fe saman, þa a slikan lut hvart þeirra at taka, ef erfþir barna þeirra berr undir þau, oc sva febötr þar er þau eigo at taka eptir börn sin, sem fe a til.

[1] [Nu er karlmaþrinn andaþr en kona haus lifir, þa a hon at taka þriþiung at sak-botum um börn sin jafnan viþ broþr þeirra samfeþra].

XXIV. Capituli.

Of launkossa oc legorþz-sakir.

Ef maþr kyssir kono a laun fyrir öþrom mönnom oc at raþi hennar, oc varþar [2])þat IIIa marka secþ, en sa a söc sem um legorþ. En ef hon reiþiz viþ, þa a hon sökina sialf, oc varþar þa fiörbaugsgarþ.

Ef maþr kyssir manz-kono launkoss, þat varþar fiörbaugsgarþ, þott hon lofi, oc sva þott hon banni, oc scal qveþia IX bua til a þingi.

Ef maþr biþr kono svefnis oc varþar þat fiörbaugsgarþ [3]). Ef maþr gengr til

ferat. Si vero bona sua in communionem contulerint, uxor e triente, maritus vero e besse in alendos eorum sustentandos filiasqve dotandas sumtum sustineat. Ubi bona (qvidem) simul (sed non in communione) habent, tum e qvantitate facultatum suorum, qvivis eorum et delatas liberorum suorum hæreditates et horum juris violati mulctas, si obtigerint, capiat.

Marito demortuo, si uxor in vivis fuerit, e triente illa semper, cum fratribus liberorum ex patre, multarum partem capiat.

Titulus XXIV.

De svaviis clandestinis et causis stupri.

Fæminam alterius, ea qvamvis concedente, clanculum svaviatus, trium marcarum multam luat; de hoc agendi jure gaudet, qvicunqve de ea stuprata ageret. Qvod si fœmina hoc indignetur, ipsi competit actio et reus exilii tenetur.

Qvivis uxorem maritatam clanculum osculatus exilium luat, sive illa concesserit, sive denegarit. Novem de hoc in comitiis evocandi sunt accolæ.

Siqvis uxorem ad concubitum allicere tentaverit, exilium luat. Siqvis lectum uxo-

---

1) *Reliqvum hujus tituli B cum suis prætermittit.*
2) *B cum suis interponit:* hanom, *ei.*
3) *B cum suis addit:* þat ero stefno-sacir oc scal qveþia heimilisbua IX a þingi þess er sottr er; *his causis citatio adhibeatur, et novem ejus, in qvem agitur, domicilii vicini in comitiis evocentur.*

sæingar kono at drygia misröþo viþ hana oc varþar þat fiörbaugsgarþ.

Ef maþr felldr ser til velar viþ kono [1])[eþr ferr hann i kvenklæþi] oc varþar þat fiörbaugsgarþ. [2])Ef maþr biþr (brytr) kono til svefnis eþr ferr i sæing hia henni til þess at koma fram legorþi viþ hana, oc varþar þat scoggang. Kona a sakir þær allar, ef hon vill reiþaz viþ, enda comi eigi fram legorþit, oc vili hon sott hafa, en ella a lögraþandi hennar [3]).

Þat ero alt stefno-sakir, oc (scal) qveþia heimilisbua IX a þingi þess, er sottr er, [4])[til fiörbaugs saka oc scoggangs saka, enn V bua til utlegþar saka].

Ef maþr liggr meþ kono frialsi oc heimilisfastri, oc varþar þat scoggang, þat er stefno-söc, en bua scal qveþia fra

ris adierit malum eacum consilium perficere intendens, exilium luat.

Siqvis calantica sibi caput velaverit vel vestimenta muliebria induitur, ad fœminam decipiendam, exilio puniatur. Siqvis fœminam ad concubitum vi prostraverit, vel lectum ejus, stuprum intendens, conscenderit, proscriptionis tenetur. Omnes hæce causæ fœminæ, si agere voluerit, agendæ competunt, modo indignata sit nec stuprum perficiatur, alias enim agendi jus ad tutorem ejus legitimum defertur.

Omnibus hisce causis citatio adhibeatur, et novem ejus in qvem agitur domicilii vicini in comitiis evocentur, in causis nempe exilii et proscriptionis, qvinqve vero accolæ causis multaticiis adhibeantur.

Siqvis fœminam ingenuam certoqve domicilio utentem compresserit, proscriptionis tenetur. Hoc est causa citationis vi-

---

[1]) *B cum suis omittit:* eþr ferr hann i kvennklæþi.

[2]) *B cum suis legit:* ef maþr fellir ser kono eþr ferr &c., *siqvis fœminam prostraverit vel &c.*

[3]) *B cum suis addit:* ef hon vill eigi sökia, *si agere noluerit. Deinde legit:* oc scal stefna heiman oc qveþia &c., *domo citetur et novem &c.*

[4]) *B cum suis omittit ea qvæ uncis tenentur, sed subjungit:* Ef konor göraz sva afsiþa, at þær ganga i karlfötom, eþr hverngi karla siþ er þær hafa fyrir breytni sacir, oc sva karlar þeir er kvenna siþ hafa, hverngi veg er þat er, þa varþar þat fiörbaugsgarþ, hvarom sem þat göra; *et alibi legit:* ef kona klæþiz karlklæþom, eþr scerr ser scör eþr ferr meþ vapn fyrir breytni sacir, þat varþar fiörbaugsgarþ. Þat er stennosöc, oc scal qveþia til bua V a þingi, þess er sottr er, sa a söc þa er sökia vill. Sliet er mælt um karla, ef þeir klæþaz kvenna klæþnaþi. *Si fœminæ tam protervis moribus fierent, ut virorum vestimenta indutæ incedant, vel qvemcunqve virili sexu proprium habitum sumserint, levitatis causa, ut et si viri pro fœminis sese gesserint, qvocunqve modo id fieret: exilii pœna coërceantur, omnes ita agentes. Et alibi legit: Si fœminæ virilia se induerint vestimenta, vel crines suas secarint, vel arma tractarint, levitatis causa, exilium luant. Causæ huic citatio adhibeatur, et qvinqve ejus in qvem agitur domicilii vicini in comitiis evocandi. Hæc etiam causa cuicunqve eam agere voluerit, competit. De viris muliebris sexus vestimentis indutis idem valeat.*

vetvangi ef maþr veit, en elligar fra heimili hans, en rett er at qveþia fra hennar [1]) heimili, ef hann veit hvartki hinna.

XXV. Capituli.

Of aþilþir legorþzsaka.

[2]) Sakar aþili er fyrstr boandi kono ef hann er [3]). Þa sonr ef hann er til arfs alinn [4]) XVI vetra gamall eþr ellri. Þa er sa er a dottr hennar [5]) [til arfs alna]. Þa er faþir. Þa broþir samfeþri, en þa moþir. [6]) Þa er systir samfeþra, ef hon a boanda. Þa broþir sammöþri. Þa systir sammöþra ef hon a boanda. Þa sonr laungetinn. Þa boandi dottor laungetinnar. [7]) [Enda a sa maþr jafnan legorþz söc um hana, sem festar]. Hinn scyldasti maþr scal sökia legorþz-söc sem vig-söc. Ef legit er meþ lögsculdar kono, oc a sa söc þa er fe a at henni. En fiörbaugsgarþ varþar, [8]) [oc halfr rettr, scal

cini vero evocandi sunt locum facinoris, si innotuerit, circumcirca, sin minus, e domicilio rei, qvodsi (agens) neutrum istum (locum) cognoverit, e domicilio fœminæ vicinos evocare fas est.

Titulus XXV.

De stupri causas agendi competentia.

(Stupri) causæ actor principalis est maritus uxoris, si fuerit; filius deinde, hæres necessarius, sedecim annorum natus vel adultior; tum filiæ ejus in hæreditatem natæ maritus; tum pater; tum frater ex patre; tum mater; tum soror ex patre maritata; tum frater ex matre; tum soror ex matre sed maritata; tum filius naturalis; tum filiæ naturalis maritus. Cui tandem fœminam despondendi jus competit, de ea stuprata etiam actionem instituat, et proximus qvisqve propinqvorum stupri causam, homicidii causæ instar, agat. Si fœmina legali debito cuidam addicta stupratur, creditor ejus causam suscipiat, exilii vero reus

---

1) *B cum suis legit:* heima, *sensu eodem.*

2) *Duobus sed diversis locis B cum suis enumerat eos, qvi actores nati sunt competentes, in causis, circa stupra versantes. Primum tantum seqvimur, altero omisso, nisi qvatenus diversa constituunt.*

3) *B cum suis addit:* til arfs alinn, *si hæreditatis capax fuerit. B marito proximum ponit patrem, sed tantum altero loco.*

4) *Altero loco B cum suis legit:* XV vetra gamall, *decemqvinqve annorum natus. Priori loco cum A et eum secutis consentit.*

5) *B cum suis omittit:* til arfs alna.

6) *B cum suis omittit sororis ex patre et matre maritum; nec filium naturalem vel filiæ naturalis maritum affert.*

7) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit, sed ejus loco legit:* enn þa er avalt legorþz sacar aþili, sa er rettr er fastnandi, *justo cuiqve desponsatori causas stupri agere porro competit.*

8) *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

qveþia a þingi IX bua þaþan sem um önnor legorþ, nema sa eigi vigt um, þa varþar scoggang].

Ef legit er meþ ambatt oc sekz maþr þar III mörkom, scal qveþia til heimilis bua V a þingi þess er sottr er. Ef legit er meþ [1]) leysingio oc varþar þat fiörbaugsgarþ, nema barnino se frelsi gefit, þa varþar scoggang oc (scal) qveþia heiman til IX heimilis bua, oc sva ef hon a son frialsan, enda er slict mal um lögsculdar konona, ef hon a soninn, enn bua scal qveþia heiman IX.

XXVI. Capituli.
Of göngo-konor.

Ef legit er meþ göngokono, oc varþar þat viþ lög, ef maþr gengr igegn legorþino, en sökia scal til faþernis. Rettrinn varþar ef maþr [2]) syniar, scal qveþia V, [3]) [heimilis] bua til a þingi. Þviat eins varþar eigi [4]) legorþit, ef konan hefir a þeim halfom manaþi meþ husum farit, er barn var byriaþ a.

Ef maþr getr barn meþ kono þeirri

tenetur, et dimidiam juris personalis violati multam expendat. Eandem, ac in stupri causis solet, locum circumcirca vicini novem in comitiis evocandi sunt, et si (stuprum commissum) cæde vindicare (actori) licuerit, (reus) proscribatur.

Ubi serva comprimitur, trium marcarum mutctam luat reus et qvinqve ejus in qvem agitur domicilii vicini in comitiis evocandi sunt. Ubi libertina stupratur, exilii reus tenetur, nisi manumittatur proles, vel filium habuerit liberum, qvo casu reus proscriptionem luat. De fæmina ob debitum legale alteri addictam, idem si filium liberum habuerit, valeat, sed novem accolæ nihilominus causæ adhibeantur.

Titulus XXVI.
De fæminis circulatricibus.

Qvi fæminam circulatricem stuprat, in leges commissi delicti non tenetur, modo stuprum confiteatur, sed ad paternitatem comprobandam actio instituatur. Juris fæminæ personalis violati multam expendat reus, si stuprum inficias ierit. Qvinqve in comitiis domicilii vicini evocandi sunt. Ea solummodo lege stuprum impune est si semimense, qvo prolem concipiebat fæmina, domos legens ostiatim mendicabatur.

Si qvi e fæmina ostiatim mendicanti

[1]) *B cum suis legit:* leysings kono, *uxor libertini.*

[2]) *B cum suis legit:* dylr legorþit, *stuprum occultaverit.*

[3]) *B cum suis omittit:* heimilis.

[4]) *B cum suis interponit:* viþ lög, *in leges.*

er meþ husum ferr, þa scal [1]) taca viþ henni oc varþveita til þess er barn er alit, oc hon er heil þeirrar sottar, oc sva ef hann vill til scirslo halda. Ef hann görir eigi sva, þa varþar [2]) rettrinn, oc er þat stefno-söc oc scal qveþia V heimilis bua a þingi þess er sottr er. Sa a söc þa er vill, nema einhverr varþveiti konona, oc leggi kostnaþ [3]) fyrir, þa a sa (at) sökina oc scal sökia til rettar [4]), oc til fulgna tvennra, scal qveþia heimilis-bua V þess er fe hefir lagit fyrir konona eþr barnit um fulgurnar.

prolem procreaverit, eam suscipiat curetqve donec prolem enixa, et ad pristinam valetudinem restituta est, ut et si ad lustrationem (per ordalia) eam provocare voluerit. Hoc si non fecerit juris personalis violati multa puniatur. Causæ huic citatio adhibeatur, et qvinqve ejus, in qvem agitur, domicilii vicini in comitiis evocentur. Actio causæ eam agere volenti competat, nisi aliqvis fœminam curans proprium in eam sumtum impenderit, tum enim ille actionem suscipiat, et ad juris personalis violati multam duplaqve sustentationis præmia obtinenda agat. Ad sustentationis præmia (definienda) qvinqve ejus, qvi bona sua fœminæ vel prolis sustentationi insumserat, domicilii accolæ adhibeantur.

XXVII. Capituli.

Of göngo-manna konor.

Ef maþr liggr meþ göngo-manz kono, varþar slict sem um aþrar manna-konor oc a boandi kono sökina, ef hann ferr ì lög-hrepp sinom. En þoat hann fari viþara ef hann er omagi, oc a hann bötr at taca um konona [5]), þoat annarr söki um. Slict varþar frændsemis-spell oc sifia-spell

Titulus XXVII.

De mendicorum uxoribus.

S*i qvis mendici uxorem stupraverit, eandem sibi contrahit pœnam acsi alias uxores maritatas stuprasset, maritoqve illius in legitimo suo pago mendicanti causa illa agenda defertur. Etiamsi latius mendicans circumierit, multas tamen de uxore violata eum capere fas est; qvamvis actio ab alio instituatur. Cognationis et affinitatis violatio eadem hic ut alias pœna coer-*

[1]) *B cum suis bene addit:* hann, *ille.*
[2]) *B cum suis legit:* utlegþ, *mulcta.*
[3]) *B cum suis interponit:* sinn, *suum.*
[4]) *B cum suis addit:* þat mal, *hanc causam.*
[5]) *B cum suis addit:* sina.

þar sem i öþrom stöþom, oc a sa sakir þær er sökia vill.

XXVIII. Capituli.

Of þat ef legorþz söc er a hendi dauþom manni.

Ef legorþz-söc er a hendi dauþom manni, þa a at stefna þar er hann vissi lög-heimili hans siþarst til faþernis oc rettar i fe hans, oc qveþia bua V a þingi. En ef aþr er höfþuþ sökin aþr hann se dauþr oc sekz þa feit alt [1]).

XXIX. Capituli.

Of kvenna-fylgior.

Hvart sem maþr fylgir kono or fiorþungi eþr af landi, þa varþar fiörbaugsgarþ þeim öllom er fylgia, at sino raþi visir vitendr, oc at osatt lögraþanda, scal qveþia bua fra stefno-staþnom.

[2])[Nu tekr maþr viþ kono þeirri er

ceatur, causœqve inde oriundœ, cuicunqve agere voluerit agendœ deferuntur.

Titulus XXVIII.

De eo, cum causa stupri mortuo intenditur.

Cum stupri reatus mortuo intenditur, citationem (agens) ibi manifestat, ubi demortui domicilium novissime cognoverat, eum in finem ut paternitas probetur, (fœminœqve) juris personalis violati multa e bonis demortui expendatur. Accolœ qvinqve in comitiis evocentur. Qvodsi actio, reo nondum demortuo, instituta fuerit, bona ejus qvœvis commissa sint.

XXIX. Capituli.

De fœminarum in viam deductionibus.

Fœminam siqvis, sive extra qvadrantem sive extra patriam deduxerit, exilium luat et ille et omnes ex consulto, scientes et justo tutore improbante eam secuti. Citationis manifestatœ locum circumcirca accolœ evocentur.

Ubi qvis raptam recipit fœminam, eam

---

[1]) *B cum suis hic addit:* Ef maþr þarf at sökia til faþernis lifanda manz einssaman, þa scal hann stefna at heimili hans, eþr þar er hann heyri sialfr, til faþernis oc rettar, oc scal qveþia V bua a þingi, oc rett er at lysa a þingi, oc sökia et sama sumar ef hann vill þat heldr, *si in vivum tantum de paternitate probanda agere necesse fuerit, citationem manifestet (agens) in illius domicilio vel ubi ipse exaudit, ad paternitatem (probandam) et violati juris personalis mulctam (exigendam). Qvinqve tum accolœ in comitiis evocentur. In comitiis etiam causam denuntiare fas est, eadem œstate agendam, si hoc (agens) maluerit.*

[2]) *Qvœ uncis tenentur B cum suis omittit.*

numin er a brott, oc vill hann eigi halda henni þar lengr, enn eptir henni er komit, oc scal hann þa segia til þess a manna motum, enda varþar hanom þa eigi viþ lög].

Ef maþr fylgir kono, oc beinir för hennar til scips, þeirrar kono er af landi vill fara, [1][eigi at raþi frænda eþr forraþanda], sva at hann veit at eigi fylgir frænda raþ, oc varþar þeim fiörbaugsgarþ, oc sva styrimönnom, er a brott feria hana, oc sva þeim er fylgio takaz a hendr viþ hana, en hasetom öþrom varþar III merkr.

[2]) Ef maþr fylgir kono til þess at fyrra raþi lögraþanda, þat varþar fiörbaugsgarþ.

XXX. Capituli.

Of erlendis legorþ.

Ef maþr liggr meþ kono erlendis oc getr barn viþ, [3][ef nokot þeirra kömr ut], þa varþar scoggang [4]); sva oc ef meþ manz kono er legit, [5][oc scal sökia viþ goþa-qviþ]. En ef sculdleikar ero meþ

tantum, donec repetitur, tenere intendens, hoc in conventibus hominum indicet, qvo facto, in leges commissi criminis reatu liberatur.

Si qvis fœminam, propinqvis et tutore legitimo invitis, patriam excedere parantem in viam deduxerit, vel ei ad navim proficiscenti necessaria subministraverit, sciens propinqvorum cousilia eam nou seqvi, exilio puniatur; naucleri itidem eam vehentes aliiqve ejus duces (eandem pœnam luant), nautæ vero cæteri trium marcarum multa tenentur.

Ubi qvis fœminam eo consilio, ut justi tutoris cura privaretur, abducit, exilio puniendus est.

Titulus XXX.

De stupris peregre commissis.

Si qvis fœminam (nostratem) peregre compresserit, prolemqve ex ea susceperit, proscribendus est, statim ac aliqvis eorum (reus nempe, fœmina prolesve) redierit. Itidem si uxor maritata (peregre) stupratur.

---

[1]) *B cum suis legit:* sva at hann veit at eigi fylgir frænda raþ eþr &c., *sciens tamen cognatorum vel tutoris consensum non adesse. — Omittit ea qvæ uncis tenentur.*

[2]) *B cum suis legit:* Nu hvartki er maþr, *ubicunqve porro aliqvis.*

[3]) *B cum suis interponit:* þar, *ibi; sed omittit ea qvæ uncis tenentur.*

[4]) *B cum suis addit:* her, *hic.*

[5]) *B cum suis omittit:* oc scal sökia viþ goþa qviþ, *sed addit:* oc varþar þat scoggang her, oc eigo frændr konomar sökina en boandinn bötornar. En ef hann andaz erlendis, oc a þa erfingi at taca bötr ef boandi hennar andadiz austr, *qvod proscriptionis pœnam affert, cognatisqve uxoris actio sed marito multæ pecuniariæ competunt; qvodsi hic peregre emortuus fuerit, hæres mariti in oriente emortui, multas pecuniarias capiat.*

þeim, oc er þa slic socn til um frændsemisspell eþr sifia-spell, sem her veri gört er sott er um legorþit, oc scal eigi taca til socnar aþr III vetr ero fra liþnir, nema ut komi fyrr nöqvat þeirra faþir eþr moþir eþr barnit, þa er þegar rett at taca til socnar, oc scal sökia viþ goþa-qviþ.

XXXI. Capituli.

Of þat, ef menn sættaz fyrir lof fram a frændsemis-spell.

I öllom stöþom varþar fiörbaugsgarþ hvaromtveggia, ef menn sættaz a þau mal, er eigi a at sættaz a fyrir lof fram um frændsemis-spell eþr sifia-spell, eþr um guþsifiar þær, er qviþo a at hryþia um, eþr um manna konor, oc a sakir þær hverr er vill, frumsökina, oc sva þa er þeir hafa sætz a þat mal, er eigi atto a at sættaz; þar scal qveþia IX bua til a þingi.

[1] [Of frændsemis-spell et meira, eþr sifia-spell et meira, ef þeim sökom verþr rett stefnt, oc verþr maþr sannr at, þa eigo eigi varnir at metaz um þau mal.

Of manna konor oc nunnor varþar

Effatum (dodecadis veridicorum sev) prætorianum causæ huic admoveatur. Qvodsi uxorem reumqve cognatio intercesserit, eodem modo agatur de violatis vel cognatione vel affinitate, acsi hic, cum actio stupri instituebatur, commissæ fuissent. Hæc vero actio ne suscipiatur ante tres a commisso crimine hyemes peractas, nisi antea unus eorum, pater, mater prolesve peregre redierit, qvo casu actionem, prætoriano veridicorum effato instructam mox instituere fas est.

Titulus XXXI.

De eo, si qvis, venia nondum impetrata, cognationis violatæ causam transegerit.

Causas, qvæ non nisi venia impetrata transigere fas est, transigentium uterqve exilii reatu ubiqve tenetur; (causas nempe) de cognatione vel affinitate violatis, vel de cognatione spirituali in veridicis non toleranda, vel de uxoribus stupratis. Utraqve causa, tam principalis qvam illa, qvod extra veniam hanc transegere, volenti agenda defertur. Novemqve in comitiis evocati vicini adhibeantur.

Qvoad causas de cognationis vel affinitatis violatione majori (definiunt leges) qvod has juste citatas et comprobatas exceptionibus elidere haud liceat.

Ob uxores sacrasqve virgines stupra-

[1]) *Reliqvum tituli B cum suis omittit.*

slict sem um frændsemis-spell et meira eþr sifia-spell et meira].

XXXII. Capituli.

Of þat ef byscopar biþia satta-leyfis.

Þar er byscopar vilia biþia lofs at sættaz um frændsemis-spell et meira [1])[eþr sifia spell et meira], eþr manz-kono legorþ, þa scolo þeir segia til hveria [2])þeir vilia at sa maþr hafi, þa þegar er þeir biþia lofsins, oc sva hvat þeim er a hendi, oc eigo menn sva at sættaz a [3]) sem menn fengo lof til.

Þat er et meira frændsemis-spell, ef maþr liggr meþ næsta-bröþro sinni eþr nanari kono. Ef hann a þa kono er næsta bröþra hans er eþr nanari, þa bergz hann ecki viþ biargqviþ þann, at hann hafi eigi vitaþ frændsemina.

Þat er sifia-spell et meira, ef maþr liggr meþ þeirri kono, oc sva þoat hann eigi hana, ef bröþrungr hans hefir atta, eþr nanari, eþr getit barn viþ oc orþit sannr at legorþi. Slict er oc, ef su frændsemi er meþ kononum þeim er hann hefir attar, eþr getit börn viþ, eþr orþit sannr

tas reus eadem pœna tenetur acsi cognationis affinitatisve violationem majorem commisisset.

Titulus XXXII.

De eo, si episcopi transactionis veniam expetierint.

Ubi episcopi veniam, ad causam de majori cognationis vel affinitatis violatione vel uxore adulterata transigendam, expetere volunt, venia expetita pronuntiare debent, qvalem (a reatu immunitatem) reo impertitam optaverint, ut et qvale crimen commisisset; pro modo vero veniæ impetratæ transactio instituatur.

Pro majore cognationis violatione habeatur, siqvis fœminam in tertio (lineæ collateralis æqvalis) vel propinqviori gradu stupraverit. Si qvis in tertio vel propinqviori gradu secum conjunctam fœminam, uxorem duxerit, effato illo veridicorum auxiliari, qvod cognationis ignarus fuisset, a reatu haud liberatur.

Pro majori affinitatis violatione habeatur, si qvis rem habuerit cum fœmina ei qvamvis in matrimonio juncta, qvam consobrinus ejus propinqviorve in matrimonio habuit vel e qva liberos procreavit vel qvam stuprasse convincebatur. Peridem est si uxores qvas vel in matrimonio habebat

---

1) *B cum suis omittit:* eþr sifiaspell et meira.

2) *B cum suis bene interponit:* sykno, *immunitatem a reatu.*

3) *B cum suis legit:* sem þa fæst lof til, *juxta veniam qvæ tum impetratur.*

at legorþi, ef þær ero bröþrungor eþr systrungor eþa nanari. Sifia-spell et meira oc frændsemis-spell et meira varþar scoggang, oc scal su söc sott fyrir et IIIia alþingi, ef eigi er aþr, [1][oc scal qveþia til IX bua a þingi.

(reus) vel ex qvibus liberos susceperat vel cum qvibus rem habuisse convictus est, tanta intercesserit cognatio, ut vel fratrum vel sororum filiæ sint vel propinqviores. Tum affinitatis cum cognationis violatio majore proscriptionis pœna coerceatur, actioqve de ea instituatur, si non prius, tamen ante tertia comitia generalia, accolæqve novem in comitiis evocati adhibeantur.

Ef sa maþr, er aþili er þeirrar sakar er eigi a at sættaz a fyrir lof fram, vill eigi sökia söc þa til fullra laga, þa varþar hanom þat fiörbaugsgarþ. Sa a söc þa er vill, oc scal qveþia til IX bua a þingi]; þriggia alþinga mal ero þetta alt, oc sva ef austmaþr a barn viþ kono her a landi.

Si actor competens causæ, non nisi venia data transigendæ, eam e rigore legum agere noluerit, exilium luat. Causam inde oriundam agere competit volenti, novemqve in comitiis accolæ evocentur. Harum omnium causarum actio non ante tria generalia comitia peracta præscribitur, ut et (causa) cum Norvegus his in terris e fœmina soluta prolem suscipit.

XXXIII. Capituli.

Of legorþ viþ næsta-bröþro eþr manz-kono eþr nunno.

[2][Nu liggr maþr meþ næsta bröþro sinni eþr nanari eþr manz kono eþr nunno eþr þeirri kono, er sva er scyld hans kono eþr þeirri er hann hefir atta, þa varþar scoggang, eigi scal sættaz a þau

Titulus XXXIII.

De consobrinorum filiæ stupro vel uxore vel virgine sacra violatis.

Ubi qvis rem habet cum fœmina in tertio, (lineæ collateralis æqvalis) vel propinqviori gradu cum eo conjuncta; vel cum uxore maritata; vel virgine sacra; vel fœmina qvæ cum uxore, qvam habet vel habuit tam

---

1) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit, sed ejus loco habet:* fiörbaugsgarþ varþar sifiaspell et minna oc frændsemis-spell et minna ɔ: *tum affinitatis cum cognationis violatio minor exilio vuniatur.*

2) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit, nisi qvod legit:* Nu liggr maþr meþ næsta bröþro sinni — *usqve* — sa a söc er vill, *Jam aliqvis fœminam in tertio (lineæ collateralis æqvalis) gradu secum cognatam comprimit — usqve — causa agenda competit cuicunqve voluerit.*

mal oc eigi biþia framar lofs til, enn hann se feriandi, eigi eigi aptr-qvæmt nema lof byscopa oc lögrettomanna faiz framarr.

Nu liggr maþr meþ manz-kono oc scal su söc sott fyrir et þriþia þing, ef eigi er aþr. Eigi scolo þar qvittir raþa, þviat eins ef hon segir boanda sinom. Nu byþr hann jarnburþ, oc scal eigi þvi nita].

Ef kona er olett su er hon a eigi boanda oc komi sacar aþili til at spyria hana, hverr faþer se barns þess er hon ferr meþ oc er hon scyld at segia hanom. En ef hon vill eigi segia, þa er þeim manni rett er sakar aþili er at heimta til V bua, þa er þeim staþ ero næstir er þa er konan, oc pina hana til sagna. Sva scal pina hana at hvartki verþi at orkumbl ne ilit. Ef hon segir hverr faþir er barns þess, oc scal hann spyria hana hvar fundr þeirra hafi verit, oc scal hann þa bua qveþia heiman IX er næstir bua fundinom, enda se þeir rettir i qviþnum. Ef hon segir eigi fund þeirra, eþr nair hann eigi at spyria hana, oc scal hann þa qveþia [1]) bua IX þess manz er hann

cognata est (ac supra memoratur) proscriptionis tenetur. Causæ hinc oriundæ haud transigendæ sunt, nec condemnato alia expetatur venia qvam ut vehendus sit, redeundi facultate tamen destitutus nisi episcoporum et scabinorum venia alterius adqviratur.

At uxorem maritatam qvis adulterat, tum causa inde oriunda ante tertia comitia generalia, si non prius agatur. Incerti rumores hic nullius habendi sunt, excepto si illa ad maritum suum detulerit. Qvodsi (reus) ferrum candens (se gerere velle) obtulerit, hoc minime rejiciatur.

Fœmina soluta si gravida fuerit, adveneritqve actor competens eam qvæsitum: qvinam pater sit prolis qvam in utero gestat, hoc ei indicare illa debet. Qvod si declarare noluerit, liceat ei qvi actor est stupri competens, qvinqve accolas loci in qvo fœmina tum versatur convocare, eamqve ad veritatem confitendam torqvere. Ita torqvatur ut nec plagam referat nec color cutis livescat. Si patrem prolis professa fuerit eam porro qværat actor, ubinam locorum coiissent, (qvo cognito) accolas (hujus) loci proximos ille evocare debet, modo qva veridici juste se habeant. Si locum qvo coiere non indicaverit (fœmina), vel eam interrogandi facultatem non habuerit (actor) domicilii accolas novem evocet ejus in

[1]) *B cum suis bene legit:* heimilisbua IX þess er sottr er, *sensu eodem.*

sökir; en ef hann veit eigi þat, oc scal hann þa qveþia heimilis bua IX konnonnar.

Eigi scal maþr taca minni satt enn rett um legorþz söc, en ef hann tekr minni eþr görir maþr minni satt, þa varþar VI merkr, en hverr a at sökia er vill um hvartveggia frumsökna, oc þa er hann toc minni sattina eþa hann görþi minni.

qvem agit; hujus si nesciverit domicilium, fœminæ domicilii accolæ novem evocandi sunt.

In causis stupri neqvis minus multæ nomine per transactionem capiat, qvam juris personalis violati multa efficit. Qvod si qvis vel minus ceperit, vel minus sibi constituerit per transactionem, sex marcarum multam expendat; qvicunqve voluerit agat tum causam principalem, cum eam, qvod per transactionem vel minus ceperit agens vel minus sibi constituerit (qvam antea præscribitur).

XXXIV. Capituli.

Of þat at sökia um legorþ.

[1]) Ef maþr vill sökia um legorþ, þa scal hann stefna hinom um þat, at hann hafi legit meþ kononni, oc i þær vændir komit at þau mætti barn ala, ef þeim veri þat scapat, nefna þann er hann stefnir oc sva konona oc feþr þeirra leggia, ef hann veit, telia hanom varþa scoggang, telia ser rett or fe hans. Sva a hann þvi mali at fara, þoat hann söki um legorþ eitt, sem þa at konan se meþ barni; sva scal hann þvi mali fara sem nu er talit, þoat

Titulus XXXIV.

De modo causas stupri actione perseqvendi.

De crimine stupri in alium agere volens, eum propterea in jus se vocare (dicat) qvod cum fœmina rem habuisset, vel eo prodiisset ut prolem procreare possint ni physica obstaret facultas. Tam eum qvem in jus vocat, qvam fœminam, utriusqve patrem, si ei innotuerit, nominet, reo proscriptionis pœnam intendens, et e bonis ejus juris (fœminæ) personalis violati multam sibi vindicans. Eodem modo actionem moveret ubi de stupro tantummodo agit acsi fœmina gravidata fuerit. Easdem ac jamjam memo-

---

[1]) *Hunc titulum B cum suis ita incipit:* Conor þær allar er eigi a lofs at biþia til satta, oc scolo eigi arf taca, ef þær liggia ser, nema þær verþi neyþdar til &c., *Fœminæ omnes, de qvibus stupratis transigendi veniam expetere non fas est, si stupratæ fuerint, hæreditatem ne capiant, nisi stuprum violentum eis illatum sit &c.*

hann lysi heldr enn stefni, scal qveþia IX bua heiman fra vetvangi.

Maþr a kost at stefna um legorþ er barn er alit, at hann hafi legit meþ kononni, oc nefna hana, oc i þær vændir komit at hann mætti vera þess barns faþir, er hann öl, oc qveþa a nær hon varþ lettari, oc nefna barn; en ef sa verþr osannr at, oc a hann cost at sökia annan annat sumar.

XXXV. Capituli.

Of þat ef annarr sökir legorþz sök enn aþili.

Legorþz-soc engi fyrniz aþr socnar aþili veit su er barngetnaþr fylgir. Sliet varþar hvegi lengi er hann er leyndr, sem þa se ny er hann spyrr. [1][Eņ sott scal legorþz söc a eno næsta alþingi, ef kona verþr lettare laugardag i fardögom eþr fyrr, eþr fregni sakar-aþili sva eþr fyrr, enda scal sva þa ef þat legorþ er, er eigi fylgir barngetnaþr þott hann viti].

ratum est inter agendum regulas seqvatur ubi causam denuntiat non citat, novem domo locum facinoris circumcirca vicini evocentur.

Prole nata, de stupro actionem instituere fas est, (id criminis reo inferendo) qvod cum fœmina, qvæ nomine nominetur, rem habuisset, et in talem statum venisset, ut prolis, qvam enixa est, pater esse possit. Qvando fœmina partum enixa sit, nomenqve prolis simul definiat (agens). Qvod si modò incusatus criminis illati non convincatur actori fas est alterum, æstate proxima, ejusdem criminis insimulare.

Titulus XXXV.

De eo, si alius qvam actor competens actionem de stupro instituerit.

De stupro, per conceptum partus consummato agendi jus non præscribitur qvamdiu actor competens stupri nescius est. Per qvantumcunqve temporis stuprum ab eo occultatum fuerit, eundem adfert reatum acsi primum accidisset cum de eo certior factus est. Ubi fœmina partum enixa est die lavationis, temporis mutandarum habitationum, vel antea, actio stupri instituatur comitiis generalibus proxumis, modo actor competens tum vel antea resciverit. De stupro per conceptum partus non consummato, si actori innotuerit, idem valeat.

---

[1]) *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

Þar er annarr maþr sökir legorþz söc enn sacar aþili, oc tekr hann minni satt enn hann mundi, ef hann scyldi feit hafa, varþar hanom fiörbaugsgarþ, oc scal qveþia til IX bua a þingi. Sa a söc er fe a at taka. Eigi scal maþr sökia fleiri menn til faþernis ens sama barns eitt sumar enn einn. Sökia a hann sva marga sem hann vill [1]) senn a eino sumri [2]) um hina sömo kono.

[3]) [Eigi fylgir lögsect lengr enn til ens þriþia alþingis. Sökia scal til faþernis oc rettar, ef lengr þarf].

Þar er maþr sökir mann til faþernis barns, hann scal stefna hanom um þat at hann hafi legit meþ kononni [4]), oc i þær vændir komit at hann hafi getit þat barn [5]) er su kona ol, ef þeim veri þat scapat, kveþa a hvenær hon varþ lettari þess barns, oc nefna barn ef hann veit, oc sva konona, oc sva þann er hann sökir til faþernis. Hann scal stefna at heimili [6]) hans eþr þar er hann hittir hann sialf-

Ubi alius qvam actor competens causam egit stupri, minoremqve per transactionem causæ, multam injungit reo qvam fecisset, si pecuniæ multaticiæ ipsi cederent, exilium luat. Novem in comitiis vicini evocentur. Causa agenda competit ei qvi multam ex jure caperet. De paternitate prolis eadem æstate in uno plures actio haud instituatur. In qvotcunqve voluerit (actor) de eadem fæmina (stuprata) eadem æstate actionem instituat.

Condemnatio legibus definita, ad tertia tantum usqve comitia generalia (causam stupri) seqvitur. Ad paternitatem comprobandam, multamqve juris personalis violati exigendam diutius, si necesse fuerit, jus agendi patet.

Ubi qvis in alterum de paternitate prolis agit, hunc de eo in jus vocet qvod cum fæmina rem habuisset, et in eum statum pervenisset ut prolem qvam ista fæmina enixa est, generare possit, si physica adfuerit facultas; definiat simul qvando hunc partum fæmina peperisset prolemqve nomine, si id sciverit nominet, fæminamqve ut et eum in qvem de paternitate agit. In rei domicilio vel ubi ipsum convenit citationem manifestet, ad paternitatem probandam multamqve juris fæminæ personalis

---

1) *B cum suis omittit:* senn.

2) *B cum suis interponit:* um legorþ, *de stupro.*

3) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

4) & 5) *B cum suis interponit:* N. N., *nomine nominato.*

6) *B cum suis* legit: hins, *(et mox)* hinn, *alterius, alterum.*

an at mali til faþernis oc rettar, oc qveþia V heimilisbua til a þingi þess er sottr er.

Rett er at lysa [1])[a þingi til faþernis], oc sökia et sama sumar.

violati exigendam; ejus etiam in qvem agit domicilii vicinos qvinqve in comitiis evocet.

In comitiis ad paternitatem comprobandam, causam eadem æstate agendam denuntiare fas est.

XXXVI. Capituli.

Of þat ef scogarmaþr getr launbarn meþ kono.

Eigi scal lysa legorþz sakir ne um scaldscap at þinglausnom til socnar annat sumar a hendr innan-fiorþungs-mönnom. Rett er [2])manni at höfþa legorþz söc eigi fyrr enn barn er [3])alit. Þa er mal upvist, er aþili hefir spurt sva, at kona segir hanom eþr þa er barn er alit.

Titulus XXXVI.

De eo, si proscriptus clandestine prolem cum fœmina procreaverit.

Causæ de stupris et poematibus (famosis) in ejusdem qvadrantis incolas subseqventi æstate agendæ, solutis comitiis ne denuntientur; prole primum natâ stupri causæ actionem instituere cuiqve fas est. Tum stuprum manifestum esse habeatur cum per indicium fœminæ actor competens de eo certior factus est, vel etiam partu in lucem edito.

Ef kona leggz meþ manni, [4])oc a sacar-aþili kost at taka af henni VIII aura ens fimta tigar, ef hon a fe til. Nu a hon eigi fe, þa scal hann leggia sculd a hana oc segia til þess [5])at socn eþr at feransdomi. Legorþz-sacir allar scolo sottar vera et næsta alþingi, þar er kona er orþin lettari þvatdaginn i fardögum eþr fyrr, enda se aþili innanfiorþungs, oc hafi þá spurt söc þa. [6])[Socn er til,

Si fœmina stupro occasionem præbuerit, actori competenti liceat ei octo qvintæ decadis (ɔ: XLVIII) uncias exigere, modo ei tantæ sint facultates, sin minus, ut per debitum eam sibi addictam faciat, licet, qvod inter agendum, vel etiam judicio bonorum occupationis coram indicare debet. Qvævis stupri causa in proximis agatur comitiis ubi fœmina partum enixa est, die lavationis, temporis mutandarum habitatio-

---

1) *B cum suis omittit:* a þingi til faþernis.
2) *B cum suis omittit:* manni.
3) *B cum suis legit:* fött, *natâ.*
4) *B cum suis legit:* þa a aþili sacar at taka af henni &c., *actor causæ competens ei exigere debet &c.*
5) *B cum suis legit:* at satt, *in conventu transactionis.*
6) *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

þartil er liþr et IIIia alþingi um, þar legorþz-sakir ero um manna konor eþr frændsemis-spell et meira, oc sva ef austmaþr getr barn viþ kono, þaþan fra er aþili hefir spurt].

num vel antea, actorqve competens de hacce causa certior factus est et in eodem habitat qvadrante. De uxoribus vero adulteratis et majori cognationis violatione, ut et si Norvegus e fœmina (nostrate) prolem susceperit, agendi jus viget ad tertia usqve comitia generalia peracta, inde a tempore qvo actor competens (de stupro) certior factus est.

Ef legit er meþ kono fyrr enn hon er manni föstnoþ, oc komi þat sva fremmi upp er hon er manni géfin, þa ero frændr aþiliar þeirrar sakar en eigi boandi hennar, oc þeir eigo bötor.

Si fœmina nondum desponsata stuprum passa fuerit, idqve primum sponsaliis peractis comperitur, tum cognati fœminæ, non maritus, et actores sunt competentes et multas capiant.

Ef scogarmaþr getr launbarn meþ kono oc er rett at lysa at lögbergi til faþernis a hendr hanom, scal qveþia V bua til a þingi þaþan fra er hon segir fund þeirra verit hafa. Ef hon segir eigi fund þeirra, þa scal fra heimili hennar qveþia bua.

Si proscriptus e fœmina prolem susceperit, clandestinam paternitatem ad rupem jurisdicundi per denuntiationem ei injungere fas est. Qvinqve in comitiis evocentur accolæ loci in qvo eum secum coiisse illa declarat. Qvodsi illa hoc non declaraverit, domicilium ipsius circumcirca accolæ evocentur.

Börn þau er menn verþa sekir um faþerni, þarf eigi at föra til feransdoms, enda scal döma þeim för um fiorþung þann, er feransdomr er attr i.

Liberos, de qvorum paternitate qvis condemnatur, judicio bonorum occupationis afferre haud necesse est, sed per qvadrantem, in qvo hoc judicium habetur, mendicabunda circulatio iis adsignetur.

Ef legit er meþ þess manz kono er erlendis er, þa eigo frændr kononnar at sökia þa söc, þeir er nanastir ero ut her, en hann a at taka bötr, en ef hann andaz erlendis, oc a hans erfingi bötr at taka.

Si uxor mariti peregre agentis adulterata fuerit, cognati uxoris ei his in terris maxime propinqvi actionem stupri suscipiant, ipse vero (maritus) multas capiat; qvi si peregre emoritur, hæredi ipsius multæ deferuntur.

Ef kona firriz böuda sinn, þa a hann kost at bioþa henni heim, oc veria siþan lyriti innihöfn hennar, þar er hon er, eþr þar er hann vissi nattstaþ hennar siþarst, enda varþar fiörbaugsgarþ samvista hennar þeim [1]) er fregna lyritarvörslo hans. Hann a kost at veria at lögbergi lyriti innihöfn hennar [2]) [eþr samvistor viþ hana].

Si uxor maritum suum deseruerit, eam domum revocare ei liceat, et interdicto deinde convictum eacum prohibere, sive ubi ipsa moratur sive ubi eam ultimo pernoctasse marito innotescit, qvo facto, qvicunqve eacum moratus et de interdicto mariti certior factus exilium luat. Ad rupem jurisdicundi ipsius vel detentionem vel eacum convictum interdicto inhibere fas est.

XXXVII. Capituli.

Of mannvillo.

Fiörbaugsgarþ varþar mannvilla [3]). Þat er mannvilla ef maþr kennir ser annars manns barn, eþr hann kennir öþrom manni sitt barn visvitandi, enda göra þeir [4]) menn allir mannvillo, er i þvi standa, hvart sem þeir villa faþerni eþr moþerni eþr bæþi.

Titulus XXXVII.

De personæ dolosa suppositione.

Dolosa personæ suppositio exilii pœna coerceatur. Dolosa personæ suppositio est, si qvis ex consulto vel alienam prolem pro sua agnoverit, vel propriæ paternitatem alii injungerit. Dolosam personæ suppositionem omnes faciunt, qvi aliqvatenus huic inserviunt fiui, sive imposturam fecerint qvoad paternitatem, sive maternitatem sive utramqve.

XXXVIII. Capituli.

Of qvenna-nam.

Ef maþr tekr kono nauþga a brott oc vill eiga ganga, varþar þat scoggang, oc sva þeim er hanom fylgia at þvi raþi. Slict varþar hanom þott annarr maþr nemi hana a brott hanom til handa, oc at hans

Titulus XXXVIII.

De raptu fœminarum.

Si qvis fœminam invitam rapuerit, eo consilio, ut matrimonium eacum contrahat, proscribendus est, omnesqve itidem qvi proposito ejus subministrant. Eodem reatu tenetur ipse omnesqve socii facinoris, alter

---

[1]) *B cum suis legit:* þeim er vito at lyriti er varit innihöfn hennar, *qvi fœminæ domesticam detentionem interdicto prohibitam esse sciunt.*

[2]) *B cum suis omittit:* eþr samvistor viþ hana.

[3]) *B cum suis addit:* öll, *omnis.*

[4]) *B cum suis omittit:* menn.

Ef maþr getr barn viþ frændkono sinni eþr sifkono, sva at þvi fylgir frændsemis-spell et minna eþr sifia-spell et minna, oc sva ef qvangaþr maþr getr barn viþ annari kono enn eiginkono sinni, eþr getr maþr barn viþ þeirri kono, er boandi hennar lifir, þott hann eigi eigi at taca retta-far um hana, enda fyrbioþi byscop sa, er yfir fiorþungi er, eþr umboþsmaþr hans þeim samvistor, oc hafa þau eigi þat, er hann mælir um, þa a byscop at þeim manni III merkor vaþ-

Titulus LIII.

De divortio (novella constitutio sectionis de re nuptiali).

Legibus cautum est ut inopiæ gratia nec ipsorum conjugum nec eorum cognatorum consilio divortia admittantur. Alendi eorum distribuantur et cognatis injungantur. Ea de causa separatio qvoad thorum minime fiat.

Ubi per justam bonorum computationem alterius conjugum inopia comprobatur, inopis alendi in bona ejus, qvi facultatibus pollet, transferatur.

Si qvis liberos procreaverit e fœmina ei cognatione vel affinitate tam propinqva, ut hoc ipso minorem cognationis vel affinitatis violationem committat: et, si qvis vir maritus ex alia qvam uxore sua prolem procreaverit; ut et, si qvis prolem susceperit e fœmina, cui maritus in vivis est, ipsi qvamvis juris illius personalis violati multas capere haud competat, modo episcopus eidem qvadranti præpositus, ejusve procurator consociationem iis prohibuerit, hoc qvamvis nullius fecerint: horum qvivis epi-

[1]) *Reliqvos hujus sectionis titulos B cum suis prætermittit.*

mala, oc er eindagi a fe þvi i boanda kirkiogarþi, miþvicodag i mitt þing et næsta sumar eptir þat, er eigi er haft þat er biscop bauþ, oc varþar III merkor hald fiar þessa, oc scal sa söc sökia er byscop byþr um. Ein missari stendr þeirra mal sva at byscop eigi fe at taka.

scopo tres panni vulgaris marcas expendere tenetur, qvorum bonorum solvendorum terminus peremtorius erit in coloni (comitialis) cœmiterio mediæ hebdomadis dies, ad medium tempus comitiale, æstate qvæ proxime succedit tempori, qvo episcopi præscripta posthabita sunt. Harum multarum (contumax) detentio trium marcarum multa coerceatur. Causam hanc agat qvicunqve episcopus hoc commendaverit. Per duo semestria in reum agendi jus ita viget ut episcopo hasce multas exigendi via pateat.

LIV. Capituli.

Of þat ef hiu verþa eigi samhuga.

Þar er hiu verþa eigi samhuga, þa er byscopi rett at lofa kononni fiarheimtingar sinar allar undan boanda sinom, þott hann göri eigi lögscilnaþ þeirra, ef hanom þickia forurtir til þess. Sva scal fe hennar heimta sem byscop mælir fyrir, hvart sem þat er et næsta var eþr siþarr.

Kona þarf eigi at lata stefna boanda sinom til byscops fundar um þetta mal, oc þviat eins, ef hon vill lögscilnaþ göra lata. Nu er sott til fiar þess, oc hefir veriandinn þat til varna, at hann se rettr forraþandi fiar hennar oc eigi se lögscilnaþr görr meþ þeim, þa scal sökiandi lata bera fram vetti þat er nefnt var at orþum byscups, þa er hann lofaþi fiarheimting,

Titulus LIV.

De eo, si conjuges discordes fiunt.

Ubi discordia inter conjuges oritur, liceat episcopo, cum sufficientes rationes adesse putat, uxori veniam impertiri, bona sua qvævis marito exigere, qvamvis conjugum matrimonium tamen in cæterum haud omnino dissolvat. Modo ab episcopo definito bona uxoris marito extorqveantur, sive id vere subseqventi sive serius fierit.

Uxor haud necesse habet maritum suum ut episcopum hoc de causa conveniat provocare, qvod solummodo faciat, ubi legali modo matrimonium eorum dissolutum intendit. At ad bona (uxoris) oblinenda actio instituitur, defendens vero excipit, se justum uxoris bonorum curatorem esse, qvodqve legali modo inter eos divortium haud factum sit allegens, tum actor testi-

oc a þa at dõmaz feit þannug sva mikit sem gögn baro til.

monium, in verba episcopi, cum bonorum reclamationem concesserat, nuncupatum, proferri faciat, qvo facto, tantum bonorum (marito) exigendum esse judicum sententia definiat, qvantum episcopum concessisse auctoritates comprobavere.

Ef maþr fastnar ser kono, þa scolo festar haldaz sva lengi sem a var qveþit. En at liþinni þeirri stefno er a var qveþit, ef sa orökiz viþ at göra brullaup til kono, er ser fastnaþi hana, þa segia lög lausar festar, oc er eigi hanom su kona heimilli, en þa at hon veri hanom eigi föstnoþ.

Ubi qvis fœminam sibi despondet, contractus sponsalitius in tantum temporis ac (in initio) præfiniebatur, valeat qvo termino peracto si fœminam sibi spondens nuptias habere neglexerit, contractum sponsalitium dissolutum leges definiunt, nec plus juris in hancce fœminam sponso in cæterum competit, qvam si hæc ei neqvaqvam desponsata fuisset.

Ef eigi er aqveþit a brullaups stefno, eþr hve langar festar scolo vera, þa halda þær XII manaþr þaþan fra er kona var föstnoþ oc eigi lengr oc segia lög þær þa lausar.

Qvodsi festo nuptiali habendo certum tempus haud præfinitum, nec in qvantum temporis contractus sponsalitius (per nuptias) non consummatus valeat, constitutum fuerit, per duodecim menses inde a tempore sponsalitiorum, nec ultra, vim suam retineat, qvo termino peracto sponsalitia dissoluta esse leges constituunt.

Þa er brullaup gört at lögom, er lögraþandi fastnar kono, enda se VI menn at brullaupi et fæsta, oc gangi bruþgumi i liosi i sama sæing kono.

Matrimonium jure contrahitur, cum justus desponsator fœminam despondet, sexqve si non plures convivæ festum agunt nuptiale, et sponsus cum nova nupta lectum eundem propalam conscendit.

Ef frændsemi su eþa sifiar koma up meþ hium, er þau eigo eigi saman at vera at lögum, enda vili þau eigi scilnaþ göra, þa scal byscop sa er yfir fiorþungi er fa til III menn, þa er þat leggi undir

Si vel cognatio vel affinitas inter conjuges evenerit tanta, ut cohabitationem leges iis inhibeant, sed illi nihilominus divortium facere nolunt: episcopus qvadrantem regens tres conqvirat viros, qvi per

þegnscap sinn, at su er frændsemi eþr sifiar meþ þeim, enda scal þa byscop segia scilit meþ þeim, oc verþr þat þa lögscilnaþr a meþal þeirra.

civilem suam existimationem asseverent, hanc vel cognationem vel affinitatem eos intercedere, qvo facto episcopus eorum cohabitationem interruptam declaret, et tum eorum matrimonium modo legali dissolutum habeatur.

LV. Capituli.

Of meiri tiund.

Þar er menn scolo göra tiund ena meiri af fe sino fyrir raþahags sakir, þa scal af þvi tiundarfe bera i lögretto C alna oc er þa sem V aurir gialdiz af hveriom fiorþungi tiundar i þvi. Maþr scal oc gialda lögtiund hvert ar af fe sino, jamnvel þa sem aþr, þott hann göri ena meiri tiund; en þat var er hefz giald hinar meiri tiundar, scal niþrfalla jammikit af hveriom fiorþungi þeirrar tiundar, sem maþr geldr i fiorþung lögtiundar. En af þvi tiundarfe er þa verþr eptir, scal byscop hafa fiorþung, sa er yfir fiorþungi er, en annan fiorþung tiundar scal gialda til þingvallar. Siþan scal sa er gialda a, raþa firir þeim tveim fiorþungum tiundar viþ raþ byscops, er þa ero eptir. En ef maþr görir eigi tiund ena meiri, þa varþar þat fiörbaugsgarþ, oc scal qveþia til IX bua a þingi, oc a sa söc er vill.

Titulus LV.

De decimis majoribus.

Si qvi bona sua, matrimonii ineundi gratia decimis majoribus decimaverint, earum decimarum ulnæ centum dicasterio inferantur, et ita habendum est acsi qvinqve harum unciæ qvævis, e qvovis decimarum qvadrante expensæ fuerint. Decimis majoribus qvamvis bona sua decimaverit aliqvis, decimas ordinarias et legales qvotannis nihilominus expendat; vere tamen qvo decimas majores expendere incipit, e qvavis earum parte qvarta tantum remittitur, qvantum decimarum legalium (et ordinariarum) pars qvarta efficit, e bonis vero decimarum (majorum) qvæ supersunt, episcopus qvadranti præfectus qvartam capiat partem, altera vero earum pars qvaterna comitiorum generalium foro cedat. De reliqva decimarum (majorum) parte dimidia, eos expendens, episcopi consilio adhibito definiat. Si qvis, (obligatus qvamvis) decimas majores (tamen) non expenderit, exilium luat. Novem accolæ in comitiis evocentur, et causam agat qvicunqve voluerit.

Of lögtiund ero en savmo viþr-lög hvegi lengi er tiund er haldit.

Þar er maþr sökir um lögrettofe, oc er rett at lysa söc þa at lögbergi til soknar et sama sumar; hann scal qveþia til V heimilisbua a þingi. En hinn scal beiþa biargqviþar V heimilisbua sina, at hann vissi eigi meþ þeim attar-mot, oc helpr hanom eigi sa lengr enn et fyrsta alþingi.

Ef maþr liggr meþ kono erlendis oc getr barn viþ, oc varþar seoggang her, oc scal eigi taca til socnar aþr III vetr ero fra liþnir.

Ef maþr hefir legit meþ mannz-kono, oc kömr þa eigi fyrr upp enn boandi hennar er andaþr oc eigo kono frændr sökina.

Ef frændsemi er firnari meþ karlmanni oc kono enn at þriþia manni, oc nanari enn at VIta manni, oc varþar þat fiörbaugsgarþ. Nu er þriþia bröþra eþr nanara, oc seal þa eigi settaz a fyrir alþingi. Þa er maþr sottr, er qviþr berr a

Decimarum ordinariarum detentionis reus ejusdem pœnæ minis coercetur.

Ad pecunias dicasterio debitas exigendas actionem paranti fas est causam ad rupem jurisdicundi eadem æstate agendam denuntiare. Qvinqve domicilii accolas in comitiis evocet. Effati vero veridicorum auxiliaris, domicilii sui accolas qvinqve postulet reus, ut probent eum ignorasse cognationem in gradibus qvam maxime remotis eum uxoremqve ejus intercedere. Hoc vero (effato, qvamvis id obtineret), non, nisi in primis comitiis generalibus, defenditur.

Si qvis fœminam (nostratem) peregre stupraverit, prolemqve ex ea procreaverit, proscriptionis hic tenetur, actio vero ne suscipiatur ante tres a commisso crimine hyemes peractas.

Si qvis uxorem adulteraverit, crimen vero marito primum demortuo manifestatur, cognatis uxoris causa agenda deferatur.

Ubi virum fœminamqve (consvetudinem invicem facientes) tertio gradu qvidem remotior sed sexto propinqvior cognatio intercedit, hoc exilio puniatur. At in qvinto (lineæ collateralis æqvalis) vel propinqviori gradu cognati sunt, tum (causa inde orienda) ante comitia generalia (privata auctoritate) ne transigatur. Tum (legali modo) actio cui illata censeatur, cum effato veridicorum criminis convincitur vel ferrum can-

hann, eþr berr hann jarn, eþr tekr hon i ketil.

Eigi scal maþr eiga þa kono er frændi hans hefir att manni firnari enn annarra bröþri eþr nanari. Ef sifia-spell er et minna, eþr frændsemis-spell, oc scal eigi sættaz a fyrir þing, þott a legorþ se sætz. Eigi scal maþr eiga þa kono, er hann helt barni hennar undir scirn, eþr undir byscops hönd, eþr hon helt hans barni. Fiörbaugsgarþ varþar, ef hann a þa kono, oc fyrniz eigi su söc meþan hann a kono. Sa a söc þa er vill.

Ef hiu ero scilin VI missari, oc eigi fyrir hans oröcþ, þa scal hann bioþa henni til fenginnar vistar sva at hon heyri, eþr at lögheimili hennar, sva at lögfastir menn heyri, enda er rett at bioþa at lögbergi eþr i þingbrecko, oc scal hann þat göra hvart var, ella er hann af rettafari um hana. Ecki stoþar heimboþ viþ hana, ef byscop lofar henni at raþa fyrir vistafari sino.

Ef sakar-aþili vill eigi sökia rettafars-sök, þa er yngri maþr a enn XVI vetra gamall, þa er hanom rett, ef hann er XVI vetra gamall eþr ellri at taka söc upp, oc scal hann sva tilbua, sem hann

dens gerit, vel fœmina lebeti (aqvæ ferventis) manum infert.

Neqvis uxorem habeat fœminam cognato ejus in qvarto et qvinto (lineæ collateralis inæqvalis) vel propinqviori gradu matrimonio antea junctam. Si cognationis vel affinitatis violatio minor stupro adfuerit, de illa ne fiat transactio ante comitia, causa stupri qvamvis transigatur. Neqvis uxorem habeat fœminam, cujus prolem sub aqvam lustraticam, vel manum episcopi susceperat vel qvæ ejus prolem susceperit. Si qvis hanc uxorem ceperit, exilium luat, nec matrimonio durante in eum agendi jus extingvitur. Causa agenda volenti defertur.

Ubi conjuges per sex semestria separatim vivunt, non tamen alieni animi causa, maritus ad domicilium, qvod ipse sibi elegerat, uxorem invitet vel ipsa exaudiente vel in legali ejus domicilio, ubi homines sui juris audiunt. Ad rupem jurisdicundi vel in clivo comitiali eam invitare etiam fas est. Hoc qvovis vere faciat, sin minus juris personalis violati multæ capiundæ ab eo recedunt. Ad cohabitationem eam invitare nihil prodest, si episcopi venia mansioni suæ domesticæ ipsa prospicit.

Si actor competens actionem de jure personali violato, juveni nondum sedecim annorum nato competentem instituere neglexerit, hic sedecim annorum vel adultior factus causam suscipiat et ita instruat, acsi

hafi þa nyspurt, þa er hann veit at hinn hefir glapit soen fyrir ser. Rett er at hann seli söc öþrom manni ef hann vill.

tum primum eam rescivisset, cum alterum actionem ei competentem derelictui habuisse comperitur. Ut alteri hanc causam, si voluerit, commandet fas est.

LVI. Capituli.

Of fiarvarþveizlo barna.

Ef laungetin börn eiga rettafar um móþor sina, þa seal sakar-aþili eiga fiarvarþveizlo til þess er börn ero XVI vetra. Nu ma eigi faþir þau börn framföra a fe sino eþr a handmegni, þa seal af sattum til taca, en aþili varþveita, ef eigi þarf, til þess er börn ero XVI vetra.

Titulus LVI.

De bonorum pupillarium curatela.

Si liberis naturalibus matris eorum juris personalis violati multæ deferuntur, actor causæ competens hæc bona curet, liberi donec sedecimum ætatis annum complent. Qvodsi pater hosce liberos nec bonis suis nec operis alere sustineret, multis aliqvid detrahatur. Actor vero competens ad liberorum sedecimum ætatis annum usqve custodiat (bona multatitia) qvæ ad (liberos sustentandos) non reqviruntur.

LVII. Capituli.

Of þat ef kona ler hross.

Ef kona ler manni hross, þa a boandi hennar eost at sökia inni minni soen, ef hin meiri er reiþin. Eigi varþar þa viþ lög in minni reiþ. En ef hon veit eþr sa er leþ er at böndi hennar mundi eigi lia vilia, þa a hon eigi raþ.

Ef fleiri menn ero saman i einni för þa er oscil verþa gör um ross-reiþir eþr rossa eptirrasir, oc varþar þeim einom

Titulus LVII.

De eo, si uxor eqvum commodaverit.

Ubi uxor cuidam eqvum commodat, marito ejus liceat minori actione de majore eqvitatu eum inseqvi. Minor eqvitatus tum impunis sit. Qvodsi uxor ipsa vel commodatarius sciverint maritum commodaturum non fuisse, illam nullo jure egisse putandum est.

Ubi plures simul socii sunt itineris, in qvo vel eqvitatio injusta vel (alienorum) eqvorum assectationes accidunt, illi tantum criminis in leges commissi tenentur, qvi

viþ lög er oscil styþia, en ecki hinom er scil vilia a göra.

LVIII. Capituli.

Of þat ef maþr mulbendr hross.

Ef maþr bindr tagl i munn rossi mannz eþr bindr kept viþ fot, eþr heptir i graslauso, eþr i hættleikom, eþr mulbendr, eþr stagar höfot sva at eigi bitr, oc varþar þat fiörbaugsgarþ oc abyrgiz sa rossit.

Ef maþr ferr verr at enn hann vili oc spilliz af hans handvömmum, oc varþar eigi viþ lög, en böta scal hann auvisla a XIV nottom, sem buar V virþa, ella scal eigi metaz vaþaverc.

Ef maþr skerr tagl or þrimr hrossom eþr fleirom þa varþar fiörbaugsgarþ.

LIX. Capituli.

Of fiarreiþor.

Sva er mælt, ef menn eigo fiarreiþor saman, oc qveþa þat a dag nær gialda scal, oc a staþ hvar gialda scal, oc verþr þat þa at eindaga. Þar er oc enn eindagi, ef sva er mælt at gialda scyli þa er

improbe se gerunt, non vero illi, qvi ex æqvo et justo agere volunt.

Titulus LVIII.

De eo, si qvis eqvum fiscella capistraverit.

Si qvis caudam eqvi ori ejus destinaverit, vel os pedi alligaverit, vel in locis graminis expertibus aut periculosis compede coercuerit, vel fiscella capistraverit, vel caput aliqvo modo ita strinxerit, ut eqvus gramen depascere neqveat, exilium luat et eqvi periculum sustineat.

Ubi qvis ultra voluntatem suam hoc male facit, et culpa ipsius (eqvus) deterior redditur, criminis qvidem in leges commissi non tenetur, sed damnum resarciat juxta qvinqve accolarum æstimationem, intra noctes qvatuordecim. Qvod si non fecerit, damnum involuntaria actione illatum fuisse non censendum est.

Si qvis caudam tribus eqvis vel pluribus præsecuerit, exilium luat.

Titulus LIX.

De pecuniarum solutionibus.

Definiunt leges, qvod si qvi commercia pecuniaria invicem habentes, et diem qvo solvatur et locum ubi solvatur definierint, hoc pro termino solutionis peremtorio habendum esse. Terminum solvendi etiam adesse censendum, si stipulatum fuerit ut comitiis debitorum exigendorum actis sol-

menn hafa verit a seulda-þingi eþr um notto verit, ef a staþ er qveþit.

Nu kömr maþr sva þangat sem hann a eindagat fe at manni, oc er feit eigi uppi-latit sva sem mælt var, þa scal hann nefna vatta at þvi, at hann er buinn at taca viþ fe þvi, oc kominn til eindaga þess, er þeir atto mæltan meþ ser, oe qveþa a hve mikit fe þat er. Þa scal enn nefna vatta i annat sinn at þvi, at hann ser hinn eigi þar eominn oe nefna hann, ne þann mann annan er þvi gialdi haldi upp fyrir hann. Þa seal hann enn nefna et IIIia sinn vatta at þvi vetti, scal hann segia: At ec qveþ N. N. fiar þess, oe kref ec, oc bind ec alögom IIIia marka utlegþ, sex aura handsals slit, sex aura harþa fang. Siþan ma hann qveþa sva at stefno um innstöþo oe halfa Vto mörk alaga til gialda oe til utgöngo þeirra aura, scal hann segia, er hann a, oc þat seal gialda sem mælt var meþ þeim. En þa ef hann atti eigi þat fe þa til er þeir mælto at hann scyldi gialda, enda ætti hann eigi þess a meþal oc þa er hann seal gialda, þa er rett at hann gialdi i vöro eþr bufe eþr silfri. Nu nam hann fra alt annat fe þa er þeir keypto saman, þa ma engo öþro fyrir coma. Þat er oc mælt ef menn nefna vatta at kaupom sinom eþr at öþrum maldögum, oe takaz eigi i hendr, þa seal haldaz maldagi sa er

vatur, vel, cum locus etiam definitur, nocte ibidem peracta.

At die constituta ad debitum in justo loco debitori suo exigendum qvis apparet, sed pactis convenienter hoc non expenditur, tum (creditor) testes contestetur, se, ut debitum recipiat paratum, die et loco pro termino solvendi peremtorio constitutis adesse, definiat simul, qvantæ pecuniæ illæ (solvendæ) sint. Testes secunda vice contestetur, qvod nec debitorem, qvem nomine nominet, nec alium qvemqvam pro illo solutorem præsentem videat. Tertia adhæc vice testes denominentur, in id contestandum dicat (creditor) qvod ab N. N. pecunias illas posco postuloqve, per trium marcarum multam eum insuper obstringo, sed dextræ fidei violationem sex, et difficultatem in exigendo totidem unciis expiat. Ipsam sortem et qvatuor hasce dimidiamqve marcam simul postulans porro sic verba faciat, ut bona qvæ debet solvat expendatqve posco; genus bonorum stipulatum solvatur. Qvodsi nec factæ stipulationis tempore, nec tempore intermedio usqve ad terminum solvendi (peremtorium) hoc bonorum genus ei fuerit, statam pecuniam solvat merce manufacta, pecudibus vel argento. At (creditor) pactum iniens omnia bonorum genera, (præter unicum stipulatum) exemit, tum unum alio substituere haud fas est. Legibus porro cautum est, ut contractus vel alia qvæcunqve pacta, testibus adhibi-

menn kaupaz viþ, en eigi fylgir þar handsals-slit.

Nu handsalaz menn oc göra eigi eindaga a, þa er rett at stefna hanom heim a viko fresti oc biþia hann gialda, oc verþr þat þa at eindaga. Kostr er oc at leggia IIIia natta stef a, oc fylgir þa utlegþ oc handsals-slit. Þess er oc kostr at stefna hanom oc lata varþa utlegþ, oc fylgir handsals-slit. Nu er eigi handsalat, þa scal stefna hanom heim a IIIia natta fresti, oc lata fylgia utlegþ, ef hann geldr eigi. A þingi scal bua qveþia jafnan, ef maþr man eigi vatta].

tis, qvamvis non dextræ oblatione, firmati, prout stipulabantur valeant, dextræ vero violatæ multa pactorum læsionis casu ne exigatur.

At dextra oblata contrahitur, sed terminum solvendi peremtorium contrahentes non definiunt, tum debitorem domum intra hebdomadem citare, et debiti postulare fas est, qvod tempus pro justo solvendi termino habeatur. Trium noctium dilationem ei concedere liceat, tum vero debitor (si in mora fuerit) et multam expendat et dextræ fidem violatam expiat. Eum etiam in jus vocare fas est ad multam præstandam, et dextræ fidei violationem expiandam. At manu juncta non contrahitur, tum debitorem intra tres noctes domum revocare fas est, definito, ut casu non-solutionis multam luat. Ubi qvis testes (contractui adhibitos) memoria non tenet, accolæ in comitiis semper evocentur.

Kaupa-balkr.

Sectio VIIa.

De commerciis.

XVII Capituli: of annars mannz fe i sino landi.	*XVII: de alienis pecoribus in pascuis alicujus constitutis.*
XVIII Capituli: of geldfiar virþing.	*XVIII: de pecudum sterilium taxatione.*
XIX Capituli: of þat, ef maþr varþveitir annars mannz fe.	*XIX: si qvis pecora aliena custodierit.*
XX Capituli: of erfþa mörk.	*XX: de notis disjunctivis hæreditate delatis.*
XXI Capituli: of lögkennendr.	*XXI: de cognitoribus legitimis.*
XXII Capituli: of þat, at lia marks.	*XXII: de notis disjunctivis commodandis.*
XXIII Capituli: of alstyfinga.	*XXIII: de auribus in totum abscissis.*
XXIV Capituli: of þat, ef maþr leiþir berrfe sitt til graþfiar annars.	*XXIV: de eo, si qvis pecora sua fœminina alterius masculis admoverit.*
XXV Capituli: of leigor a bufe.	*XXV: de pecudum lactantium elocatione.*
XXVI Capituli: of bufiar-hald.	*XXVI: de pecudum lactantium (sed elocatorum) injusta detentione.*
XXVII Capituli: of leigo a fe.	*XXVII: de pecudum elocatione.*
XXVIII Capituli: of aftök leigofiar.	*XXVIII: de pecudum elocatorum deminutione.*
XXIX Capituli: of nyt af annars mannz bufe.	*XXIX: de alienis pecudibus lactatis.*
XXX Capituli: of fulgo-fenaþ.	*XXX: de pecudibus pabulandis.*
XXXI Capituli: of rossa-fulgor.	*XXXI: de eqvis, qvi pabulandi deponuntur.*
XXXII Capituli: of rossa-reiþir.	*XXXII: de eqvitationibus (illicitis).*
XXXIII Capituli: of lan-ross.	*XXXIII: de eqvis commodatis.*
XXXIV Capituli: of þat ef ross kömr i haga mannz.	*XXXIV: de eo, si eqvi pascua aliena depascuntur.*
XXXV Capituli: of felags-ross.	*XXXV: de eqvis communibus.*
XXXVI Capituli: of ross-reiþir oc rossarasir.	*XXXVI: de eqvitationibus et eqvis palantibus.*
XXXVII Capituli: of taglscurþ.	*XXXVII: de eqvinarum caudarum sectione.*
XXXVIII Capituli: of þat, hve sökia scal um ross-reiþir.	*XXXVIII: de modo qvo actio de illicitis eqvitationibus instituatur.*

XXXIX Capituli: of reppa-lög.	*XXXIX: de pagis instituendis.*
XL Capituli: of fiorþungs-omaga oc göngo-manna elþi.	*XL: de alendis qvadranti adscriptis, et mendicorum sustentationibus.*
XLI Capituli: of þat, at sökia at reppa-domi.	*XLI: de modo agendi in comitiis paganis.*
XLII Capituli: of scipamenn.	*XLII: de navigantibus.*
XLIII Capituli: of giöld eptir reppa-dom.	*XLIII: de multis juxta pagani judicii sententiam solvendis.*
XLIV Capituli: of heraþsdom.	*XLIV: de judiciis tributis.*
XLV Capituli: of löghreppa manna.	*XLV: de legali cujusvis pago.*
XLVI Capituli: of afbrigþ reppa-mals.	*XLVI: de paganarum constitutionum neglectu.*
XLVII Capituli: of samqvamo-mal.	*XLVII: de (pagani) conventus constitutionibus.*
XLVIII Capituli: of scaþa-bötr.	*XLVIII: de damno (casuali) resarciendo.*
XLIX Capituli: of hus-bruna.	*XLIX: de domuum incendiis.*
L Capituli: of rettafars-sakir viþ utlenda menn.	*L: de juris personalis violati actionibus in peregrinos.*
LI Capituli: of alnar rangar oc sökia at heraþsdomi.	*LI: de ulnis injustis et in comitiis tributis actionibus.*
LII Capituli: of þat, ef austmenn gōra aflaga i kaupstefnom.	*LII: de eo, si orientales (ɔ: Norvegi) in emtionibus venditionibus nostrates defraudaverint.*
LIII Capituli: of heimilis-faung manna.	*LIII: de domiciliis capiundis.*
LIV Capituli: of verka-kaup.	*LIV: de manupretio.*
LV Capituli: of smiþa oc farmenn.	*LV: de fabris et navigatoribus.*
LVI Capituli: of þat, ef maþr kömr a land or för.	*LVI: de eo, si qvis peregre in patriam redierit.*
LVII Capituli: of þat, ef maþr fiskir.	*LVII: de eo, si qvis piscatus fuerit.*
LVIII Capituli: of presta-heimili.	*LVIII: de domiciliis sacerdotum.*
LIX Capituli: of stefno-staþi.	*LIX: de locis citationis manifestandæ.*
LX Capituli: of þat, ef bondi andaz.	*LX: de eo, si colonus supremum obierit diem.*

Kaupa-balkr.

I. Capituli.

Of savlo leigofiar.

Maþr scal eigi selia fe sitt dyrra a leigo enn X aurar se leigþir eyri til jafn-lengþar, hvatki fe sem er. Ef hann selr dyrra, oc a hann ecki til meira heimting enn slicra aura sem hann seldi oc lögleigo meþ. En hanom varþar IIlia marka [1]) utlegþ hvart sem er at hann selr dyrra fe sitt at leigia, eþr metr hann dyrra enn at lögum. Sa a sök þa er hann selr feit dyrra eþr metr viþ ef sa vill. [2])[En ef sa vill eigi sökia, þa a sa er sökia vill].

Titulus I.

De bonorum elocatione.

Neqvis bona sua, cujuscunqve generis fuerint, majori locario elocet qvam ut unciæ decem anno vertente unicam reddant. Majori locario qvamvis elocaverit, non nisi ipsa bona elocata cum locario lege definito, exigendi jus habeat. Trium vero marcarum multa tenetur, sive bona sua majori locario elocaverit, sive pluris æstimaverit, qvam leges definiunt. Causam agendi jus ei defertur, cui bona vel majori locario elocaverat, vel in qvem ea pluris faciebat. Hic si agere recusaverit causa agenda defertur cuiqve volenti.

---

[1]) *B cum suis legit:* secþ, *sensu eodem.*

[2]) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

II. Capituli.

Of þat hverso fe scal eindaga.

Sva scal maþr fe eindaga, at qveþa a dag þann er feit scal gialdaz, oc a staþ þann, er feit scal gialdaz; vel er, ef fyrr geldz; þo verþr eindagi a at sva se atqveþit at gialda scyli a sculda-þingi, er menn hafa um nott verit, ef a staþ er qveþit. Nu kömr hann til eindagans, þa scal hann nefna vatta at hann er kominn til eindaga þess, er mæltr var meþ þeim, oc er buinn at taca viþ fe þvi er þar er giald mælt a, oc engi maþr geldr hanom fe þat. Nu scal hann nefna vatta i annat sinn, at hann stefnir hanom um sva marga aura oc sva stora sem mæltir varo, her at gialda meþ okr, stefna til gialda oc til utgöngo oc um halfa fimta möre alaga, oc qveþa a þingit hvart hann stefnir, oc stefna lögstefno.

Titulus II.

De modo, qvo terminus solvendi peremtorius constituatur.

Pecuniam debitam solvendi terminus peremtorius præfiniatur constituendo et diem et locum, qvo solvatur. Res bene se habet, si prius expenditur. Terminum solvendi peremtorium præfinitum esse censendum est, qvamvis stipulatum fuerit, ut in comitiis debitorum exigendorum solvatur pecunia, (vel), cum locus etiam definitur, nocte ibidem peracta. At stato tempore in loco præfinito apparet (creditor), tum testes antestetur se in die et loco per pactum constitutis apparere, et bona, e contractu ibi expendenda, recipere paratum esse, qvæ, qvi solvat, non adest. Secunda vice testes contestetur: se alterum in jus vocare de bonis tot ac tantis, qvot ac qvanta (inqviat), hic solvenda esse inter nos convenerat. Ad debitum solvendum et expendendum citet, cui qvatuor et dimidia marca (multæ nomine) adjiciatur. Comitia, in qvæ citat, definiat, et legales citandi formulas adhibeat.

III. Capituli.

Of lögaura.

[1]) Ef mæltir ero lögaurar, kyr oc ær;

Titulus III.

De bonis ex lege ad solvendum idoneis.

Si merces legales solvendas esse constitui-

[1]) *B cum suis melius legit:* Ef mæltir ero lögaurar meþ mönnom, oc ero lögaurar kyr oc ær: *Si merces legales (solvendas esse) inter cives stipulatur, vaccæ et oves fæminæ eo referendæ sunt.*

þat er oc lögeyrir VI alnir vaþmals [1]). Brent silfr er enn, oc er eyririnn at mörc lögaura. Enda lögsilfr þat, [2])er meiri lutr se silfurs enn messingar oc þoli scor, oc se jamt utan sem innan. Melrackaskinn VI þat er enn lögeyrir.

tur, vaccæ et oves fœminæ (ad eas referendæ sunt). Sex panni vulgaris ulnæ mercium legalium unam unciam efficiunt. Argentum adhæc defæcatum, cujus uncia unica mercium legalium marcam exæqvat. Argentum porro legitimum qvod majorem partem tenet argenti qvam orichalci; incisura facta colorem non mutat; idem externe qvam interne. Pelles vulpinæ sex mercium legalium unciam unam adhæc faciunt.

Ef maþr mælir sva, at þu scalt gialda mer vaþmal, oc scil ec fra annat fe alt, þa kömrat hann öþro viþ. Ef maþr mælir sva, at þu scalt gialda mer vaþmal oc scilraþ hann fra aþra aura, þa nitir hann eigi lögaurom, ef þat berr qviþr, at [3])hann hefir eigi vaþmal til at gialda, oc hann matti eigi a þvi meli fa.

Si unus contrahentium dixerit: tu mihi pannum vulgarem expendas, qvascunqve alias merces habere nolo, tum has alter substituere neqvit. Si qvis ita dixerit: tu mihi pannum vulgarem expendas, cæteras merces non excludens, tum merces legales non abnuit, si probaverint veridici alterum pannum vulgarem, qvem solvat, nec in præsto habere, nec eo temporis momento comparare posse.

Ef þeir coma til baþir, er [4])mal eigaz viþ, oc verþa þeir eigi asattir, þa scal hvartveggi nefna til lögsianda af sinni hendi at sia fe þat er þar scal gialdaz, oc scolo þeir sia þat fe hvart þat se gildt eþr eigi, hverigir aurar sem ero. Ef þeir verþa eigi asattir, þa scal sa þeirra hafa

Si uterqve contrahentium adfuerit, nec inter eos (de mercium qvalitate) convenerit, qvivis eorum e sua parte inspectorem oculatum denominet, qvi merces ibi expendendas inspiciat. Hi duo definiant, an merces illæ, cujuscunqve generis alias fuerint, probæ sint, nec ne. Si inter eos non con-

[1]) *B cum suis addit:* eþr vararfeldir sua at þeir þicki jafnir sem VI alnir vaþmals, *vel pelles promerciales qvi sex panni vulgaris ulnis æqvivalere æstimantur.*

[2]) *B cum suis legit:* er meiri litr se silfrs a enn messingar, *qvod magis colorem argenti qvam orichalci præ se ferat.*

[3]) *B cum suis legit:* hinn, *alterum pro;* hann, *illum.*

[4]) *B cum suis legit:* mala, *sensu eodem.*

sitt mal er eiþ vill at vinna. Ef þeir vilia [1])eiþa vinna baþir, þa scolo þeir luta. Ef lögsiaendr ero osattir a um þat, hvart þat se lögsilfr eþr eigi, þa scal hvarr hinna stefna lögsianda annars um þat at hann hafi þat kallaþ lögsilfr er eigi er, oc lata varþa IIIia marka utlegþ, en [2])siþan er sakir coma i dom, oe verþr sa fe-sekr er domendom þickir rangara [3]) mæla; scal bera framm silfr oc lata þat sia. Þeir scolo lögsiaendr vera, er rettir se at tengþum i qviþum um hvarntveggia þeirra. Nu ero lögsiaendr osattir um metorþ, oc vill annarr luta en annarr eigi, þa scal eiþ vinna sa er lutfallit byþr, ef hann vill, oc meta, oc scal hans metorþ þa standa, oc verþr sem hinn meli ecki um er eigi vill luta.

venerit, ejus prævaleat sententia, qvi jurejurando eam firmare sustinet. Qvod si uterqve obtulerit, ad sortem res est revocanda. Si inspectores oculati de eo, an argentum legitimum sit, altercaverint, uterqve contrahentium alterius inspectorem oculatum de eo in jus vocet, qvod pro argento legitimo habuisset, qvod non tale fuit, trium marcarum multam ei intendens. Causis vero in judicio prolatis, pœnam pecuniariam luat ille, cujus votum judicum sententia reprobatur. Argentum allatum oculatæ judicum inspectioni subjiciatur. Inspectores oculati tantum sint, qvi et propinqvitatis et affinitatis respectu veridicorum effatum de utroqve contrahentium proferre habiles sunt. At inspectores oculati de mercium taxatione dissident unusqve eorum altero renuente sorti rem submittere offert, tum sortilegium offerens, si voluerit, jusjurandum præstet et (merces) æstimet, ejusqve æstimatio valeat; sed sortiri recusans, acsi nihil definierit, censendum est.

IV. Capituli.

Of þat, ef maþr sendir annan mann til eindaga.

Ef maþr sendir annan mann til eindaga at gialda fe fyrir sec, oc erat hinn scyldr viþ at taca, nema hann viti at sa maþr se

Titulus IV.

De eo, si qvis alium ad statam pecuniam solvendam miserit.

Si qvis alterum ad statam pecuniam sui loco solvendam miserit, alter recipere non tenetur, nisi sciverit solventem certo domi-

[1]) *B cum suis legit:* eiþinn *(singulariter).*
[2]) *B cum suis legit:* alengr, *sensu eodem.*
[3]) *B cum suis legit:* mælt hafa *(in perfecto) sensu eodem.*

heimilisfastr, oc hann eigi sva fe, at þat se jammikit sem hitt er hann geldr, ef hann viþr eigi heimilt. Ef sa kömr til er gialda scal oc lætr fe uppi, en hinn sendi mann til viþtökonnar. Nu nefnir gialdandinn vatta, at hann lætr þat standa fyrir gialdi, at engi er viþtöko-maþr þar rettr. Þa scal viþtöko-maþr vatta sina lata vinna eiþa, oc bera vetti þat, at hann scyldi viþ fe þvi taka, oc þeim malom mela, [1])sem aþilianom byriaþi. Nu hefir hann eigi vattorþit til, þa ef qviþr berr, at hinn myndi eigi gialda, þoat vattorþit veri til boriþ, oc er þa jöfn heimting til fiarins, sem hinn hefþi til viþtökonnar komit fyrir öndverþo sialfr, er feit atti at taka.

cilio adscriptum esse, tantasqve ei esse facultates, ut solvenda exæqvant, si (forsan) nullo jure egerit. Si ille, qvi pecunias solverit eas obferens apparuerit, sed alter ad recipiendum sui loco qvendam miserit, testes denominet expendens, se id solutioni suæ obstare velle, qvod non adsit, qvi solvenda jure reciperet. Recipiens deinde testes suos juramenta præstare faciat et testimoniis probare, qvod pecunias solvendas jure reciperet, et verba faceret a creditore ipso proferenda. Qvodsi testes in præsto non habuerit recipiens, sed veridici contenderint, alterum pecunias, testimonio qvamvis admoto, non soluturum fuisse, tum eodem jure exigendæ sunt pecuniæ acsi ab initio ad recipiendum adfuisset, qvi pecunias jure caperet.

V. Capituli.

Of þat, ef eindagi verþr a löghelgom dögom.

Ef eindagi verþr a löghelgum tiþum eþr um langaföstu, þa scal viþtöko-maþr nefna vatta at þvi, at hann er buinn viþ fe at taca i þeim staþ, sem giald var mælt oc hann ser eigi þann mann þar, er þvi gialdi haldi upp sem mælt var. Nefna scal hann vatta i annat sinn at þvi, at hann lætr þat standa firir stefno þa, at

Titulus V.

De eo, si terminus solvendi peremtorius in tempora legaliter festa inciderit.

Si terminus solvendi peremtorius in tempora legaliter festa vel in jejunium septuagesimale inciderit, accepturus testes antestetur, se in loco, ubi pecuniæ ex pactis solverentur eas accipere paratum hærere, eum vero ibi haud videre, qvi ex pactis solutionem sustineat. Vice secunda testes contestetur, id se a citatione manifestanda re-

---

[1]) *B cum suis legit:* sem hinom byriaþi aþilianom, *sensu eodem.*

[1])lögheilagr dagr er þa eþr langa-fasta, þa a hann at stefna inn næsta rumhelgan dag i enom sama staþ sem giald var mælt.

Þar er maþr kömr til eindaga, oc hann nefnir vatta at þvi, at hann er buinn viþ fe þvi at taca, er þar var giald mælt, oc þar er eigi sa maþr, er giald reiþi af hendi, eþr sva lati fe þat uppi sem mælt var, þa er rett at hann stefni þar inn næsta dag rumhelgan, eþr þar er hann hittir hann at mali sialfan, eþr at heimili hans at þriþia costi, þo at þat se siþarr, oc fylgia þo alögin öll slic sem eindagaþo fe öþro, þvi er at eindaga er umstefnt.

Þess a hann oc cost at segia lögleigor a feit at eindaganom meþan stendr undir hanom, enda segia slict at lögbergi, et næsta sumar eptir, [2])þa lyþir þat meþan hann man vattana.

Ef eycþhelgan dag er eindaginn, oc a maþr cost at stefna fyrir eycþ, ef hann vill; en viþ scal hann taka, þot viþ aptan gialdiz, ef allr dagr var til stefno.

tinere, qvod dies legaliter festus vel jejunium septuagesimale instet, proximo vero die profesto, eodem loco, qvo solutio fuit constituta, citationem alteri declaret.

Ubi qvis in termino solvendi peremtorio apparens testes contestatur, se ad pecunias, qvæ ibi ex pactis solverentur, accipiendas paratum adesse, sed ibi ne ullum sibi apparere, qvi præstandas pecunias præstet, vel ex pactis obferat, ut proximo die profesto citationem (alteri) impingat fas est, vel loco eodem, vel ubi ipsum convenit vel tertio in ipsius domicilio qvamvis serius. Eædem multæ adjectitiæ hic applicandæ sunt, qvæ pecunias certo loco et tempore solvendas (casu moræ) seqvi solent, cum in ipso termino solvendi peremtorio de iis citatur.

Ei etiam fas est locarium lege definitum bonis residuis, qvamdiu alter ea retinet, a termino inde solutionis peremtorio indicere, qvod etiam ad rupem jurisdicundi æstate proxima declaret. Hoc valeat, qvamdiu testes (adhibitos) memoria tenet.

Si terminus solvendi peremtorius in diem a qvarta hora pomeridiana dimidiata festum inciderit, ante hanc horam dicam indicere unicuiqve, si voluerit, fas est, sed vesperascente die oblatam pecuniam recipiat, si totus dies ad citationem manifestandam habilis fuerit.

[1]) *B cum suis legit:* lögheilög tiþ, *tempus legaliter festum.*

[2]) *B cum suis legit:* þa hlyþir honom þat, *hoc ei expedit.*

Ef þeir koma baþir til eindaga, oc a sa cost, er gialda scal, at bioþa hinom til heimilis þess, er hann atti um vetrinn; scal hann handsala at eindaganom at gialda a XIV natta fresti kyr eþr ær a hönd ser. Sva þat ef hann vill gialda i landi tvo aura fyrir einn, þvi landi er bölt er a, halfan bolstaþ eþr meira. Sva oc ef hann vill i mani gialda tvo aura fyrir einn, oc a hann lausn a manino en næsto misseri [1]), ef hann hefir upp alit.

Eigi scal maþr heim bioþa i annan fiorþung til gialdz. Erat manni scylt at taka bufe fyrr enn VI vikor ero af sumri, enda er eigi scylt viþ at taca siþarr enn VIII vicor ero af sumri. Sa er feit reiþir, scal hafa qvatt V heimilis-bua [2])[sina] viko fyrr eþr meira meli, at þeir komi til at miþium degi at meta fe þat meþ þeim viþ bok. Þeir scolo þeim mun odyrra virþa fe þat enn a sculda moti geck, sem þeim þickir verra þa viþ at taca. Ef hinn kömr eigi til, er viþ feno scal taka, ne görir annan mann, þa a gialdandinn kosti III: þann einn, at reka fe til handa hanom, er atti viþ at taka, en af scal hann segia sina abyrgþ lengr er metiþ er, ef hann lætr meþ-fara sem hans abyrgþ se a.

Si in termino solvendi peremtorio uterqve apparuerit, ei qvi pecunias expenderet fas est alterum ad domicilium, qvod hyeme durante habnerat, invitare. Dextra oblata in die constituta, se, intra dies qvatuordecim vaccis ovibusve fœminis solvere velle recipiat, vel, si id magis arriserit, fundis habitatis, qvi dimidium villæ magisve efficiunt, (qvo casu) duas uncias pro unica solvendarum expendat; vel si in servis duas uncias unica solvere voluerit, sed proximis semestribus servum, si eum eduxit, retrahendi jure gaudeat.

In alium qvadrantem ad solutionem neqvis alterum invitet. Ante sextam æstatis hebdomadem pecora lactantia recipere neqvis tenetur, nec octava æstatis hebdomade peracta ea recipiendi obligatio cui incumbit. Pecora præstans, vicinos suos qvinqve, unica ante solutionem hebdomade, vel majori intervallo, evocet, ut in medio diei ad pecora hæc inter eos taxanda conveniant. Tanto minoris illi pecora faciant, qvam in tempore debiti conventus faciebatur, in qvantum ea recepta minus commodi nunc afferre opinantur. Si ille qvi pecudes acciperet, nec ipse apparet nec mandatarium mittit, tres solventi conditiones offeruntur; harum una est, pecudes ad eum agere, qvi reciperet, solvens vero post

---

[1]) *B cum suis legit,* er hann hefir uppalit, *qvem educavit.*

[2]) *B cum suis omittit:* sina.

Sa er annarr kostr, at lata ganga i landi sino. Sa er hinn III kostr at reka i afrett þann er hann a. Ef hinn kömr til oc tekr viþ kykfe, oc scal hann bregþa af marki a sauþum þann dag er hann hefir a brott; en af nauta-marki scal hann brugþit hafa[1] a XIV natta fresti. Ef viþtökomaþr kömr eigi til þa er eindagginn er, oc ero XIV nætr fra gengnar, þa eignaz sa bufeit er gialda atti, þat er hann galt, ef eigi er hinn næsta dag eptir brugþit af markino, en hinn a enga heimting til fiarins er goldit var.

factam taxationem, periculum eorum se præstare deneget, si ita tractaverit, acsi ipse eorum periculum sustineat. Secunda conditio est, pecora in suis pascuis errare facere. Tertia conditio pecora in pascua montana, qvæ ad ipsum pertinent, abigere. Si apparuerit et pecora receperit (alter) notam in ovibus disjunctivam immutet die qvo abducit, sed intra qvatuordecem noctes peractas in bobus notam variet. Ubi in termino solvendi peremtorio recipiens non apparet et qvatuordecem inde labuntur noctes, qvi solveret, pecora expensa retineat, si die proxime subseqvente nota disjunctiva non immutatur, sed illi, cui solvebantur, pecora ista sibi vindicare haud liceat.

VI. Capituli.

Of giöld oc eindaga.

Ef sa maþr kömr til eindaga er gialda a fe, en eigi hinn er viþ scal taka, þa scal hann bioþa fe meþ vatta, oc nefna til lögmetanda af sinni hendi. Nu geldr hann þar silfr, þa scal hann heim hafa þat, en hinn a eigi til meira heimting enn til innstöþa, ef breklaust er uppi latiþ. Kost a gialdandinn af at segia abyrgþ sina, oc lata þar liggia fe alt eptir fyrir utan silfr, enda a hann cost at hafa

Titulus VI.

De solutionibus et terminis solvendi peremtoriis.

Si in termino solvendi peremtorio, qvi solveret, non vero recipiens, apparuerit, ille testibus admotis bona solvenda offerat, et pro sua parte justos æstimatores denominet. At argentum expendit, tum hoc domum ferat alter vero solam sortem poscendi jus habet, si (a solvente) ultro offertur. Solventi liceat bonorum periculum præstandi onus sibi abdicare, et omnia præter argentum in solutionis loco derelinqvere; sed ut domum ea referat, et nullo locario

[1]) *B cum suis legit:* a XIV nottom einom næstom, *in decemqvatuor proximis noctibus.*

alt feit heim, oc hafa leigolaust [1]) þau misseri. En ef hann galt sauþi, oc kömr hinn eigi til at bregþa af markino, þa eignaz gialdandinn sauþina hinn næsta dag eptir. Nu stefnir hinn um feit er a [2]), oc scal sökiandinn qveþia heimilisbua hans V, hvart hann bauþ af þvi feit at hann vildi gialda eþr eigi. Nu er fe handsalat oc eigi eindagat, þa scal sa er feit a at öþrom, stefna hanom heim at hann se heima a VII natta fresti er hann kömr til at heimta feit, þat er hann a at hinom, oc qveþa a hve mikit feit er.

Þeir scolo hafa lögsiaendr til meþ ser, ef metfe er; en ef eigi er metfe, þa scal gialdandinn hafa qvatt til [3]) III nottum fyrr [4]) at meta fe þat. Ef sa vill eigi gialda, oc scal hann sva stefna um innstöþa, sem um eindagat fe, [5]) fyrir utan harþafang, þat eitt fellr niþr.

Nu selr maþr fe at leiga vattlaust, þa ef hann vill eigi gialda, þa kemz hinn

per annum vertentem habeat etiam fas est. Si oves solverit, nec alter ad notam disjunctivam immutandam advenerit, oves die subseqventi cedunt solventi. Qvodsi ille, ad qvem bona solvenda pertinent, de iis (alterum) in jus vocaverit, hujus domicilii accolas qvinqve evocet agens, qvi definiant, an ideo bona obtulisset, qvod solvere voluerit nec ne. At bona debita manu qvidem stipulata sunt, sed in diem non constituta, tum creditor debitorem domum citet, ut, cum ad pecuniam debitam exigendam venit, intra septem noctes domi adsit; qvanta pecunia sit simul definiat.

Si res extra taxam vulgarem positæ fuerint, inspectores oculatos secum adhibeat (contrahentes), sin minus, solvens tribus ante (solutionem) noctibus, vicinos ad æstimandum evocet. Si debitor (stipulatas pecunias) solvere noluerit, alter eum de ipsa sorte eodem modo in jus vocet, acsi pecuniæ die et loco constitutis solvendæ fuissent, nisi qvoad multam ob difficultatem in exigendo, illa tantummodo remittitur.

Ubi qvis, sed testibus non adhibitis, bona alteri elocat ille locaria, hoc ea solvere recusante, non nisi legalia sint con-

---

[1]) *B cum suis interponit:* feit: *sensu eodem.*

[2]) *B cum suis bene addit:* þa scal hann neyta vattorþz þess er hann bauþ feit at gialda, *tum hic testium effata adhibeat, qvi nuncupati fuerunt, qvando debitam pecuniam solvere obtulit.*

[3]) *B cum suis interponit:* bua, *accolas.*

[4]) *B cum suis addit:* eþr meira meli, *vel ultro.*

[5]) *B cum suis addit:* oc sva um alög sem eindagat fe, *et de multis adjectitiis qvasi de pecuniis termino peremtorio solvendis.*

eigi til leignanna, nema sagþar se [1]) leigor a; kost a sa er [2]) [heimtir, ef] handsalat er at, at stefna hinom heim er gialda scal, biþia hann heima vera a IIIa natta fresti, oc mon ec þa coma at taca viþ fe [3]) [mino] eþr stefna um. [4]) [Nu vill hann eigi gialda, þa scal hann stefna um] sva mikit fe sem er, oc lata varþa IIIia marka utlegþ, oc VI aura harþa-fang, stefna til gialda oc til utgöngo.

stituta exigendi jure gaudeat. Ubi manu data stipulatum fuit, jus habeat exigens, eum qvi solveret domum citare, et ut domi intra tres noctes adsit rogare; tum enim (inqviat) vel bona mea accepturus, vel de iis in jus vocaturus adveniam. Qvodsi conductor solvere noluerit, dicam ei dicat (elocans) de bonis qvotqvot fuerint. Trium marcarum, et (insuper), ad difficultatem in exigendo compensandam, sex unciarum multam ei intendat. Ad debita solvenda et expendenda citet.

Ef maþr a fe at manni oc er fe handsalat, þa geldr hann af sumt, oc er rett at hinn kiosi er feit a, hvart hann vill stefna um alt feit, [5]) oc leita gagna til hvat af er goldit, enda er hitt rett at stefna um þat fe er ogoldit er. Þat varþar IIIia marka utlegþ, ef maþr stefnir um fe þar er alt er goldit, [6]) oc er viþ þann heimting er feit a.

Si cui ex manufacta stipulatione bona debentur, qvæ ex parte tantum debitor solvit, creditoris optioni relictum est, sive de toto debito in jus alterum vocare, et qvantum solutum sit auctoritatibus comprobare, sive, qvod etiam fas est, de bonis tantum non solutis alteri diem dicere voluerit. Bonis in totum solutis diem dicendo trium marcarum multa contrahitur, qvæ creditori exigere fas est.

Þar er maþr a fe at manni oc qveþa þeir a dag oc staþ nær gialda scal, eþr hvar gialda scal fe þat, þott þeir handsaliz eigi, eþr þott þeir takiz i hendr, oc se þeir sattir at þar scyldi lögeindagi

Si bona cuidam debentur, et diem qvando et locum ubi bona solvantur definierint, dextræ fidei stipulatione tamen non adjecta, qvamvis manus invicem jungant, modo, ut in die et loco definitis solvendi terminus peremtorius sit, inter eos convene-

[1]) *B cum suis bene legit:* lögleigor, *locaria, legitima.*

[2]) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

[3]) *B cum suis omittit:* mino.

[4]) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit et seqventia cum antecedentibus conjungit.*

[5]) *B cum suis bene legit:* oc lata hinn leita gagna til &c., *et (in qvantum solutum sit) eum auctoritatibus probare facere.*

[6]) *B cum suis legit:* oc er viþ hinn heimting er fe er at, *qvæ bona tenenti exigere fas est.*

[1][vera], þa scal hann sva sökia, sem þar se eindagat feit, nema þat at niþrfellr handsals-slit. Hann scal qveþia heimilis-bua V til a þingi þess er sottr er.

Ef maþr selr manni i hönd at taka viþ fe sino þar er hann a eindagat at manni, enda tekr sa viþ, oc vill hann eigi gialda hinom feit er a, ne lata hann na feno, þa a hann cost at sökia hvart sem hann vill hinn, er feit var undir, eþr þann er handsölom toc fyrir feit, enda verse sa malino er feit var undir, ef sa getr þann qviþ at hann galt þeim manni feit er hinn hafþi tilsendan.

Sa er feit atti scal stefna þeim um feit, er hann bauþ um taca gialdit oc lata varþa IIIia marka utlegþ, scal hann qveþia til heimilis bua V a þingi þess er sottr er.

Ef maþr heimtir fe annars mannz, er hanom er eigi umboþit oc a hann eigi at heimta, þat varþar hanom fiörbaugsgarþ viþ þann, er hann heimtir fe at, oc scal qveþia til heimilis-bua IX a þingi þess er sottr er. Nu ef hann geldr feit, þa scal hann stefna til gialda oc til utgöngo um feit.

Ef maþr selr manni fe af trunaþi at lani eþr til hirzlo oc dylr hinn, oc kvez viþ engo tekit hafa, þa scal sa er feit a

rit, tum ita actionem moderet (creditor) acsi ibi terminus solvendi peremtorius adsit, nisi qvod dextræ fidei violatæ multa remittitur. Qvinqve ejus in qvem agitur domicilii vicinos in comitiis evocet agens.

Si qvis bona sibi debita et in die et loco definitis solvenda cogere alteri commendaverit, qvi etiam accipit sed mandanti reddere et remittere nolit, tum ei liceat actione, pro lubitu, perseqvi sive ipsum debitorem sive mandatarium, qvi vero bona ab initio solverit, a reatu liberatur, modo veridicorum effatis probare sustineat, se creditoris emissario pecunias expendisse.

Ille cujus pecuniæ fuerunt mandatario suo in pecuniis recipiendis diem dicat, trium marcarum multam ei intendens. Qvinqve vero ejus, in qvem agitur, domicilii vicinos in comitiis evocet.

Si qvis alienas pecunias coegerit non ex mandato, et nullo jure, exilii tenetur, in eum a qvo pecunias exegerat; novemqve ejus in qvem agitur domicilii vicini in comitiis evocentur. Qvodsi (debitor) pecunias expenderit reum citet ad eas solvendas et rependendas.

Si qvis fide alterius innitens bona ei vel commodo vel deposito dederit, hic vero dissimulans, se qvidqvam accepisse dene-

[1]) *B cum suis omittit:* vera.

sökia til þyfþar ef hann vill, enda a hann cost at stefna til görtökis um feit, oc til gialda [1]) tvinnra oc lata varþa IIIia marka secþ.

Ef maþr hirþir fe mannz oc hverfi feit or hirþzlo hans. Nu atto þeir þar fe baþir [2]) i þeirri hirþzlo, þa heldr hvarr þeirra a sino fe [3]) abyrgþ, ef or einni hirþzlo hverfr [4]) hvarstveggia fe. Nu hverfr þess fe eitt, er seldi at hirþa, hann a cost at heimta feit at hanom, ef hann vill, þeim er hirþi, oc a sa at gialda [5]), enda a sa sökina um feit er hirþi, enda a hann cost at sökia þann er hann vill um, oc raþa sialfr orþi.

Ef maþr a fe a leigom oc fellr hann fra. Nu ef hann a sono eptir eþr lifir faþir hans, þa eigo þeir um þat fe, er eindagat er jamt at stefna um at eindaganom, sem þeim se handsalat. Annarr kostr er sa er þeir eigo, hvart sem [6])er sonr eþa aþrir erfingiar at sökia um handsalat erfþa-fe viþ IX bua qviþ a þingi oc lata varþa IIIia marka utlegþ haldit.

gat, tum dominus bonorum eum furti, si voluerit reum agat, sed ei etiam liceat de furto minimo citare ut duplum restituat et trium marcarum multam luat.

Bona alterius custodienda aliqvem recepisse, hæcqve ex ejus scriniis amitti ponamus, tum, si uterqve eorum hoc casu in iisdem scriniis bona simul habuerint, et ex iisdem scriniis utriusqve bona disparuerint, qvivis propriorum bonorum periculum sustineat. At deponentis bona solummodo auferuntur, tum hic ut depositario bona sua exigat fas est, qvi etiam ea solvere tenetur, causa vero de bonis ablatis depositario competit, cui etiam jus est qvemcunqve voluerit actione perseqvi et qvanti voluerit criminis insimulare.

[3]) *B cum suis legit:* Nu verþr eigi eigandi at þvi fe a þrimr sumrom, þa scal hann segia til oc et &c., *si per tres æstates pecoris hujus dominus non reperitur, tum &c.*

[4]) *Reliqvum tituli B cum suis omittit.*

[5]) *B cum suis legit:* einkunn, *sensu eodem, et sic ubiqve in seqventibus ubi A habet:* mark.

[6]) *B cum suis legit:* a þingi þvi &c., *comitiorum qvæ &c.*

eigi [1]) [þeirra manna er samgöngr fiar eigi viþ hans fe], [2]) oc eignaz hann þa mark ef eigi finnaz eigendr.

[3]) Ef maþr förir bu sitt a millum hreppa, þa scal hann segia til marcs sins a samqvamo hinni næsto i þeim repp [4]) sem hann hefir buit. En ef nockorr maþr er [5]) i þeim repp aþr, sa er þat mark eigi, þa scal sa þeirra afbregþa, er skemur hefir buit i þvi heraþi.

[6]) Ef menn verþa varir viþ at þeir eigo mark saman, þa scal sa segia til er fyrri fregn oc finna hinn. Nu hefir annarr mark eignaz at erfþ en annarr at kaupi eþr at giöf, enda hafi þeir baþir jafnlengi buit i þvi heraþi, þa scal sa afbregþa er eigi a erfþa-mark. En ef þeir eigo erfþa-mark baþir eþr hvargi, þa scal sa afbregþa er færi sauþi a. En ef þeir eigo jafnmarga, þa scolo þeir luta. Nu verþa þeir sva fremmi varir viþ, at þeir eigo mark saman [7]) er feit er rekit i afrett, þa scolo þeir telia þat oc segia hvat

num qvis eorum, qvorum oves cum ejus in pascuis miscuntur, hacce utens foripetis innotescat. Si talis qvis non reperitur nota disjunctiva ei cedat.

E pago uno in alterum rusticatum transferens, notam suam disjunctivam in conventu, proxime habito, in pago ubi lares suas figit, publicet. Qvodsi aliqvis hac nota utens in pago antea habitaverit, ille notam variet, qvi in tribu brevius moratus est.

Comperto unam eandemqve notam disjunctivam duobus esse, prior de eo certior factus alterum conveniens hoc indicet. At unus hæreditate alter emtione vel dono notam disjunctivam adeptus est, uterqve tamen per tantumdem temporis in eodem tribu commorabatur, tum notam hæreditariam non habens suam variet. Qvod si notam disjunctivam vel uterqve vel neuter hæreditate ceperit, ille suam variet, cui oves sunt pauciores. Si utriqve totidem oves fuerint, sors rem definiat. Ubi primum, ovibus in pascua montana actis, animadvertunt, com-

---

1) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

2) *Seqventia B cum suis ita exprimit:* Nu lataz menn eigi þann mann vita samsheraþs hanom, er þa einkunn eigi, þa a hann at hafa einkunn þa at osekio, *Si præsentes declaraverint, sibi contribulium ejus ne qvem innotescere hac nota disjunctiva utentem, tum eam impune adhibeat.*

3) *B cum suis legit:* Hverr maþr þeirra er hann förir bu sitt i þann hrepp er hann bio eigi aþr, *qvicunqve in pagum, in qvo antea non habitavit, rusticatum suum transferens.*

4) *B cum suis legit:* er hann hefir buit i fört, *in qvem rusticatum suum transtulit.*

5) *B cum suis legit:* i þvi heraþi, *eo in tribu antea &c.*

6) *B cum suis addit et incipit:* Hvar þess er sauþagang þeirra ber saman &c., *Ubicunqve oves eorum pascentes invicem missi periculum est et &c.*

7) *B cum suis legit:* ef fe þeirra er fiallrekit, þar er þeir eigo samgengt, *si ovibus in pascua montana actis ubi facile miscentur.*

hvarr þeirra rak a fiall [1]), eþr hve gamalt feït var um þat er þeir vito oc vinna eiþa at, at þa er rett talit. En um haustiþ eptir scolo þeir syna buom sinom V, [2]) oc lata scipta at jafnaþi sva sem heimtz hefir til. Eignaz hvarr þeirra þott eigi se scipt, þvi er þeir coma [3]) lögkennendom til, oc a sa þeim mun föra or sciptino, sem þat hefir verit at afuami.

munem iis esse notam disjunctivam, tum (ex utraqve parte) dinumerent, indicentqve qvot in montes egere oves, cujuscunqve ætatis, qvatenus hoc iis innotescit. Justum numerum se indicasse juramentis probent. Tempore vero autumnali oves recuperatas accolis suis qvinqve exhibeant, et pro rata inter se distribui faciant. Qvivis eorum prærogativa capiat qvicqvid per justos cognitores oculatos suum esse probare potest, sed qvantum tali modo (in alterius favorem) distributioni eximitur, tanto minus ovium dividendarum ille capiat.

XXI. Capituli.

Of lögkennendr.

En þeir ero [4]) lögkennendr, er rettir ero i qviþ at tengþum [5]) [oc at frændsemi].

Sa maþr, er kennendr vill föra til fiar sins, hann scal vinna eiþ at þvi, at hann atti fe þat þa er i afrett var [6]) oc leggia þat undir þegnscap sinn, at hinn atti fe þat þa er i afrett var rekit. Nu heimtir annarrtveggi þeirra fleira enn van atti, oc leggr laun a, þa a hinn at raþa orþi um, [7]) ef sa missir sins. Nu heimtir ann-

Titulus XXI.

De cognitoribus legitimis.

Justi cognitores oculati sunt qvi tum qvoad propinqvitatem cum affinitatem, qva veridici juste se habent.

Qvi cognitores oculatos ovibus suis admovere vult, jurejurando præstito probet, has oves cum in pascua montana agebantur, sibi fuisse (seqve eas postea non abalienasse. Cognitores vero oculati jurent) et civilem suam existimationem interponant, has oves cum in pascua montana agebantur ei fuisse. At alteruter eorum

---

1) *B cum suis bene addit:* oc þess kyns fe, *cujusnam generis peous.*

2) *B cum suis addit:* þat fe er þeir heimta, *oves recuperatas.*

3) *B cum suis legit:* kennendom, *cognitores.*

4) *B cum suis legit:* kennendr, *cognitores.*

5) *B cum suis omittit:* oc at frændsemi.

6) *B cum suis bene interponit:* oc hefir eigi siþan logat. En kennendr scolo vinna eiþa at þvi &c., *sed eas postea non abalienasse. Cognitores vero oculati jurent &c.*

7) *Pro:* ef sa missir fiar sins, *B cum suis legit:* er einkunn a viþ hann, *qvi eandem ac ille notam disjunctivam habet.*

arr betr enn annarr, þa scal hinn beiþa hann lögsciptis. Nu lætr hann hinom eigi lögscipti uppi, þa varþar [1]III marka utlegþ, oc scal stefna um feit til gialda oc um jamn-mart [2]sem hanom er vant þat sumar, oc sva gamalt[3]. Scal qveþia til heimilis-bua [4][V a þingi þess er heimtir feit], hve mart hann hafþi oheimt, eþr hve gamalt þat var. [5]Ef þar coma eigi lögvarnir fram, þa scal döma giald þat alt a hendr þeim er sottr er, ef þar faz gögn til at hann hefir mist.

plures, qvam ei in spe fuit, recuperat oves, easqve improbe occultat, tum alter, suis destitutus, qvanti vult eum criminis insimulet. Qvod si unus (eorum) plures qvam alter (pro rata) oves recuperaverit, hic illum ad justam distributionem provocet. At ille justam distributionem huic non concedit, tum ille trium marcarum multam luat, et in jus vocandus est de totidem et ejusdem ætatis ovibus, qvot huic ea æstate desunt. Qvinqve ejus, qvi oves reposcit, domicilii accolæ in comitiis evocentur, (qvi probent) qvot et cujusnam ætatis oves ei desint. Si peremtoriæ non adferuntur exceptiones, et auctoritatibus comprobato, alterum oves qvasdam amisisse, ei, in qvem agitur, has omnes persolvere judicum injungat sententia.

XXII. Capituli.

Of þat at lia marks.

Nu bregþr sa maþr bui sino, er [6]mark a, [7]oc er hanom rett at lia öþrom mark. Nu ler hann engum manni, enda verþr

Titulus XXII.

De notis disjunctivis commodandis.

Si qvis notam disjunctivam habens rusticari desierit, hanc alteri commodare ei liceat. At (notam disjunctivam) nemini commodat, qvamvis ipse ovibus omnino de-

---

[1]) *B cum suis omittit:* III marka.

[2]) *B cum suis legit:* sem hann hefir oheimt þat sumar, *qvot ea æstate non recuperavit.*

[3]) *B cum suis addit:* oc a honom þat at döma, *qvæ et ei adjudicentur.*

[4]) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

[5]) *Reliqvum hujus tituli B cum suis omittit.*

[6]) *B cum suis legit:* einkunn, *sensu eodem.*

[7]) *B cum suis legit:* oc a hann at lia einkunnar þeirrar þeim manni er hann vill, oc a hann þo at hafa þegar er hann vill sina einkunn. Nu bregþr hann bui, enda ler hann engum &c., *notam hanc disjunctivam commodet cuicunqve voluerit, sed ipse tamen statim ac optat eam adhibeat. At rusticatui finem facit et ipse ovibus qvamvis &c.*

hann örsauþi, þa er mark þat eigi hans, heldr enn annars manz.

XXIII. Capituli.
Of alstyfinga.

Sva er mælt, ef maþr leggr alstyfinga mark a fe sitt, þa varþar fiörbaugsgarþ, nema hanom se lofat i lögretto. Nu tekr maþr at erfþ alstyfinga, þa er hanom rett at hafa þat mark a þvi fe er hann toc at erfþ meþan þat lifir, en eigi scal hann fleira sva marka. Eigi eiga menn at gialda alstyfinga ne taca, nema þegar logi af, eþr sialfr eigi þat mark [1]).

Nu scal saka þessa allra er her göraz i þesso mali qveþia IX heimilis-bua a þingi þess, er sottr er, þar er fiörbaugsgarþ varþar, en V bua þar er feviti liggr viþ. Enda alt þat er annan veg er gört i þvisa mali enn her var mælt, þa liggr viþ III marka feviti, nema meiri secþ se til taliþ.

XXIV. Capituli.
Of þat, ef maþr leiþir berfe sitt til graþfiar annars.

[2]) [Ef maþr leiþir berfe sitt til graþfiar annars manz olofat, ku yxna til graþungs

stitutus sit, tum eam non magis ejus qvam alterius esse censendnm est.

Titulus XXIII.
De auribus in totum abscissis.

Cautum est legibus, ut si qvis in dicasterio non permissus aurium abscissione oves suas notaverit, exilium luat. At abscissarum aurium nota ad aliqvem hæreditate devenit tum hancce notam in ovibus hæreditariis, donec vivunt, eum habere fas erit, sed plures tali modo signare haud liceat. Ne qvis (oves) aurium abscissione (signatas) vel alteri expendat vel ipse capiat, nisi eas statim mactet vel hæc nota ei sit propria.

In causis omnibus hinc oriundis, novem ejus in qvem agitur domicilii accolæ in comitiis jam evocentur, ubi exilii pœna reo intenditur, qvinqve vero accolæ ubi pœnam pecuniariam luat. Omnes qvoqve in hacce materia hic præscriptorum transgressio, trium marcarum multa expietur, nisi major pœna crimen commissum e legum constitutis seqvatur.

Titulus XXIV.
De eo, si qvis pecuda sua fœminina alterius masculis admiserit.

Si qvis, venia non acqvisita, pecuda sua fœminina alterius masculis admoverit, vac-

---

[1]) *B cum suis bene addit:* aþr hann tekr, *priusqvam pecus solutum reciperet.*

[2]) *Hunc titulum B cum suis omittit.*

eþr meri alægia til hestz eþr sur öþa til galtar, eþr a blösma til rutz eþa geit til hafurs, oc varþar þat alt IIIia marka utlegþ].

cam vitulantem tauro, vel eqvam marem appetentem eqvo (admissario) vel porcam verri, vel ovem fœminam arieti, vel capram hirco trium marcarum multam in singulis hisce casibus expendat.

XXV. Capituli.

Of leigor a bufe.

Ef maþr leigir bufe at manni at leigomala rettum, þa scal hann þvattdag þann i fardögom scyldr at leysa af hendi ser, þeim er næstir ero eptir, þa er hann leigþi. En ef hinn kömr eigi sva eptir, oc a hann cost at segia af sina abyrgþ enn næsta dag helginni eptir, ef þa er heilt feit oc ohætt. Ef hann heldr a feno, þa er hinn kömr eptir er a, oc nair hann eigi, [1])oc er þat ran, [2])oc varþar þat fiörbaugsgarþ. Nu nair hann eigi at sia, oc er þa sem hann taki fra hanom.

Titulus XXV.

De pecudum lactariorum elocatione.

Qvi pecora ab altero justo conducendi modo conducit, die lavationis, qvi in tempus migrationum proximum, postqvam conduxerat, incidit, ea reddat. Qvod si elocans hoc termino non abducit, conductori liceat, primo post dominicam die profesto, pecorum, si integra sunt et in tuto, periculum sibi abdicare. Si (conductor) domino repetitum adveniente pecora manu teneret, et hic eorum compos non fieri potest, rapinam ille committit exilio puniendam. At domino ea oculis lustrandi potestas non conceditur, tum ita habendum est acsi conductor ei (furtim) abripuisset.

XXVI. Capituli.

Of bufiar-hald.

[3])[Sva er mælt at III merkr varþar haldit a bufe þvi, er maþr hefir selt at leiga, ef eigi er mercþ hans marki, ella

Titulus XXVI.

De pecudum lactariorum (sed elocatorum) detentione.

Præfiniunt leges ut pecoris elocati retentio trium marcarum multa expietur, utiqve si (locatoris) nota disjunctiva non signatum

---

[1]) *B cum suis interponit:* enda ser hann, *qvamvis ea videns.*

[2]) *B cum suis legit:* oc varþar scoggang, *proscriptione puniendam.*

[3]) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

varþar scoggang, enda beiþi hann þvattdag i fardögom]. Nu nytir hann ser nyt fiar þess firir þat ofan, þa varþar hanom þat scoggang, oc hveriom manni þeirra er fiarnytiar þeirrar neytir visvitandi. Nu lætr hann uppi feit at lögnm, þa scal hinn taca viþ fe sino þvi er hann seldi hanom at leiga, ef þat fe er jamgott sem mælt var at hann scyldi hanom af hendi inna. En ef þat fe er þa verra, þa scal sa er af hendi leysir, hafa qvatt til heimilisbua sina V, [1][III nottom fyrir], oc scolo þeir virþa þann mun, oc scal hann gialda hanom þar þann mnn. Nu er hanom verra fe uppi latiþ enn hann atti mælt, þa a hann cost a hvart sem hann vill at hafa fe þat a brot, er hanom er boþit oc heimta þat er eptir er, eþr hafa ecki abrott, oc stefna um alt saman feit til gialda oc til utgöngo. En ef hann tekr eigi viþ, þa er hanom er boþit feit, þa secz hinn eigi a nyt fiar þess, er aþr hefir haft feit. Ef þat fe er dautt er hann hafþi a leigo selt, þa scal hann gialda hanom bnfe annat slict fyrir, ef hann hefir til; scal bufiar-eyrir hverr leysa annan, oc sva vara, ef hann hefir

fuerit, sin minus, et domino, die lavationis in tempore migrationum, id repetente, proscriptionis tenetur retinens. At conductor præterea in cæterum pecoris lactem sibi in utilitatem convertit, tum proscribendus est et ipse, et qvicunqve scienter pecoris lacte fruitur. Ubi legali modo conductor pecora elocata exhibet, pecora elocata modo tam proba qvam stipulatum fuit, ut solveret conductor, alter accipiat. Qvodsi pecora deteriora facta fuerint, expendens qvinqve sui domicilii accolas, tribus antea noctibus acciet, qvi in qvantum deteriora sint æstiment, ille vero locatori hanc differentiam expendat. At pecora minus proba qvam pacto constituebantur, locatori exhibentur, tum ejus optionis erit, sive voluerit pecora oblata auferre, et reliqvum deinde postulare, vel non auferre, sed de pecoribus in totum præstandis et expendendis conductorem in jus vocare. Si vero pecora qvamvis oblata locator recipere noluerit, alter hucusqve habens pecoris lactis perceptione reatum sibi non contrahit. Si pecora, qvæ elocabantur emortua fuerint, conductor alia tam proba, si habuerit, pecora lactaria alteri expendat; una pecorum uncia per alteram solvatur, vel per merces (alias legales) si pecora lactaria ei in præsto non fuerint. Oves fæminas ag-

---

[1]) *B cum suis omittit:* III nottom fyrir.

eigi bufe til. Haun scal eigi lamblausar ær gialda, nema hann hefþi sva leigþar.

XXVII. Capituli.

Of leigo a fe.

Ef ann-markar þeir verþa a bufeno, er hanom syniz sva, at þat se eigi a vetr föranda, eþr myni þat eigi i giöld ganga, þott þat komiz fram, þa a hann cost at lata af fe þvi, oc gialda hanom annat fe jafngott fyrir.

XXVIII. Capituli.

Of aftök leigo-fiar.

[1]) Ef maþr lætr af bufe þvi, er hann hefir leigt at öþrom manni, sva at buum þickir nauþsynialaust, at þat varþar scoggang nu, oc scal stefna heiman, oc qveþia til XII qviþar goþa þann, er sa er i þingmeþ er sottr er. Eigi ma til þyfþar föra nema leynt se, enda a hann heimting til fiar þess, hvargi sem niþr kömr, ef hinn hefir selt eþr gefit. Ef sa kömr eigi eptir sva snimma sem mælt er, er a leigo a feit, enda segi hinn eigi abyrgþ sina af, er aþr hafþi enn næsta dag helginni, þa

norum expertes non expendat, nisi tales conduxisset.

Titulus XXVII.

De pecudum elocatione.

Si pecora elocata ita in deterius abeunt, ut conductori videantur hyemi haud destinanda esse, vel eam qvamvis pervixerint, tamen in commerciis non pro probis habenda suspicatur, ei hæc pecora alienare liceat, sed alia eorum loco omnino proba locatori expendat.

Titulus XXVIII.

De pecudum elocatorum alienatione.

Qvi pecora ab alio elocata ita alienat, ut accolæ sine necessitate factum censeant, jam proscriptionis pœnam luat. Domo citandum est, prætore cujus curiam reus seqvitur ad dodecadis veridicorum effatum præstandum provocato. Reus furti ne insimuletur nisi furtim egisset, locator vero pecora sua ab altero vel vendita vel dono data qvocunqve devenerint vindicandi jure gaudeat. Si tempore constituto locator pecora non abstulerit, nec conductor proximo post dominicam die (profesto) periculo

---

[1]) *Usqve ad:* nema leynt se, *B cum suis ita exprimit:* Nu lætr hann af fe þat eþr logar a nockorn veg er eigi ero þeir andmarkar at, þa er þat görtöki oc förir til meira mals oc varþar scoggang, enda a hann &c., *Si ille mactaverit vel qvodam alio modo alienaverit oves talibus vitiis non detentas, tum id pro improba contrectatione habendum est, ad graviorem actionem ducit, et proscriptione puniatur. At locator &c.*

secz hann eigi at nyt fiar þess til ens Vta dags, þess er VII vikor ero af sumri, ef hann byr i sama staþ, enda comi hinn eigi til aþr er a, en hvergi scal hann a brot fara meþ. Rett er þeim manni, er þar byr, at lata miolka fe þat, oc lata varþveita nyt fiarins þar til er sa kömr eptir er a, enda a hann cost at reka fe þat til handa þeim er a, oc fara sva meþ sem sitt fe, enda abyrgiz hann eigi feit, ef hann ferr sva meþ.

pecoris suscipiendo renuntiaverit, hic ad qvintum (hebdomadis) diem usqve, in octavæ æstivæ hebdomadis initio, pecoris lacte fruendo reatum sibi non contrahit, dummodo in eodem habitet loco, nec dominus ante terminum definitum appareat; nullibi vero auferat (conductor). Si conductor lares suos transtulerit, liceat ei, qvi in pristino illius loco habitat, pecora hæcce mulgi facere, qvi etiam pecoris lactem, donec justus dominus repetens apparet, servandam curet; nec minus optionem habet pecus ad dominum agere, qvod etiam proprii instar tractet; hoc si fecerit periculum ejus haud sustineat.

XXIX. Capituli.

Of nyt af annars manz bufe.

Hvar þess er maþr þiggr nyt af annars manz fe enn þess er a olofat visvitandi, þa a hinn kost at lata varþa scoggang eþa görtöki, ef hann vill þat heldr. Ef hann vill til ens meira mals föra, oc scal hann stefna oc lata varþa scoggang, oc qveþia til XII qviþar goþa þann, er sa er i þingi meþ er sottr er, hvart hann hefir þegit nyt af fe þvi, er hann hefir stefnt um. Nu berr XII qviþr a hann, þa scal hann beiþa ser biargqviþar heimilisbua V til þess sem hann þickiz helzt efni hafa, hvart sem verit hefir, eigi vitat, eþa hefir hinn lofat hanom, er a. Nu hvarn þeirra sem berr i hag hanom oc sekz

Titulus XXIX.

De alienis pecudibus lactatis.

Ubi qvis nullo jure, scienter, alieni pecoris lactem percipit, domino liceat, ei proscriptionis pœnam intendere, vel etiam furti minimi eum insimulare, si id potius voluerit. Si graviorem (furti) reatum ei intendere optaverit, dicam manifestet, proscriptionis pœnam minans. Ad dodecadis veridicorum effatum præstandum provocet prætorem, cujus curiam reus seqvitur, (ut probari possit) num pecoris lacte de qva diem dixit, reus fruitus fuisset (nec ne)? At dodecadis veridici reatum ei inferunt, tum domicilii sui accolas qvinqve talis veridicorum effati purgatorii postulet reus, qvale se potissime obtinere posse autumat,

hann eigi þa, enda scal hann slict qveþia ser biargqviþar þott til görtökis se fört.

Eigi tör bönda sa biargqviþr, at hann hafi eigi vitaþ, ef fiarnytin hefir verit höfþ halfan manaþ eþr lengr samfast.

XXX. Capituli.

Of fulgo-fenaþ.

Nu felr maþr fe inni at öþrom, oc a sa maldagi at haldaz meþ þeim, sem þeir verþa asattir. Nu felr hann fe inni at fulgomala rettum, hann scal ala fe þat sva at ohætt se fyrir holda sakir, oc gæta sva sem sins fiar, oc sva sem þa mundi hann, ef hann ætti þat fe. Hann abyrgiz [1])viþ þeim avvirþom, er þat fær af þvi scaþa er hann gætir þess annan veg enn sins fiar þess kyns. Þegar er hann nytir nyt af fulgofeno, þa abyrgiz hann at öllo þat fe, hvart sem þat er fyrr eþa siþarr, enda scal hann sva af hendi leysa þat fe sem leigofe. Nu hvat sem þvi fe verþr at vaglata, þa scal hann sva þvi fe at biarga, oc sva af-lata, oc sva varþveita at öllo sem þa mundi hann, ef hann atti [2])[þat fe].

sive in eo versaretur qvod (pecora aliena esse), ignorasset, sive domini venia fecisset. Horum si utrumvis in ejus favorem allatum fuerit, a reatu liberatur. Furti minimi insimulatus eodem modo veridicorum effatum purgatorium evocet.

Colono reo ignorantiæ exceptio nihil proficit, si per semimensem vel ultra continuo lac pecoris percipiebatur.

Titulus XXX.

De pecoribus pabulandis.

Ubi qvis pecora pabulanda alteri demandat, contractus in qvem consentiunt, ratus maneat. At legali pacto de pabulando pecus demandat alter, tum depositarius hoc ita alat ut e maceriei periculo immune sit, et proprii instar ita custodiet ac fecisset, si pecus ei proprium fuerit. Omne pecoris pretii detrimentum præstet, si id noxam intulerit qvod non ut proprium ejusdem generis pecus curasset. Qvam primum pecoris pabulandi lacte fruitur, sive id prius sive serius fuerit, omne ejus periculum in se suscipiat, et pecoris elocati instar rependat. Qvalecunqve periculosum detrimentum hoc pecus subierit ita et ei opem ferat, et alienet, et (demum) custodiet acsi pecoris dominus ipse sit.

[1]) *B cum suis legit:* viþ þeim andmörkom oc auvirþom öllom, *omnia pecoris vitia et pretii detrimenta (præstet &c.)*

[2]) *B cum suis omittit:* þat fe.

XXXI Capituli.

Of rossa-fulgor.

Ef maþr felr hross inni at manni at fulgo-mala rettum, oc abyrgiz hann þat jafnt sem annat fulgo-fe; ef menn neyta hross þess, oc a sa at sökia um nautnina, er hross a, enda verþr sa [1]) jamt sekr um nautnina sem aþrir menn, nema hann scyldi at öllo abyrgiaz, þa a hann at neyta sem sinna hrossa oc spilla eigi, oc a sa at sökia um hrossnautnina sem abyrgiz. Eigi a sa at neyta [2]) [hross] sialfr er a, ne lofa öþrom [3]).

Titulus XXXI.

De eqvis, qvi pabulandi deponuntur.

Si *qvis legali pacto de pabulando eqvum alteri alendum commiserit, depositarius ejus pecoris pabulandi instar, periculum sustineat. Qvod si hic eqvo usus fuerit, dominus de usu eum in jus vocet. Depositarius eundem ac alii (illicito eqvi) usu reatum incurrit, nisi in totum eqvi periculum sustineret tum enim (eqvo pabulando), nullo ejus detrimento, proprii instar, utatur. Periculum eqvi sufferens de ejus usu actionem instituat: Dominus eqvi nec ipse eo utatur nec aliis ejus usum concedat.*

XXXII Capituli.

Of rossa-reiþir.

[4]) Ef maþr hleypr a bak hrossi manz olofat, þat varþar VI aura afang. Nu riþr hann fram or staþ oc varþar þat III marka utlegþ. Þriar hrossreiþir ero þær er scoggang varþa. Ein er ef maþr riþr sva at III böir ero a aþra hönd oc riþi hann um þa. Önnor ef maþr riþr um fiöll, þau er vatnföll deilir af á meþal heraþa. Þriþia ef maþr riþr a milli

Titulus XXXII.

De eqvitationibus (illicitis).

Si *qvis eqvum alienum, nulla venia, ascenderit, sex unciarum pœna illicitam usurpationem expiet. At de loco eqvo fertur tum trium marcarum multam luat. Tres sunt eqvitationes proscriptionis pœna expiandæ; prima cum qvis tria prædia ex uno latere sita pereqvitat; secunda cum qvis pereqvitat montes unde fluvia tribus disterminantia manant. Tertia si qvis terminos qvadrantum eqvo vectus transfertur.*

---

[1]) *B cum suis interponit:* er varþveitir, *depositarius.*

[2]) *B cum suis omittit:* hross.

[3]) *B cum suis addit:* mönnom, *hominibus.*

[4]) *Sex seqventes titulos B cum suis inscribit:* um hrossreiþir, *de eqvitationibus, et unam qvasi sectionem efficiunt, qvæ sectionem de fœderi conjugali immediate annectitur.*

landz fiorþunga. Þott enn meiri se reiþin oc er þo costr at stefna um ena minni.

Þa er maþr stefnir manni [1]) um hross-reiþ, at hann hafi riþit hrossi hans um III böi oc lætr varþa scoggang, oc afanga meþ; XII qviþ scal tilhafa, þa er scoggang varþar. Nu berr qviþr a hann, þa a hann at beiþa ser biargqviþar, hvart hann hafi riþit um III böi, þa er allir lægi a aþra hönd sva ner, at sia mætti reiþ hans heileygr maþr i liosi, af öllom böium þeim, ef at veri hugat, enda bæri eigi leiti fyrir næ hæþir sva at þat meinaþi.

Eqvitatio qvamvis major fuerit, de minore tamen dicere liceat.

Ubi qvis alterum eo nomine in jus vocat, qvod eqvo ejus vectus tria pereqvitasset prædia, proscriptionis pœnam, illicitæ usurpationis multæ junctam reo intendens, dodecadis veridicos proscriptionis causis adhibeat. At veridici reum criminis insimulati convincunt, tum hic effatum purgatorium flagitet qvo probetur, num tria pereqvitasset prædia, ex uno latere tam prope (ad viam) sita, ut homo sani visus luce (diurna) ex omnibus hisce prædiis eqvitationem ejus videre possit, modo attendat, nec speculæ nec colles visum impediant.

XXXIII Capituli.
Of lan-ross.

Ef maþr ler manni ross eþr hefir hann leigt, oc varþar hanom eigi meþförin, nema hann hafi lengr eþr viþara enn hanom veri lofat.

Ef maþr ler manni ross annars manz, oc varþar hanom slict sem hann fari sialfr meþ; enda a sa kost er hross a at sökia þann er leþ er, en sa versc sökinni, ef þat berr qviþr, at hann hugþi hann eiga eþr leigt hafa, er hanom leþi.

Ef maþr leigir ross til þingreiþar, oc abyrgiz sa er meþ ferr; en ef sart verþr

Titulus XXXIII.
De eqvis commodatis.

Ubi qvis eqvum alteri vel commodat vel elocat, per usum eqvi hic reatum sibi non contrahit, nisi vel diutius vel latius utatur qvam ei concessum fuerat.

Si qvis eqvum alienum alteri commodaverit, ille eundem sibi reatum contrahit, acsi ipse usus fuisset, dominoqve eqvi liceat commodatarium in jus vocare, qvi tamen a reatu liberatur, si probaverint veridici eum opinasse, commodantem vel dominum eqvi fuisse vel eum conduxisse.

Si qvis ad iter comitiale faciendum eqvum conduxerit, periculum ejus sustineat

[1]) *B cum suis legit:* um þa hrossreiþ, *sensu eodem.*

þa scal standa XIV nætr er heim kömr, ef þa er heilt [1]) þa scal ecki böta fyrir. Ef þa er eigi heilt, þa scal virþa alt saman, ef hinom hefir mein at verit at missa sva leingi. Ef hross verþr dautt i þingförinni, þa scal hann gialda sva sem þa var virt er hann leigþi. Ef þa var eigi virt, þa scolo buar V meta, þess er hross atti, sva sem vert var aþr hinn leigþi, enda scal þar standa leigan i hross-verþino þa. Eigandinn a socn viþ þann er leþi eþr leiga seldi, oc sekz sa a, ef qviþr berr at leingr se haft hrossit enn hann lofaþi eþr leiga seldi, hann a cost at höfþa söc viþ hvarn sem hann vill.

utens. Qvodsi eqvus læditur, domum reversus per decemqvatuor noctes ab omni usu immunis loco permaneat, qvo tempore peracto, si sanatus fuerit, (læsio) non est reparanda. Si non sanatus fuerit eqvus, taxationi (accolarum) simul subjiciatur, si qvid damni tam diuturna eqvi absentia in dominum redundasset. Si eqvus in profectione comitiali morte abripitur, conductor æstimationem ejus, cum conducebatur, rependat. Qvodsi eqvus tum non æstimatus fuerit, ejus domini domicilii vicini qvinqve æstiment, qvanti, cum elocabatur, faciendus fuisset, qvo casu locarium eqvi in pretio constituto comprehendatur. Domino jus agendi competit in commodati vel commodantem vel locatorem, qvi etiam reatum incurrit, si veridici probaverint eum diutius eqvum habuisse, qvam (dominus) vel commodaverat vel locaverat. Qvemcunqve eorum dominus voluerit actione perseqvatur.

Ef eigandi sendir mann meþ ross sitt eþr meþ eyk sins örendis, oc abyrgiz eigi sa er meþ-ferr, ef hann ferr sva meþ sem hinn bauþ, oc þa mundi hann (ef hann) ætti.

Si dominus alicui ad sua negotia exeqvenda misso eqvum suum jumentumve tradiderit, hic eorum periculum ne sustineat, dummodo tractaverit ex præscriptis domini, et prout fecisset, si ipsi propria fuerint.

XXXIV. Capituli.

Of þat ef ross kömr i haga manz.

Ef ross kömr i haga manz þat er eigi

Titulus XXXIV.

De eo, si eqvus pascua aliena depascit.

Si aliena pascua depaverit eqvus, nec

[1]) *B cum suis legit:* oc scal ecki gialda fyrir þa, *sensu eodem.*

eigo þeir menn er næstir bua hanom, eþr þeirra huskarlar, oc er boanda heimilt at riþa þvi rossi i sinom bufiar gangi i sino landi, oc sva þeim mönnom er þing-héyendr ero fyrir bui hans, oc sva heima-mönnom hans þeim er hann lofar. Hann scal eigi hepta hross þat til nautnar oc eigi riþa spellreiþir ne einar.

proximis accolis nec eorum domesticis proprius, colono (pascuorum domino) liceat eqvo per pecorum suorum pascua in proprio fundo vehi. Idem juris defertur iis, qvi e coloni prædio comitia jure agunt, ipsiusqve domesticis qvibuscunqve concedere voluerit. Eqvum ad usurpationem (facilitandam) compede ne coerceat, nec ad inutiles eqvitationes adhibeat.

Boandi scal segia at kirkio-socnom eþr a samqvamum at þat ross er þar komit, er hann veit eigi hverr a. Ef þat ross hefir þar verit halfan manaþ siþan er hann sagþi til, oc er rett at hann heimti til V bua at virþa hross þat viþ bok, [1]) oc siþan er þat er metiþ, er rett at hann neyti oc abyrgiz [2]). Eigi scal hann neyta lengr enn halfan manaþ ross, nema virt se. Ef eigandinn kömr til, oc a hann cost at hafa hvart er hann vill, ross eþr verþ. Sva scal hross virt vera sem þa var vert er boandinn sagþi til. Hann scal abyrgz hafa i sinni nautn, ef hinn kys rossit er a, oc scal boandinn tigla hanom ef þa er ross þat verra, enn þa er hann tok viþ.

Colonus in parochianorum cætu vel aliis conventibus indicet eqvum ibi adesse, cujus dominum ignorat. Si denuntiatione facta eqvus per semimensem in pascuis ejus versatur, ut accolas qvinqve provocet fas est, qvi ad librum (sanctum) eqvum æstiment, qva taxatione peracta fas est ut colonus tum eqvo utatur cum periculum ejus præstet. Ultra semimensem eqvo nondum æstimato haud utatur. Dominus eqvi (post taxationem) veniens sive eqvum ipsum sive ejus pretium pro lubitu referat. Ad pretium eqvi denuntiationis tempore taxatio accommodetur. Si dominus eqvum (auferre) elegerit, colonus in sua usurpatione periculum ejus sustineat, dominoqve resarciat si eqvus deterior, qvam cum acceperat, redditur.

[3]) Ef ross gengr misgöngum i land manz þat er boandi veit hverr a, þa scal

Si eqvus, qvi cujus sit, colono innotescit in hujus pascua vagatur, dominum

---

[1]) *B cum suis legit:* oc alengr, *sensu eodem.*

[2]) *B cum suis legit:* sva sem hann eigi, *acsi ei sit proprius.*

[3]) *Reliqvum hujus tituli B cum suis omittit, sed A cum suis hoc qvasi novum titulum titulo seqventi subjungit; tum vero argumentum cum elenchum titulorum in initio hujus sectionis secutus, e duobus unum feci.*

senda ord um þat, ef þangat ma fara tvivegis þann dag er þa er, oc neyta eigi aþr. En ef hinn vill eigi coma eptir rossi sino a halfom manaþi, þa er hann veit hvar er, þa er bonda rett at selia ross þat inn, oc lata virþa, oc neyta sem hann eigi oc selia eigi fyrir alþingi; hinn scal hafa hvart er hann vill ross eþa verþ, þa er hann kömr til.

Ef maþr tekr ross manz or landi sino þa a hann at taka af hapt, ef hann vill, oc leggia a haptit aþr hann hverfi fra. En ef hann ma þa eigi taca rossit, þa varþar hanom ecki, ef hapt er afast rossi, oc sva þot hann riþi til handa þeim er a.

Ef maþr tekr hapt af rossi manz olofat eþr setr hann inn, eþr förir i fylskni fyrir þeim er a, oc varþar þat III marka utlegþ alt, nema þat se gört viþ þingmann eþr bruþmenn, sva at þeim verþi fara-dvöl at, oc varþar þa fiörbaugsgarþ. Þat ero alt stefno-sakar, oc scal qveþia IX bua a þingi þess, er sottr er um fiörbaugsgarþs sakir, en V til utlegþar.

Ef ross þat er maþr hefir i þingför, eþr i öþrom förum verþr tekit fyrir hanom eþr villt a nockora lund, oc abyrgiz hann

certiorem faciat, modo uno eodemqve die ad eum eundi redeundiqve facultas adsit, nec prius (qvam dominus apparet) eqvo utendum est. Hic, ubi eqvus sit, certior factus, si eum ablatum intra semimensem venire noluerit, colono liceat eqvum domo includere et æstimari facere et proprii instar (deinde) uti, nec ante comitia generalia proxima eum vendat. Dominus veniens, qvicqvid optaverit, sive eqvum sive æstimationem ejus accipiat.

In proprio territorio alienum eqvum si qvis ceperit, compedem ejus, si voluerit, solvat, sed dereliqvens iterum nectat. Si eqvum tum manu prehendere neqviverit, reatum effugit, qvamvis compedem non iterum nectet, dummodo compes eqvum seqvatur. Itidem hoc attendat, si ad dominum eqvo fertur.

Si qvis nulla venia compedem eqvi solverit vel eum domo incluserit vel a domino occultaverit trium marcarum multam singulis hisce casibus luat; nisi in foripetas vel festum nuptiale petentes hoc, in moram profectionis commissum fuerit, qvo casu exilii pœnam subeat. Omnibus hisce casibus citatio adhibeatur, novemqve ejus in qvem agitur domicilii accolæ in causis exilii, qvinqve vero in causis multaticiis adhibeantur.

Si eqvus (conductitius), qvo aliqvis vel in profectione comitiali, vel aliis itineribus utitur, vel subreptus vel alio qvocunqve

viþ eiganda, enda scal hann sökia um öll osëil oc verþa aþili at. Ef hann vill eigi sökia, þa a ross-eigandi at sökia, ef hann vill.

XXXV. Capituli.

Of felags-ross.

Ef II menn eigo ross saman [1])[eþa fleiri eþr scip eþr aþra gripi, þa scal sa abyrgiaz at öllo, er meþ-ferr], oc er hvariom þeirra heimilt i sina þurpt; eigi a at lia öþrom mönnom eþr a leigo at selia, [2])nema allra raþ fylgi; [3])[engi ler þess er annarr a]. [4])Utlegþ varþar þeim er þiggr lan eþr leigir, ef hann veit at fleiri eigo.

[5])[Nu vill annarr sökia um nautn, en annarr hafi let, þa varþar þeim eigi nautn, ef hann getr þann qviþ at hann hygþi þat, at hinn ætti fyrir at raþa, er hanom leþi. En ef hinn vissi, er neytti at hann vildi eigi hafa lata annarr er atti, þa varþar hanom slict sem þa at hvargi leþi.

modo subductus fuerit, ille domino periculum eqvi præstet; sed qva actor competens de qvovis, (hoc respectu) dolose facto actionem ipse instituat, qvod si facere noluerit, eqvi domino pro lubitu agendi jus defertur.

Titulus XXXV.

De eqvis in communione.

Si duo pluresve eqvum, navim, aliamve rem in condominio habuerint, qvivis eorum utens in solidum rei periculum sustineat, sed qvivis eorum, ut necesse habet, eo utendi jure gaudeat. Non, nisi omnium (condominorum) consensu aliis res vel commodetur vel elocetur. Nemo qvod alius est commodet. Multa tenetur si qvis, rem plurium esse sciens, eam vel commodo acceperit vel conduxerit.

Si uno (condominorum) commodante, alter (eorum) de usurpatione (in commodatarium) agere voluerit, hic reatu non tenetur, si per veridicos probare possit, se opinasse commodantem plenam rei potestatem habuisse. Qvod si re utens sciverit alterum condominorum rei usum non concedere, eodem reatu tenetur acsi neuter rem ei commodasset.

---

[1]) *B cum suis omittit qvæ uncis tenentur.*
[2]) *B cum suis legit:* nema beggia raþ se til, *nisi utriusqve consensus adsit.*
[3]) *B cum suis omittit qvæ uncis tenentur.*
[4]) *B cum suis hæc ita exprimit:* Ef annar þeirra selr at leigo oc varþar þeim þeirra utlegþ, enda secz hinn a nautninni, ef hann vissi at þeir atto baþir, *Si alter eorum elocaverit, mulctandus est, alter qvoqve fruitione reatum sibi contrahit, si rem elocatam utriusqve esse sciverit.*
[5]) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

Ef maþr hefir lengr grip þann, er hanom er let; eþr hefir hann leigt, en lofat veri, þa varþar hanom slict sem hvergi se let.

Nu ferr maþr eigi lengr meþ ne viþara enn leyft er, þa verþr heimilt til meþfarar öllom þeim, er hann vill let hafa i þeirri för, hvart sem er ross eþr scip].

Hvar sem menn eigo saman ross eþa annan grip oc vill annarr-hvarr þeirra scipta. Hann scal beiþa hinn meþ vatta sciptingar, at scipta a vikofresti; hann scal qvadda hafa heimilis-bua V til þess er gripinn hefir at halda, III nottum fyrr, at scipta meþ þeim oc meta viþ bok þann grip, at heimili þess er gripinn hefir at halda. Þeir scolo luta siþan, oc scal sa þeirra hafa er lytr, en gialda verþ hinom, at þess heimili er gialda scal, a II vicna fresti. Ef hann kömr eigi til at gialda oc se eigi handsalaþ, þa varþar þat utlegþ oc hardafang.

Si qvis ultra qvod concedebatur, rem commodatam vel locatam detineret, eodem reatu tenetur ac si neqvaqvam commodata fuisset.

Ubi qvis (rem vel commodatam vel locatam) nec diutius nec ultra qvod concessum est usurpat, licita erit rei, sive eqvi sive navis usurpatio, cuicunqve ille in eadem profectione commodare voluerit.

Ubi eqvum vel aliam rem duo in condominio habent, unusqve eam divisam optat, hic alterum, testibus admotis, ad commune dividendum provocet, ut intra hebdomadem divisio peragatur. Qvinqve ejus, qvi rem illam tenet, domicilii accolas provocet, tribus anteqvam procedat divisio noctibus, ut inter eos rem distribuant, et taxent ad librum (sanctum) in ejus, qvi rem possidet, domicilio. Sortes deinde ducant et cujus sors exierit rem obtineat, sed pretium (pro rata) alteri solvat intra duas hebdomades in ejus domicilio, qvi solveret. Si ad solvendum non venerit, nec manu stipulata sit (solutio) pœnam luat pecuniariam et difficultatis in exigendo multam insuper expendat.

XXXVI. Capituli.

Of rossa-reiþir oc rossa-rasir.

Þott buar manz eigi ross, a hann at riþa af eingiom sinom eþr heyvi, hvart sem vetr er eþr sumar; sva scal hann meþ fara sem meþ sin ross.

Titulus XXXVI.

De eqvitationibus et eqvis palantibus.

Tam hyemali qvam æstivo tempore accolarum eqvis e pratis suis vel fœno vehi cuiqve liceat. Propriorum eqvorum instar eos tractet.

Ef fleiri menn riþa rossi manz eþr raþa þeir fleiri um ross-reiþina, eþr hvegi er þeir fara meþ þvi um III böi, eþr þær reiþir aþrar, er scoggang varþa, þa varþar þeim öllom scoggang, er saman raþa um meþförina.

Ef ross beisltamt rennr eptir manni a næsta bö, oc scal hann beiþa menn at taca ross þat, oc secz hann eigi þa a, þott renni til annars böiar, hinom varþar utlegþ, ef þeir varna, oc sva et sama a öþrom bö. Ef a enom III biþr hann oc er hanom eigi veitt þar, þa varþar þeim fiörbaugsgarþ er þar varna, enda hafi hann beþit aþr i tveim stöþum; en utlegþ ella, oc a hann þær sakar.

Hvartsem maþr lætr ross renna eptir ser um II böi eþr einn, oc varþar hanom III marka utlegþ, ef hann biþr eigi menn hepta a næsta bö; en ef hann lætr renna [1])a in III bö, oc varþar hanom þat fiörbaugs-garþ. Manni er rett, ef ross renna eptir hanom, at setia inn oc segia mönnom. [2])Ef þeir fara fleiri saman, oc vilia

Si plures simul eqvo alieno (illicite) vehuntur, vel eqvitationem injustam simul adjuvant consiliis, vel simul cum eqvo alieno, tria prædia pervehuntur, vel qvocunqve modo eqvitationes alias proscriptione coercendas committunt, omnes usurpationem simul promoventes proscriptionis tenentur.

Si eqvus freno assvetus ad prædium proximum aliqvem insecutus fuerit, roget ille viros eqvum apprehendere, qvod si fecerit, neqvid reatus ei adferat (eqvus alienus) ad prædium proximum qvamvis eum inseqvatur. Rogati si (hoc facere) renuerint, pœnam pecuniariam luant. Idem in prædio secundo (et faciat et obtineat). Si in tertio prædio rogaverit sed frustra, renuentes exilii tenentur, modo in duobus locis antea rogasset, sin minus pœnam pecuniariam luant. Hæ causæ ei agendæ competunt.

Sive per dua prædia sive per unum (alienos) eqvos qvis se inseqvi siverit, trium marcarum multam expendat, si modo proximo prædio eqvum compede coercendum non curaverit. Si ad tertium usqve prædium eqvum se inseqvi siverit, exilii tenetur. Cuiqve eqvos se inseqventes includere liceat, qvod tum aliis indicet. Si plures simul itus fecerint, qvorum nonnulli ex justo

1) *B cum suis legit:* um inn þriþia bö, *si per tertium prædium.*

2) *B cum suis legit:* Ef þeir bua fleiri saman oc vilia sumir scil a göra, *si plures simul habitaverint, qvorum nonnulli justa præstare volunt (sententia manca et mutilata, qvæ ad prædiorum habitatores non proficiscentes spectat).*

sumir scil a göra [1]) [en sumir eigi, oc varþar þeim viþ lög er oscil göra a].

Ef maþr ferr oc tekr ross manz oc se eigi öþrom manni um-boþit um varþveizlona, svá at hann viti, oc föri hann þeim manni er a, enda fari hann svá meþ, sem þa mundi hann, at hann ætti, oc varþar hanom eigi viþ lög, ef hann tok af þvi ross, oc förþi þeim er atti, at hann vildi hanom gagn göra.

Ef maþr lætr renna eptir ser ross annars manz or heraþi oc yfir þær heiþar, er vatnföll deilir af II vegna amillom heraþa, oc varþar fiörbaugsgarþ.

Ef maþr lætr renna eptir ser ross manz fra böium a milli fiorþunga oc varþar þat fiörbaugsgarþ.

Ef ross kömr at manni i obygþum, oc varþar manni eigi eptirrasin, ef hann heptir a næsta bö, þott þat renni fiorþunga amilli eþr um heiþar þær er vatnföll deilir af II vegna amilli heraþa.

Ef maþr bindr tagl i munn rossi manz, oc varþar fiörbaugsgarþ.

[2]) Ef menn reka ross fra mönnom a

et æqvo agere volunt, alii vero non, improbe agentes in leges commissi criminis tantummodo tenentur.

Si qvis proficiscens eqvum alienum, cujus curam alteri commendatam ignorat, sibi assumserit et ad dominum transtulerit, ita tractans ac fecisset, si ei proprius fuerit eqvus, in leges commissi criminis non tenetur; si modo eo consilio eqvum prehenderit et ad dominum transtulerit, qvod ejus commodo inservire voluerat.

Ubi qvis ultra tribum et trans tesqva illa montana, unde fluvia tribus disterminantia de utroqve latere manant, eqvum alienum se inseqvi patitur; exilium luat.

Ubi qvis e prædiis trans terminos qvadrantum eqvos alienos se inseqvi patitur, exilium luat.

Si in desertis (montanis) eqvi alieni aliqvem inseqvi cœperint, reatum hoc ei non adfert, si in prædio proximo occurente (eqvos) compede coercuerit, terminos qvadrantum qvamvis inseqvendo transgressus sit eqvus, vel tesqva illa montana unde fluvia tribus disterminantia de utroqve latere manant.

Si qvis caudam eqvi alieni ipsius ori alligaverit, exilii reus est.

Si qvis in stationibus pausæ profici-

---

[1]) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

[2]) *Hanc legem B cum suis ita exprimit:* Fiörbaugsgarþ varþar, ef maþr sceer scello at hrossi manz i þingför a æfongom sva at þau fælaz viþ, en utlegþ i öþrom stöþom, *Exilium luat qvicunqve sistrum qvatiendo eqvos hominis ad comitia tendentis in pausandi locis trepidaverit; in cæteris locis hoc faciens mulctetur.*

aeföngum, eþr scaka scello at i þingför eþr bruþför, oc göra hanom farardvöl, þat varþar fiörbaugsgarþ, en utlegþ i öþrom förom.

[1])[Þat er mælt at jammikit varþar, ef maþr ekr eþr berr klyfiar a eþr hefir i togi, þott eigi se klyfiar a rossi manz sem reiþin jafnlöng.

Þat varþar scoggang, ef maþr neytir ross hinni meiri nautn, þott hann hafi scamt. Su er hin meiri nautn, ef sva er at þat beri qviþr, at rossi veri eigi þat verra, at þvi veri riþit höfiliga hart, dagleiþ eina til alþingis. Um allar hrossnautnir þær er scoggang varþar þa ero þat IIIia þinga sakir oc scal stefna heiman oc sökia viþ XII qviþ].

scentium eqvos fugaverint, vel in itinere ad comitia aut festum nuptiale sistrum qvatiendo trepidaverint, exilii tenentur, sed in cœteris profectionibus, (hoc facientes) multam sibi contrahunt.

Cautum est legibus, ut sarcinas eqvis (alienis nullo jure) vel vehentes vel ferentes, vel a sarcinis qvamvis liberos freno ducentes, eandem pœnam luant, ac si ipsi per idem spatium iis insedissent.

Proscriptionis pœna adhibeatur, si qvis usu majore eqvo (alieno) utatur, qvamvis via brevis sit. Pro usu majori habendum est, si veridici probaverint unius diei ad comitia generalia mediocriter incitatam eqvitationem, (hacce usurpatione) majus incommodam eqvo non allatam iri. Causas de eqvorum usurpationibus proscriptione puniendis agendi jus intra tertia comitia (generalia) non extingvitur. Domo citandum est dodecadis veridicis actioni admotis.

XXXVII. Capituli.

Of taglscurþ.

Ef maþr scerr tagl or stoþhesti manz, [2])þat varþar scoggang. Ef maþr scerr tagl or þinghesti manz, eþr þess manz hesti, er i bruþför er, þa varþar fiörbaugsgarþ. Þa er þinghestr er hann er i þingförinni.

Titulus XXXVII.

De caudarum eqvinarum sectione.

Qvi eqvi alieni admissarii caudam præscindit, proscribendus est. Qvi eqvi alieni comitialis, vel cujusdam ad festum nuptiale tendentis eqvi caudam præscindit, exilium luat. Eqvus comitialis dicitur cum in profectione ad comitia constitutus est.

---

[1]) *Reliqvum tituli B cum suis omittit.*

[2]) *B cum suis legit:* þat varþar fiörbaugsgarþ, *exilio puniatur.*

Ef maþr scerr sva at bein nemr, varþar fiörbaugsgarþ. Nu scerr hann tagl or öþrom hesti, oc verþr hann þa utlagr um þat III merkr. Nu særir maþr ross manz oc verþr hann utlagr um þat IV aurom, ef ecki verþr mein at. Nu særir hann sva at mein verþr at, þa verþr hann utlagr III mörkum. Nu verþr V aura scaþi at eþr meira, þa varþar fiörbaugsgarþ.

XXXVIII. Capituli.
Of þat hve sökia scal um ross-reiþir.

[1] [Hrossreiþar-söc hver scal sott a hino III alþingi þaþan fra er gör er.

Ef menn selia ross sin til gæzlo a alþingi oc scal alin kaupa gæzlo a hvert ross, oc er eindagi a fe þvi miþvikodag i mitt þing i buanda kirkiogarþi, oc varþar þat half Vta mörk haldit. Sa er gætir rossa scal at þvi eino neyta þeirra at riþa at gæzlo oc reka til þings oc til gæzlo, oc scipta þvi at jafnaþi meþ rossum, oc riþa engo meirr enn þat standi eigi fyrir holdum, oc abyrgiaz at öllo, oc varþveita sva sem hann mundi sin eigin oc vildi vel. Hann scal syna eiganda at þinglausnom annathvart ross kvict eþr dautt aþr misseris-tal se upsagt, ella er hann utlagr III

Si qvis ossa caudæ secando læserit, exilium luat. At aliis (qvam nominatis) eqvis caudam præscindit aliqvis, tum trium marcarum multa tenetur. Qvi eqvum alienum vulnere, non tamen nocivo, afficit, qvatuor uncias multæ nomine expendat. At nocivo vulnere (eqvum alienum) afficit, tum trium marcarum multam luat. Qvod si qvinqve unciarum vel gravius damnum vulnerans attulerit, exilio puniatur.

Titulus XXXVIII.
De modo, qvo actio de illicitis eqvitationibus instituatur.

Causa *qvæcunqve, de illicitis eqvitationibus oriunda, in tertiis, postqvam evenit, comitiis generalibus ad finem deducta sit.*

Cum eqvi, per tempus comitiorum generalium custodiendi alii traduntur, cujuscunqve eqvi custodia unica ulna compensetur. Hæc præmia solvendi terminus peremtorius est die mediæ hebdomadis, ad medium tempus comitiale in coloni (comitialis) cœmiterio. Qvatuor marcis cum dimidia injusta hujus pretii detentio expietur. Custos eqvorum iis tantum utatur ad eqvitationem, qva custodia promovetur, cum (nempe) eqvos vel ad campum comitialem agit, vel (in pascuis) congregat. Hanc vero usurpationem justis portionibus inter eqvos distribuat, nec qvovis eorum in

---

[1]) *Hunc titulum B cum suis omittit.*

merkr; scal þeirri söc stefna til annars þings. Rettr er sa dagr allr til stefno. Versc hinn sökinni, ef sökiandi hefir ross sitt aþr meiri lutr manna se abrot riþinn. Ef gæzlo maþr geldr sitt fe fyrir horfit hross, þa verþr hann aþili oc heimtandi, ef ross er tekit].

XXXIX. Capituli.

Of reppa-lög.

[1] [Þat er mælt i lögum vorom at] lögbreppar scolo vera a landi her. En þat er löghreppr, er XX böndr ero i eþa fleiri; þviat eins scolo færi vera, ef lögretto-menn hafa lofat. Þeir böndr scolo eiga at gegna þingfararkaupi [2] [allir] er til hreppa-tals ero talþir. Þoat menn scipti repp sinom i fiorþunga eþr þriþiunga, eþr sva sem þeir vilia scipt hafa, til matgiafa eþr tiunda-sciptis, oc er rett at þeir verþi þar færi i lut reppsins saman enn XX. Sva scolo reppar settir

tantum vehatur, ut eqvus emacescat. Periculum eorum (incuria causatum) in totum sustineat et ut proprios sana mente præditus custodiisset, eos curet. Solutis comitiis et computo semestrium nondum proclamato, eqvum domino vel vivum vel mortuum exhibeat, sin minus tres marcas, multæ nomine, expendat. Causa citatione ad proxima comitia deferatur. Totus ille dies ad citationem manifestandam habilis est. Reatum effugit iste, si agens eqvum suum recuperat prius, qvam foripetarum maxima pars domum abiit. Si custos eqvi subducti pretium domino solverit, ille actor fit competens exactorqve, si eqvus ablatus est.

Titulus XXXIX.

De pagis instituendis.

Legibus nostris constituitur, ut in patria nostra pagos legales habeamus. Pagus legalis est, in qvo viginti pluresve coloni habitant. Ea tantem lege pauciores sint si assessores dicasterii permiserint. Coloni omnes ad pagum consummandum numerati præmium profectionis comitialis solvere obligati sint. Pagum suum qvinqvepartito vel qvadripartito vel qvocunqve alio modo pro lubitu, ad cibaria colligenda vel decimas distribuendas dividere fas est; qvo facto, ut in qvovis pagi particula pauciores

---

1) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

2) *B cum suis omittit:* allir.

at hverr bondi scal sitia et næsta öþrom; scolo sva reppar allir settir, sem nu ero [1][til-talþir].

Landeigendr V scolo vera teknir til socnar i hrepp hveriom at sökia þa menn alla, er oscil göra i hreppinom, oc sva at scipta tiund manna oc matgiöfom, eþr sia eiþa at mönnom. Rett er at þeir menn se eigi landeigendr er socnar-menn ero i repp, ef reppsmenn ero allir a þat sattir.

Ef maþr sitr at reppamoti oc kömr hann i annann repp meþ bu sitt, þa a hann cost at kiosa sic i annann repp meþ bu sitt, ef hinir ero XX eptir eþr fleiri, enda lofi þeir sem fyrir sitia.

Þeir menn ero til þess scyldir, er til socnar hafa hlotiz eþr sva ero tilteknir at allir reppsmenn ero a þat sattir, at scipta matgiöfum oc tiundum oc mannelþi i sinom repp hverir socnarmenn; þeir scolo sva scipta mannelþi, at jafnmicil verþi gisting a hundraþi hverio sculdlauso, þeirra manna er þar bua i repp. Reppsmenn ero scyldir at ala þa menn er socnarmenn scipta a hendr þeim til elþis. Þeim mönnom scolo þeir scipta a hendr þeim, er þeir verþa þar þrotraþa i repp, oc þeim er sva coma a hendr þeim at

qvam viginti coloni habitent liceat. Ita pagi instituti sint, ut unus colonorum ad alterum qvam proxime habitet. Pagi omnes ita instituti sint, ut modo præscriptum est.

Coloni qvinqve prædiati in qvovis pago actores pagani constituantur, qvi jure perseqvantur qvemcunqve paganorum improbe agentem, qvi decimas paganorum cibariaqve collectitia distribuant, et juramentis præstandis adsint. Ut actores pagi constituantur coloni non prædiati, omnibus paganis in id consentientibus liceat.

Ubi qvis in confiniis pagorum habitat et lares suos uni eorum adscribit, ei liceat rem suam familiarem alteri pagorum addicere, modo vigiuti pluresve (coloni) in isto supersint et hujus incolæ permittant.

Actores qvicunqve pagani vel sorte vel omnium paganorum consensu constituti, cibaria collectitia, decimas et alendorum sustentationes in pagis suis distribuere debent. Ita alendorum sustentationes distribuant, ut qvicunqve in pago habitantium centenarius, ære alieno non obstrictus, æqvali alendos sustentandi obligatione gravetur. Pagani alendos ab actoribus sibi assignatos, alere tenentur. Eos paganis sustentandos distribuant, qvi in pago ad incitas rediguntur, et qvi ita colonis injunguntur, ut prædia sua locantes vel operarios condu-

[1]) *B cum suis omittit:* til talþir.

þeir visso eigi þa van til er þeir bygþo lönd sin, eþr toko ser hiu. Sinni landz bygþ scal hverr maþr biarga, hvart sem hann a i sinom repp eþr öþrom til fardaga þeirra, er hann hefir her bygt. Þa scal hann lata neyta fiar sins fyrst, en ef þeim vinnr eigi sitt fe þörf, þa scal sa leggia sitt fe firir þa, er þeim bygþi, eþr föra þa menn til framförslo ella. Þriggia marka secþ varþar er maþr bergr eigi sinni landz bygþ [1] [sem mælt er].

centes id non præsagire possint. Prædii sui colonis conductitiis qvicunqve inprimis opem ferat, sive in eodem pago (ac ipse dominus fundi) sive in alio fuerint constituti, ad tempora usqve migrationum, conductioni proxime præfinita. Propria bona eos primum consumere faciat locans, qvod si hæc ad necessitates eorum subministrandas non sufficerent, sua eorum sustentationi vel impendat vel loca ubi sustententur iis suppeditet. Trium marcarum multam sibi contrahit qvicunqve legum præscriptis convenienter suorum prædiorum habitatoribus non opitulatur.

XL Capituli.

Of fiorþungs-omaga oc göngomanna elþi.

Fiorþungs omaga, oc þa menn er reppsmenn ero scyldir at ala, þa scolo þeir ala jafnvel sem hiu sin oc fa þeim klæþi. Þa menn scal eigi af landi selia ne i sculd taca.

Er erfingiar omaga ero i tveim reppum, þa scolo þeir scipta þeim omögom oc föra amillum reppa til framförslna sinna. Eigi scolo þeir hann lata ganga meþ husum. Ef maþr lætr ganga sinn omaga i repp, eþr scytr hann niþr, eþr förir i repp annan enn vera eigi, eþr leypz hann fra, oc varþar þat III marka

Titulus XL.

De alendis qvadranti adscriptis et mendicorum sustentationibus.

Alendos toti qvadranti adjudicatos et qvoscunqve alios pagani alere tenentur, domesticorum suorum instar alant et vestimenta iis suppeditent. Hi nec e patria tradantur, nec per debitum addicantur.

Si alendorum hæredes in duobus pagis fuerint constituti, actores alendos distribuant et inter pagos ad loca, ubi sustententur, transferant. Ostiatim mendicare alendum ne patiatur. Si qvis alendum suum in pago (suo) ostiatim mendicare siverit, aut in alienum pagum, qvam ubi esse debet, deposuerit, vel transtulerit, aut furto aufu-

---

[1]) *B cum suis omittit:* sem mælt er.

[1])utlegþ, oc scal hanom föra, en lata eigi ganga meþ husum.

Ef omagi er þar förþr a hendr manni i repp at lögum, eþr er þar scotit i repp, þa scal sa maþr er omaginn er förþr skera kross, ef hann þiekiz reppsfundar þarfi oc bera þar til ens næsta huss, oc nefna þar reppsfund at sin a VII natta fresti eþr meira meli, oc qveþa a hvert hinn scal bera krossinn, enda scal hverr þeirra lata bera krossinn fra ser, sva sem sa mælti er sear, oc lata fara sem dagr [2])endiz. Ef menn dvelia kross-förina, eþr coma þeir eigi til reppsfundar, þa varþar þat hvariom þeirra III marka seeþ. En þa dvelia þeir krossförina, ef þeir föra eigi þegar af hendi er þeir vito at kross eom, [3])ef eigi bægia nauþsyniar þeirra. En þa eoma menn [4])[eigi] til reppsfundar, ef eigi coma fyrir miþiandag, þann dag sem aqveþit var. Allir buendr ero scyldir at bera reppsfundar boþ, þeir er i repp ero saman, þot þeir se sumir oauþgari enn þeir eigi þingfarar kaupi at gegna, enda ero þeir jafnscyldir [5]) þa at koma til reppsfundar, ef menn

giens dereliqverit, trium marcarum multam expendat; alendus ei deferatur, sed ostiatim eum mendicare haud concedendum est.

Ubi alendus modo legali in pagum transfertur vel ibi deponitur, ille, cui alendus delatus est conventum paganum optans, crucem secet et ad domum proximam deferat, paganumqve conventum intra septem pluresve noctes in suo domicilio futurum constituat, et definiat simul qvorsum accipiens crucem portet. Qvicunqve vero crucem accipientium, ut eam secans præscripserat a se deferri faciat. Qvamdiu suppetit dies feratur. Qvicunqve crucis delationi moram objicerit vel ad conventum paganum non venerit, trium marcarum multam luat. Moras crucis delationi objiciunt, si scientes qvamvis crucem allatam esse, et necessitatibus non impediti, non statim eam promoverint. Ad conventum paganum non veniunt, qvi ante merediem diei constitutæ non apparent. Coloni omnes in eodem pago habitantes, pauperiores qvamvis, qvam ut præmium profectionis comitialis solvere sint obligati, conventus pagani indicium promovere tenentur. Conventum paganum cruce qvamvis non indicatum qvisqve colonorum freqventare de-

---

[1]) *B cum suis legit:* seeþ, *sensu eodem.*

[2]) *B cum suis legit:* deiliz, *dividitur.*

[3]) *B cum suis legit:* nauþsynialaust, *sine necessitate.*

[4]) *B cum suis perperam omittit:* eigi.

[5]) *B cum suis legit:* enda ero þeir oc jamnscyldir allir at coma til hrepps-fundarens. Menn ero jafnscyldir þa at &c., *Omnes coloni paganum conventum freqventare æqve tenentur. Imo conventum cruce qvamvis &c.*

vito, þott eigi fylgi kross boþino a hendr þeim.

Socnar-menn eigo jafnt at scipta þeim mönnom a hendr er heima sitia manneldi, sem hinom er þar ero.

Eigi scolo þeir bæþi senn ala þa menn, er þar eigo at fara i repp, karlmann oc kono barnbæra, eigi scal sva scipta mann-elþi a hendr þeim at þau se bæþi senn þar. Eigi scolo menn ala göngomenn utanrepps, en ef þeir ala þa varþar þat [1]) fiörbaugsgarþ; þat varþar oc [2]) fiörbaugsgarþ, ef þeir ala þa eigi sem hiu sin, er socnarmenn hafa scipt a hendr þeim, eþr gefa eigi sva matgiafir sem scipt var.

Hvarvetna þess er maþr görir sva illa viþ þann mann, er hann scyldi framföra, at hanom se ovært viþ, hvárt sem hann hefir hann meþ ser eþr felr hann inni, þa a hverr maþr cost er vill at taka þann omaga af þeirri vist, er hanom er ovært viþ, oc fa hanom betri vist, oc heimta fulgor tvennar at hinom slikar sem heimilisbuar V virþa viþ bok þess er heimta a fulgona. Þar ero tvennir aþiliar þeirrar sakar viþ bonda, ef hann gefr eigi matgiöf þeim manni er hanom var scipt at gefa. Þar er aþili socnarmaþr i repp, enda er sa aþili er þiggia scyldi.

bet, dummodo eum habendum esse certo rescierint.

Actores pagi eodem modo domi remanentibus, ac (in conventu) præsentibus (alendorum sustentationem) impertiantur.

(Coloni) ne simul habeant (duos diversi sexus) alendos ad pagum pertinentes, virum nempe fœminamqve non sterilem. Sustentatio ne ita distribuatur, ut in eodem domicilio ea simul utantur. Neqvis ad alium pagum pertinentes mendicos alat. Qvodsi aluerint (coloni), exilium luant. Exilii etiam teneantur si alendos, qvos actores pagi iis assignavere, propriorum domesticorum instar non aluerint, vel, prout constituebatur, si cibaria collectitia non contulerint.

Ubicunqve aliqvis tam maligne sustentandum tractat, ut ei haud tolerandum sit, sive eum in propria domo detinuerit, sive alteri alendum commendaverit, liceat cuicunqve voluerit alendum e mansione illa non tolerabili auferre, et magis liberalem subministrare, duplaqve sustentationis præmia alteri exigere, juxta qvinqve ejus, qvi exigeret, domicilii accolarum in libro (sancto) factam æstimationem. In colonum illum (sordidum), qvi cibaria collectitia non tribuit, cui, ut tribuat, constituebatur, causam agere duobus competit. Actori pagano ibi agere competit, necnon ei qvi cibaria collectitia referret.

[1]) & [2]) *B cum suis legit:* III marca secþ, *trium marcarum multam.*

Socnarmenn ero jafnscyldir at ala menn i repp oc gefa matgiafar sem aþrir menn, [1]) enda varþar þeim oc fiörbaugsgarþ, ef þeir sökia eigi þa menn i repp, er eigi gefa matgiafar eþr ala eigi þa menn er socnar-menn hafa scipt a hendr þeim at retto, eþr sökia eigi repps-fundi, eþr bera eigi hreppsfundar-boþ, eþr ala utanhrepps-menn.

Actores pagani aliorum pagi incolarum instar et alendos sustentare et cibaria collectitia expendere debent, et exilii pœna tenentur, si actione non infestant incolas pagi, qvi cibaria collectitia non suppeditant, vel alendos iis ab actoribus jure assignatos non curant, vel conventus paganos non freqventant, vel pagani conventus habendi indicium non promovent, vel alieni pagi mendicos alunt.

XLI. Capituli.

Of þat at sökia at reppadomi.

Ef maþr vill annan sökia at hreppadomi, þar scal socnari fara oc marka domstaþ i örvar-scoz helgi utangarþz þess manz, er hann vill sökia, oc marka til sins heimilis, þar er hvartki se akr ne eng. Hann scal þat giöra rumhelgan dag. Hann scal fara til huss þess manz er hann vill sökia oc nefna vatta. I þat vetti at ec legg domstefno viþ þic, oc nefna hann [2])[a nafn], a VII natta fresti at viþ scolom dom eiga oc coma þar sva at domr se nefndr fyrir miþian-dag oc qveþa a domstaþinn, en siþan stefna hinom um þat sem hann vill sökia um, oc til þess doms er hann hefir lagþan [3]) oc

Titulus XLI.

De modo agendi in comitiis paganis.

In judiciis paganis si qvis legibus experiri voluerit, actor eat et judicio habendo locum designet intra terminos, per jactum teli definitos, externe a sepimento (prati stercorati) ejus cui actionem intendit. Proprium domicilium vorsus, (locum judicio habendo) designet, ubi nec ager nec pratum est. Die profesto hoc faciat. Domicilium ejus, in qvem agere parat deinde adeat, testesqve denominet in id (inqviat) testificandum, qvod tibi, eo nominato, conventum judicialem, intra septem noctes habendum constituo, ut in judicio experiamur, et ita appareamus, ut judices ante merediem denominati sint. Locum judicii habendi deinde

[1]) *B cum suis legit:* enda ero socnarmenn sekir III mörkom ef þeir sökia eigi &c., *et actores pagani etiam trium marcarum multa tenentur, si &c.*

[2]) *B cum suis omittit:* a nafn.

[3]) *B cum suis legit:* oc telia hanom varþa III marca secþ, *trium marcarum multam ei minetur.*

lata varþa fiörbaugs-garþ. Soknari scal qveþia heimilisbua V þess er sottr er um þat sem hann hefir stefnt um, oc qveþia III nottum fyrir dominn eþr meira meli, oc qveþia rumhelgan dag, oc sva stefna. Hvarr þeirra scal hafa innanrepps-menn til doms, oc scal hvarr þeirra hafa X menn oc taka þar or domendr oc vatta. Qviþmenn scolo vera ¹) umfram. III menn scal hvarr þeirra nefna i dom. Nu vill veriandinn eigi nefna dominn, þa scal sökiandinn nefna allan dominn, oc er þat jafnrett sem þeir hefþi baþir nefndan dominn. Domr scal vera rumhelgan dag. Domr scal eigi vera um langaföslo, ne um löghelgar tiþir. Eigi scal domr vera þær vikor VI, tvær fyrir alþingi, oc þingvicor II oc II vikor eptir þing enar næsto. ²)[Sva scal tiþ vanda til at eiþföra omaga heima i heraþi, sem til þess at eiga reppa-dom]. Þa er domr er nefndr scal hvarr þeirra bioþa öþrom til ruþningar at ryþia dom þann, oc scal sva ryþia sem qviþ. Sa scal bioþa til ruþningar um qviþinn sem qvaddi, oc bioþa þeim er um er qvatt. Fullr er qviþr þott griþmenn se II i, ef buar ero or ruddir. Þeir scolo eiþa vinna þar sem at þinga-domi, ³)[allir þeir menn er þar vilia lögscil mæla, oc framföra at

definiat, et citationem tum alteri impingat, de qvo in eum in judicio constituto agere parat. Exilii pœnam ei minetur. Qvinqve ejus, in qvem agitur, domicilii vicinos evocet actor ad (probandum) id, de qvo (alterum) in jus vocavit. Tribus vel pluribus ante judicium habendum noctibus eos evocet. Tam evocatio qvam citatio die profesto fiat. Pagi incolas qvivis partium judicio adhibeat, et decem sibi assumat viros uterqve, qvorum e numero et judices et testes eligat. Veridici his insuper sint. Pars qvævis tres judices denominet. Qvodsi defensor judices denominare recusarit, actor omnes denominet, qvod non minus justum esse habeatur, qvam si uterqve denominasset. Die profesto judicium habeatur. Nec jejunii longi tempore nec aliis festis legalibus habeatur. Judicium ne instituatur sex illis septimanis, duabus ante comitia generalia, ipsis comitiorum generalium hebdomadis duabus, et duabus illis qvæ comitia generalia proxime subseqvuntur. Ad alendi, jurejurando adhibito, domi in tribu factam delationem tempora tam sollicite legenda sunt, ac ad judicia pagana. Judicibus denominatis unus alterum ad judices illos rejiciendos invitet. Veridicorum instar rejiciantur. Qvi veridicos evocavit, alterum in qvem evocabantur ad eos re-

---

¹) *B cum suis legit:* at fornaþi, *sensu eodem.*

²) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit.*

³) *Uncis inclusa B cum suis omittit.*

domi]. Ef þeir hafa fleiri menn til doms enn X hvarr þeirra, þa verþr sa þeirra utlagr III mörkom, er til þess biþr mönnom, enda er utlagr hvarr þeirra [1] [er fylgir þeim. Utlegþ varþar hvariom þeirra] er varnar tilfarar eþr nockors þess er þarf til at hafa innanrepps-manna. Ef utanrepps-menn coma til doms oc scolo þeir eigi vera i lögscilum; en ef þeir mæla lögscil, þa er sem þeir mæli ecki.

jiciendos invitet. Ad veridicorum numerum adimplendum, colonis rejectis, operarii duo jure adhibentur. Omnes hocce judicio coram justa judicialia dicto factove persoluturi, ut in comitiorum (ordinariorum) judiciis solet, juramenta præstent. Si plures qvam decem viros, partium qvivis judicio secum admoverit, ille eorum, qvi hunc in finem viros conqværit, trium marcarum multa tenetur, et qvi (ultra justum numerum) eum seqvuntur, multandi sunt. Multam (porro) paganorum ille sibi contrahit, qvi vel propriam præsentiam, vel alia qvævis (ad judicium paganum) necessario habenda suppeditare recusat. Alieni pagi incolæ, judicium hoc advenientes, justis judicialibus persolvendis ne adhibeantur. Justa judicialia ab iis prolata pro indictis habeantur.

Ef þat berr qviþr a mann, at hann hafi alit utanhrepps-mann, þa a hinn at beiþa ser biargqviþar, at bera um þat hvart hann hugþi at hinn veri heimilisfastr eþr eigi. Nu berr þat qviþr, at hann hugþi at hann ætti heimili, þa versc hann sökinni. Þeir scolo domendr sitt mal hafa, er fleiri ero saman þar. Ef þeir ero jafnmargir, þa scal afall döma.

Si qvis veridicorum effato, alieni pagi alendos sustentasse convincitur, effatum purgatorium poscat, qvo definiatur an alterum certo domicilio uti opinasset, nec ne. At comprobant veridici eum opinasse mendicum certo domicilio adscriptum esse, tum a reatu liberatur. Judicum numero plurium prævaleat sententia. Qvodsi totidem utramqve foverint sententiam, reus condemnetur.

[1]) *Qvæ uncis tenentur B cum suis omittit, seqventia antecedentibus conjungens.*

XLII. Capituli.

Of scipamenn.

Þeir menn er at scipom eigo buþir, þeir scolo eigi ala utanrepps-menn ne konor þær er barnbörar ero, þoat þær se innanrepps-menn. Þa menn scolo [1])scipamenn eigi ala er göngomenn ero.

Sva scal fara at socn allri viþ scipamenn sem viþ böndr, nema þat at sa er sòkia vill scipamenn um mannelþi, scal leggia domstefno heima at sin, enda scal sökiandinn hafa sva marga menn sem hann vill til doms, en veriandinn X menn oc a scipamaþr slica vörn fyrir sic sem bondinn. Þeir scolo þann dag luca domi sinom sem þeir coma til. Domr a at döma giald a hendr scipamönnom XIV nottom eptir dominn, þar sem domrinn var attr. Giald scal döma a hendr boandanom [2])Vta dag þann er VII vicor ero af sumri, þar i domstaþnom vitigiald. En matgiöld XIV nottom eptir dominn, ef um þat er sott. Ef þeir eigo [3])gialdaga saman oc scal þar gialdaz vitiþ.

Titulus XLII.

De navigantibus.

Ad naves (mercatorias) tentoriis agentes nec alieni pagi mendicos nec fœminas proliferas, qvamvis ad eundem pagum pertinentes alant. Nautæ vagos ne alant.

Eodem omnino modo actio in nautas ac colonos institnatur, nisi qvod in nautas de sustentationibus (illicitis) agere volens, in proprio domicilio conventum judicialem ponat et qvot ipsi placet viros judicio admoveat, defendens vero decem tantum (adferat). Nauta eodem ac colonus sese defendendi jure gaudet. Eodem qvo apparent die sententiam ferant. Judices nautis injungant multam, loco ubi judicium habebatur solvendam, qvatuordecim postea noctibus. Multa colono (reo) solvenda injungatur qvinto die hebdomadis, septem æstatis septimanis peractis, et in judicii habiti loco; cibariorum vero expensio, si ad ea exigenda agitur, qvatuordecim post judicium actum noctibus. Si agens (reusqve) locum ad solvendum utrinqve æqve opportunum habuerint, ibi multa expendatur.

XLIII. Capituli.

Of giöld eptir reppadom.

Viti scal gialda i lögaurom, enda er

Titulus XLIII.

De multis juxta pagani judicii sententiam solvendis.

Merce legali multa solvatur; sed etiam

[1]) *B cum suis legit:* menn, *homines (in genere).*
[2]) *B cum suis legit:* Þorsdag, *die Thori (Jovis).*
[3]) *B cum suis legit:* giald-haga, *opportunitatem solvendi, in eodem loco.*

rett at gialda i gripum; en gripir scolo vera eigi verri enn tveggia aura se verþr inn odyrsti. Þat fe seal öfundlaust vera. Lögmetendr scolo þeir hafa til fiarmetz þess. [1])Sa er taka scal oc sa er gialda seal eigo at meta fe til fullra aura, þar er domr dömir giald, þa seal döma fyrir miþian dag, enda seal sva tilcoma sa er taea seal oe gialda. Ef [2])[menn] glepia dom, þat varþar fiörbaugsgarþ þeim er þat görir; þeirri söe seal stefna heiman, oc qveþia til heimilisbua IX a þingi þess er sottr er.

fas erit in cimeliis eam expendere. Cimelia hæc ne minoris pretii sint qvam ut duarum unciarum constet qvod minimi pretii est. Neqvid doli his bonis insit. Æstimatores legales ad horum bonorum taxationem adhibeantur, qvi caperet et qvi expenderet. Bona solvenda ad plenas uncias illi æstiment. Ubi judicium (paganum) bona alicui solvere injungit, ante merediem ferat sententiam, qvo tempore tum accipiens cum solvens in præsto sint. Si qvis judicium (paganum) turbaverit, hoc faciendo exilium sibi contrahit. Causa inde oriunda domo citetur, novem ejus in qvem agitur domicilii vicinis in comitiis evocatis.

XLIV. Capituli.
Of heraþsdom.

Heraþssoen scal upp vera hafiþ a XIV nottum þeim hinom næstum er soenar aþili veit sökina. Ef viti verþr sva nær þingi, at eigi matti sökia at heraþsdomi, þa scal socnarmaþr i repp stefna þeirri söc heiman, oe qveþia heimilisbua V til a þingi þess er sottr er. Ef socnarmenn vilia eigi sökia at reppa-domi, þa a hverr at sökia þær sakir er vill innanreppsmanna oc stefna til þings. Þar er socnarmenn vilia eigi sökia þær sakir, sem þeir

Titulus XLIV.
De judiciis tributis.

Actio in tribu instituatur qvatuordecim proximis noctibus postqvam actor competens causam resciscit. Si delictum tam prope ad comitia tributa, ut in judicio tribus agendi oportunitas desit, evenerit, actor pagi causam illam domo citet, et qvinqve ejus in qvem agitur domicilii vicinos in comitiis (generalibus) evocet. Si actores pagani in judicio pagi agere recusarint, paganorum qvicunqve voluerit has causas agendas suscipiat, et ad comitia citando transferat. Actores pagi ubi causas iis delatas

[1]) *Verba:* Sa er taca scal oc gialda, *B cum suis cum antecedentibus bene conjungit; et post ea novam sententiam incipit cum:* þeir, *illi, qvod ad æstimatores non ad partes referendum est.*

[2]) *B cum suis male omittit:* menn.

ero til teknir, oc varþar þeim þat [1]) fiörbaugsgarþ oc eigo reppsmenn þær sakir. Þeim sökom scal stefna heiman, oc qveþia til heimilisbua V a þingi þess er sottr er. Ef þeir vilia eigi sökia, þa a hverr er vill sökina. Ef annarr maþr sökir sökina, þa er socnarmaþr er til tekinn oc stefnir til þings, oc bregþr sökinni viþ þann er sökia scyldi. [2]) Socnarmaþr a cost þo at sökia, ef hann vill, ef hann getr þann qviþ, at hann vissi eigi sva at hann mætti dominn hafa attan XIV nottum fyrir alþingi, at hinn hefþi görva sökina þa er hinn hefir stefnt um, enda berr þat qviþr, at hann mundi sökia hann um þott hinn hefþi eigi stefnt. Rett er at socnarmenn scipti reppsmönnom meþ ser hveria hverr þeirra scal sökia, þeirra manna er oscil göra i repp, oc scal þa hverr þeirra sökia sem scipt er tilhanda. Hvarvetna þess er feviti ero dömþ at reppa-mali at þinga domi, þa scal döma XIV nottum eptir vapnatac, i örvarscoz hælgi utan garþz, þar er hvartki se akr ne eng, þangat fra garþi er sa a heimili er sotti.

agere nolunt, exilium luant, causæqve illæ paganis deferantur; domo in comitia citatione transferantur, qvinqve ejus in qvem agitur domicilii vicinis in comitiis evocatis. Si (pagani) agere noluerint, causa in universum volenti agenda defertur. Si actore constituto sed agere negligente alter causam egerit, et in comitia citatione detulerit, causa ab eo, qvi ageret, recedit, actor paganus tamen, si voluerit, jus habeat agendi, dummodo veridicis probare possit, se causam, de qva alter in jus vocavit, non ita rescivisse, ut qvatuordecim ante comitia generalia noctibus judicium instituere possit, et veridici etiam contendant (actorem pagi) acturum fuisse alter qvamvis actionem non instituisset. Ut actores pagi paganos inter se distribuant fas est, (definiendo) qvos improbe in pago agentes qvilibet eorum actione infestet. Actorum qvisqve tum juxta factam distributionem actiones instituat. Ubicunqve pœna pecuniaria juxta paganas constitutiones a judiciis comitialibus irrogatur, judicum sententia definiat multam expendendam qvatuordecim post armorum sumtionem noctibus, externe ad sepimentum (prati stercorati) intra terminos per jactum teli definitos, ubi nec pratum nec ager est, et a sepimento ejus domicilium versus qvi agebat.

---

[1]) *B cum suis legit:* III marca secþ, *trium marcarum multam.*

[2]) *B cum suis legit:* socnarinn, *sensu eodem.*

XLV. Capituli.

Of löghreppa manna.

Hverr maþr scal þar eiga lögrepp, sem hann hefir a framförslo verit, nema hann se at lögum af kominn, eþr þar ella sem næsta-bröþri hans er vistfastr eþa nanari maþr. En þat er rett at ala þa menn er fara til lögrepps sins nattverþar-elþi, þviat eins at dagverþi, ef lögheilact er. En þa ef þeir coma i löghrepp sinn, þa ero þeir böndr, er þingfarar-kaupi eigo at gegna, allir scyldir at ala þa slico elþi, sem reppsmenn verþa asattir, nema þeir föri þa a framförslor. En ef þeir menn ero framförslo-lansir er eigi eigo næsta-bröþra vistfastan eþa nanara mann, þa ero landzmenn allir scyldir at ala þa slico elþi sem hinom var mælt aþan. En ef þeir verþa veþr-fastir, eþr meina þeim vötn eþr firþir, þa er rett at ala þa menn meþan maþr vill eno sama elþi. Eigi scal göngomönnom veita husrum, þeim er eigi er elþi mælt, oc engar veizlor, nema til skua eþa fata.

Titulus XLV.

De legali cujusvis pago.

Legalem pagum qvicunqve ibi habeat, ubi sustentabatur, nisi juste eum deseruerit, vel etiam ubi tertio (lineæ collateralis æqvalis) vel propinqviori gradu ei conjunctus certo utitur domicilio. Hominibus, qvi ad legalem suum pagum tendunt, cœnæ cibaria præbere liceat; prandium iis tantum apponatur, si festum legale instaret. In legalem suum pagum postqvam veniunt, coloni omnes præmium profectionis ad comitia solvere obligati tantum alimoniæ iis præbeant, ac inter paganos convenit, nisi certis locis sustentandi adscribantur. Qvodsi certis locis non adscripti fuerint, qvi in tertio (lineæ collateralis æqvalis) vel propinqviori gradu sibi conjunctum et fixæ mansioni addictum neminem habent, omnes cives eos ita alere debent ac istis nuper præfiniebatur. Ubi vero vel tempestatibus detinentur, vel fluvia aut sinus itus eorum impediunt, eodem modo eos alere, qvamdiu cuiqve placuerit liceat. Mendici vagi, qvibus nullibi alimonia constituitur, hospitio ne excipiantur, nec qvicqvid iis tribuatur, nisi qvod ad calceamenta et vestes inservit.

XLVI. Capituli.

Of afbrigþ reppamals.

En um afbrigþ þessa mals [1]) hvart sem menn ero ofalnir eþr vanalnir, þa varþar þat fiörbaugsgarþ, oc eigo reppsocnarmenn þær sakir. Nu þickir byscopi eigi gaumr at gefinn, þa er rett at hann fai mann til socnar. En þar er reppsmenn göra eigi sökia, þa er utanreppsmönnom rett at taka sva til socna her sem um aþrar reppssocnir, en fiörbaugsgarþ varþar þeim mönnom er til socnar ero teknir, ef þeir sökia eigi. En V bua scal qveþia til fiörbaugs-saca þeirra allra a alþingi. Þat er rett at stefna heiman at lögheimili manz eþr þar er hann heyri a sialfr til alþingis eþr til varþings þess er sa er i er sottr er. Enda er rett at lysa a alþingi, ef sa er a þingi er sottr er. Rett er at lysa at þinglausnom til socnar annat sumarr. Ef menn stefna þeim söcom [2]) igegn, er þat berr qviþr at eigi mundi ella sottar vera, þa eigo þær eigi at metaz.

Þar er menn ero sottir um mannelþi þa er þat lögvörn, ef þeir geta þann qviþ, at þeir hugþa at þeir ætti at ala þa menn. Þat er enn lögvörn, ef maþr byþr gerþ byscopi oc handsalar þat, þa scal eigi nita. Þat er enn lögvörn ef

Titulus XLVI.

De paganarum constitutionum neglectu.

At hisce constitutionibus declinantes, alendis sive nimis sive parum alimoniæ præbendo, exilium luant, qvæ causæ actoribus paganis competunt. At episcopus actores negligentiæ arguit, tum ut alii jus agendi deferat fas est. Ubi vero pagani agere supersedunt, alieni pagi incolis liceat actiones hic instituere, utut de aliis causis in pago (proprio) agerent, sed exilii tenentur ad agendum destinati, si agere neglexerint. Ad omnes hasce exilii causas vicini qvinqve in comitiis generalibus evocentur. E justo alicujus domicilio, vel ubi exaudit ipse, ad comitia generalia vel vernalia, qvæ seqvitur ille, in qvem agitur, domo citare fas erit. In comitiis generalibus, si adfuerit ille, in qvem agitur, causam denuntiare etiam liceat. Comitiis solutis causa proxima æstate agenda jure denuntiatur. Si aliæ his causis contrario citantur, qvas non alias in jus delatas fuisse veridici contendunt, nullius habeantur.

Ubi de injustis alimoniis in aliqvos agitur, peremtoria exceptio est, si veridicis comprobare possint, se opinasse sibi horum alendorum sustentationem injunctam fuisse. Altera est exceptio peremtoria, si causa decidenda, manu juncta epi-

---

[1]) *B cum suis legit:* hvartz, *sensu eodem.*

[2]) *B cum suis legit:* igögn, *sensu eodem.*

menn taka göngomann oc hyþa fullri hyþing, oc verþr þo rett at [1]) III böndr hverfi at, oc hyþi einn mann, metaz þær varnir um þær sakir allar er þeir höfþo aþr görvar aþr barsmiþin veri. Byscop a kost at þoka þesso mali, ef hann vill oc hafa uppi i lögretto; þeim mönnom er lögvörn þat, er til socnar ero teknir, ef þeir geta þann qviþ at þeir visso eigi, at þær sakir voro görvar er þeir voro sottir um at þeir höfþo eigi tiltekit. Þeir göngomenn ero til hyþingar talþir [2]), er eigi er elþi mælt.

scopo compromittitur. Hoc minime recusandum est. Exceptio porro legalis est, si mendicum vagantem arripuerint, et flagellatione exactissima castigaverint; nec injustum erit ut tres coloni unius illius flagellationi incumbant. Hæcce exceptiones omnia ab iis ante flagellationem, (in pagi constitutiones) commissa delicta elidunt. Episcopo hasce constitutiones si voluerit immutare et in dicasterio referre liceat. Ad agendum constitutis id legalem præbet exceptionem, si veridicorum effatum adqviverint (probans) qvod causas illas, de qvibus neglectis actione infestantur, ortas fuisse ignorassent. Mendici illi vagi flagellationi obnoxii sint, qvibus alimonia nullibi est constituta.

XLVII Capituli.

Of samqvamo-mal.

[3]) [Til samqvamna þeirra, er reppsmenn eigo at lögum, ero böndr allir scyldir at coma fyrir miþiandag, þeir er innanrepps bua; III marka utlegþ varþar þeim er eigi vill coma. Ef maþr ma eigi coma til samqvamo, þa scal hann senda huskarl sinn til samqvamo, þann er scilum haldi upp fyrir hann a samqvamo. Varþr er hann söc, ef hann görir sva. Socnar-

Titulus XLVII.

De (pagani) conventus constitutionibus.

Ad conventum a paganis institutum coloni omnes intra pagum habitantes ante meridiem veniant. Trium marcarum multam luat qvicunqve apparere recusarit. Qvi conventui pagano interesse potestate destituitur, operarium suum ad conventum mittat, qvi in justis judicialibus exeqvendis vices ejus in conventu agat. Sic faciens reatum effugit. Singulo vere in conventu

[1]) *B cum suis pro:* III, *legit:* aþrir, *alii.*

[2]) *B cum suis interponit:* her, *hic.*

[3]) *Hunc titulum B cum suis omittit.*

menn scolo samqvamo-menn taca III eþr fleiri hvart var a samqvamo þeirri er höfþ er næst varþingi eptir, þa er söki menn um afbrigþ samqvamo-mala, öll þau er a þeim misserum verþa gör.

Sa maþr er at bygþ vill fara i repp or öþrom repp, hann scal fara til samqvamo þeirrar, er menn eigo um langaföstо, oc biþia ser bygþar-leyfis. Menn eigo at lofa þeim manni bygþ, nema hann hafi þyfi-giöld goldin, eþr at þiofscap sannr orþit, eþr se hann sva fatökr at þess þicki at van, at hann megi eigi biargaz meþ liþ sitt þau missare, nema hreppsmenn dugi hanom. Ef maþr ma eigi comaz til þeirrar samqvamo, eþr ræþr hann siþarr bu sitt, þa scal hann biþia ser bygþarleyfis a samqvamo þeirri eptir varþing. Ef maþr ma eigi coma til þeirrar samqvamo, þa scal hann beiþa ser bygþarleyfis bua sina V landeigendr, þa er næstir bua þvi landi, er hann vill a bua. Þviat eins vinnr hanom þörf þeirra leyfi, ef hann atti eigi cost a samqvamo um at röþa. Ef sa maþr ferr i repp at bygþ olofat, er menn ætti bygþ at leyfa, ef hann bæþi lofs, þa ma hann þo bua þar i repp, ef hann vill. En i engom verþr hann lögscilum meþ öþrom reppsmönnom. Eigi ero menn scyldir at böta hanom scaþa, þott hann biþi. Ef sa maþr görir þar bu, er menn eigo fyrir þær sakir bygþ at banna, sem aþr var

qvi post comitia vernalia primus habetur actores (pagani) tres pluresve in conventu præsentium eligant, qvi incolas pagi ob conventuum constitutiones, anno vertente, violatas actione perseqvantur.

Qvi lares suos ab uno pago in alterum transferre parat, ad conventum, qvi in jejunii longi tempore habetur, veniat, et (in pago) habitandi veniam sibi expetat. Hæc ei concedatur, nisi furti multam antea expendisset, vel furti manifestus aliqvando factus sit, vel (tandem) tam modicæ ei sint facultates, ut probabile sit, eum, nisi paganis sublevatum, per annum vertentem se suosqve necessario alendos non sustinere posse. Si in hocce conventu apparere non potuerit, vel serius rusticatum instituere decreverit, tum (in pago) habitandi veniam sibi expetat in proximo post comitia vernalia conventu pagano. Si neqve huic conventui interesse possit, accolas qvinqve prædiatos, proxime ad fundum, in qvo rusticari intendit, habitantes, in pagum se deferendi veniam roget. Eorum concessio tum modo ei sufficit, si in conventu hoc referendi potestatem non habuerit. Si nulla venia in pagum lares suos transtulerit, ille, cui, si veniam expetisset, jus habitandi, pagani impertiri debuissent, si voluerit in pago qvidem habitet, sed cum cæteris paganis justis persolvendis ne adhibeatur, nec damnum (casuale) si passus fuerit ei resarcire pagani tenentur. Si qvis ob causas

tint, hvart sem er at hann biþr ser eigi bygþar-leifis, eþr vill hann þo bua at hanom se bannat, þa eigo reppsmenn at taka upp bu hans eþr föra hann a brott or repp, ef þeir vilia. Eigi scolo menn tiund miþla viþ hans liþ ne matgiafir. Þat scal samqvamo-mal vera allra manna a milli fast sem þeir verþa asattir, er til samqvamo coma. Meiri lutr boanda scal raþa, ef eigi verþa allir a eitt sattir um ny samqvamo-mal. Eigi scal fornom samqvamo-malom þoka, nema allir verþi asattir, þeir er i repp bua].

antea memoratas e mansione in pago excludendus, tamen lares ibi fixerit, sive veniam habitandi non expeterat, sive prohibitus habitare pergit, pagani jus habeant, rem ejus familiarem tollere et pago efferre si voluerint. Nec decimæ nec cibaria collectitia ejus necessario alendis impertiantur. Illæ conventus (pagani) constitutiones inter omnes (paganos) valeant, qvæ a conventum agentibus sanciuntur. De novellis conventus (pagani) constitutionibus plurima colonorum vota valeant, ubi omnes in unum non consentiunt. Conventus pagani constitutiones antiqvæ ne immutentur nisi omnes in pago habitantes in id consentiunt.

XLVIII. Capituli.
Of scaþa-bötr.

[1] [Scaþa-bötr ero mæltar, ef fallsott kömr i fe manz, sva at fellr fiorþungr nautfiar þess er hann hefir eþr meiri lutr, þa scolo reppsmenn böta hanom scaþa. Hann scal qveþia til nabua sina V a enom næsta halfom manaþi, er fallsott lætr af, at virþa scaþa sinn; hann scal segia til scaþa sins, oc syna þeim holld oc huþir, þess fiar er af er farit. Hann scal siþan vinna eiþ fyrir þeim, at sa er scaþi hans sem þeir hafa virt eþr meiri. Siþan scal hann segia til a sam-

Titulus XLVIII.
De damno (casuali) resarciendo.

Damna (casualia) resarcienda esse leges definiunt. Si pestis pecora alicujus ita corripuerit, ut qvaterna majorve pars boum ejus decrepat, pagani damnum ei resarciant. In proximo postqvam pestis recedit semimense accolas suos qvinqve ad damnum suum taxandum provocet. Damnum qvale passus sit definiat, et carnes et coria pecorum demortuorum iis exhibeat. Iis exaudientibus juramento dein asseveret, se damnum qvantum æstimabant vel majus passum esse. In conventu porro (pa-

[1]) *Hunc titulum B cum suis omittit.*

qvamo, hve scaþi hans hefir virz, en böndr scolo böta hanom halfan scaþa; þeir scolo sva böta, at jammiclo se bött af hundraþi hverio. Eigi ero menn scyldir at böta framarr enn sva, at VI alnir se golþnar af C hverio VI alna aura.

Ef fleiri menn biþa scaþa a einom misserom, þa scal jamt öllom böta til þess er VI alnir ero af hundraþi hverio goldnar. Ef þa vinz eigi til þess at halfr scaþi verþi böttr hveriom þeirra, þa scolo böndr telia sva til, at þeim mun minna hafi hverr þeirra af botum sem þeir hafa minna scaþa beþit].

gano) qvanti damnum ejus æstimabatur, referat, coloni vero dimidiam damni partem ei resarciant. Ita resarciant, ut e qvovis (bonorum eorum) centenario tantundem rependatur. Pagani ne plures in resarcitionem pecunias conferre tenentur, qvam ut sex ulnæ e qvovis centenario, cujus unciæ sex ulnis constant, expendantur.

Si plures (paganorum) anno vertente damnum fuerint passi, hoc omnibus pro rata resarciatur, sex ulnæ donec e qvovis centenario expensæ sunt. Ad dimidiam cujusvis damni partem resarciendam, si hoc non suffecerit, pagani ita rem moderent computando, ut resarcitionis tanto minus qvicunqve capiat, qvanto minus damni percipiebat.

XLIX. Capituli.

Of hus-bruna.

[1] [Hus ero oc þriu i hvers manz hibylum þau er til scaþa-bota ero mælt ef uppbrenna. Eitt er stofa, annat eldhus, et III bur þat er konor hafa matreiþo i. Ef maþr a bæþi elldhus oc scala, þa scal maþr kiosa a samqvamo um varit, hvart hann vill heldr at menn abyrgiz meþ hanom eldhus eþr scala.

Ef kyrkia eþr bönahus er a bö manz þa er þat et fiorþa hus til scaþa bota

Titulus XLIX.

De domuum incendiis.

Tres porro domus cujusvis domicilii, si flammis consumuntur, e præscriptis legum reparandæ sunt. Prima coenaculum, secunda hypocaustum, tertia penuarium ubi fœminæ cibos parant. Si cui et hypocaustum et cubiculum simul fuerit, in conventu vernali declaret, utrum eligit ut alii eocum hypocausti, an cubiculi periculum sustineant.

Si templum sacellumve in cujusdam domicilio fuerint, hæc domus sit qvarta,

---

[1]) *Hunc titulum B cum suis omittit.*

talit, þar er þat er til. Ef nockort brennr upp fyrir manni þessara husa er nu ero talit, þa scal hann heimta til bua sina V, oc lata virþa scaþa sinn þann er orþinn er. Þeir scolo scaþa þann virþa, er at husi er orþinn, oc at klæþum oc at gripum þeim, er inni hafa brunnit. Þann einn klæþnaþ eþr gripi scal til scaþa-bota telia er husbondi atti oc hvern dag þurfti at hafa. Eigi scal gersimar ne vöro enga til scaþa-bota telia. Mat scal til scaþa-bota telia, ef inni brennr. Ef kyrkia brennr upp, þa scal meþ henni til scaþabota telia kirkiotiölþ oc saung-hus, oc klucko þa er bezt hefir verit þa er inni hafi brunnit, ef fleiri hafa verit enn ein, oc þat scruþ hennar alt, er hvern dag þarf at hafa. Slict er mælt um böna-hus et sama.

qvæ si extiterit, e præscriptis legum reparetur. Si qvæ hic nominata domus flammis consumitur, accolas suos qvinqve advocet (colonus) qvi damnum factum æstiment. Hi damnum qvod acciderat tum qvoad domum ipsam, tum vestimenta resqve in domo conflagratas, taxent. Ea tantum vestimenta et res qvæ hero ipsi fuere, et qvotidie adhibenda, resarcientur. Nec cimelia nec merx cujusdam generis resarciendis annumerentur. Cibaria in domo flammis consumta resarciendis adscribantur. Templo conflagrato, eocum resarciendis adnumerentur vela parietum, exedra et campana optima earum, qvæ in templo periere, si una plures fuerint, et qvæcunqve alia ejus utensilia qvæ qvotidie adhibentur. De sacellis eandem constitutionem leges sanciunt.

Nu hvatki sem uppbrennr þessa husa, þa scal þar oc halfan scaþa böta, at þeim hætti sem aþr var tint. Sa er eindagi a scaþabotum sem reppsmenn verþa asattir at vera scal, oc scal sva stefna sem um annat eindagat fe, nema eigi fylgir handsalsslit oc eigi harþafang. Eigi ero menn scyldir hinom sama manni optarr scaþa-bötr enn þrisvar.

Si qvæ harum domuum conflagraverit, dimidia damni pars reparetur, eodem modo ac antea memoratur. Terminus reparationem solvendi peremtorius sit, qvi paganorum consensu constituitur. Ut de pecunia die oculata solvendis agendum est, nisi qvod multæ, ob fidem dextræ violatam et difficultatem in exigendo, non adhibeantur. Eidem ter sæpius damnum reparare pagani non tenentur.

Ef maþr tekr hiu or öþro þingmarki, hann scal sialfr þeirra vandræþi öll abyrgiaz, en reppsmenn ero til öngra orlausna scyldir um þat framarr enn þeir vilia].

Si qvis domesticos ex aliena toparchia conduxerit ipse eorum incommoda in se recipiat, sed pagani præter qvod ipsis placet ei succurrere non tenentur.

L Capituli.

Of rettafars-sakir viþ utlenda menn.

[1]) [Þat er mælt, ef rettafars sakir ero a hendi utlendom mönnom, at rett scal sakar aþilia at stefna þeim söcom at heimili goþa þess er sa er i þingi meþ sialfr sakar aþili, til doms þess er hann ræþr at nefna at heimili goþans a vikofresti þaþan fra er stefnt er. Sökiandi scal þann mann lata vita, er söc er a hendi, at hanom er stefnt III nottom fyrir dom eþr meira meli. Þar scal sökiandi qveþia IX heimilis-bua til sakar þeirrar, þa er næstir ero vetvangi oc rettir se at tengþum, III nottum fyrir dom eþr meira meli. Sökiandi scal nefna XII menn i dom þa er vistfastir se, oc kunni at hyggia fyrir orþi oc eiþi. Sva scal at socn fara at domi þeim sem at þingadomi, oc sva scal vörn fram föra. Ef vörn kömr eigi framm, oc verþr maþr sannr at söc, þa a domr at döma fulla secþ hans, oc þegar i staþ scct fe hans alt oc til-tökt. Ef utanheraþs-menn eigo þessa söc at sökia, þa scolo þeir stefna oc eiga dom at heimili goþa þess er þeir kiosa til af þeim, sem goþorþ hafa i þeirri þingsocn, sem sakir göraz i, oc

Titulus L.

De juris personalis violati actionibus in peregrinos.

Cautum est legibus, ut, peregrinis de jure personali violato actione infestatis, actori competenti, in hisce causis liceat citationem manifestare in domicilio prætoris cujus curiam actor ipse seqvitur, ad judicium, in prætoris domicilio intra hebdomadem a citatione manifestata peractam, ab ipso constituendum. Agens eum, cui actio intenditur, tribus vel pluribus ante judicium habendum noctibus, eum in jus vocatum esse, certiorem faciat. Novem facinoris commissi loco proxime accolas domesticos, qvoad cognationem habiles, in hacce causa evocet agens, tribus vel pluribus ante judicium noctibus. Agens duodecim viros, in domestica mansione fixos, et verbis suis et juramentis prospiciendi habiles judices denominet. Actio ut in judiciis comitialibus solet, hic procedat, et defensio eodem modo proferatur. Si causa exceptione non eliditur et reus convincitur, reatum plenum judices ei injungant bonaqve ejus omnia statim commissa et publicanda (judicent). Si alieni pagi incolis hanc causam agere competerit, illi et citationem manifestent et judicium instituant in domicilio prætoris qvem eligunt eorum, qvi præturas tenent in toparchia, ubi causæ

---

[1]) *Hunc titulum B cum suis omittit.*

scolo þeir sva at socn fara, sem aþr var tint].

LI Capituli.

Of alnar rangar, oc sökia at heraþsdomi.

[1] [Sva er mælt, ef maþr mælir alnar rangar, sva at munar aln eþr meira i XX alnom, at þat varþar fiörbaugsgarþ; sa a söc þa er sins missir i þvi. Til þeirrar socnar scal qveþa a þingi IX heimilis-bua þess er sottr er. Söc þeirri scal stefna at heimili þess er sottr er, eþr þar sem hann heyrir a sialfr. Rett er þeim er sökir at stefna i þingbrecko a varþingi þvi er hann heyr sialfr, oc scal þviat eins rett at stefna þar i dom, ef sa er a þingi, er sottr er, en ella scal stefna til alþingis. Ef þessi söc er rett höfþut, oc koma þau gögn fram meþ henni at domi sem henni eigo at fylgia, þa eigo varnir eigi at metaz, um þat mal, oc eigi scolo gagnsakir metaz, ef þat ero eigi seeþar-sakir a mot alna-söc. Þott eigi se lengra vaþmal röngom alnom mælt enn III alnar oc varþar þat fiörbaugs-garþ, ef van er at muna munþi öln i XX alnom, ef sva langt vaþmal veri mælt slicum alnom. Slict varþar um rangar alnar a lereptum sem a vaþmalum. Rett er at sökia austmann at

eveniebant. Sed in cæterum ut antea memoratur actionem moderent.

Titulus LI.

De ulnis injustis et in comitiis tributis actionibus.

Definiunt leges, qvod si qvis ulnas tam improbe mensuraverit, ut in viginti ulnis (mensuratis) unius ulnæ vel major (a justo) differentia adsit, exilium luat. Per dolum ejus damno affectus causam agendam suscipiat. Novem ejus in qvem agitur domicilii vicini, actioni admovendi, in comitiis evocentur. Citatio causæ manifestetur in rei domicilio vel ubi ipse exaudit. Agenti etiam in clivo comitiorum vernalium, qvæ ipse agit, citationem publicare liceat, sed ea tantum lege, causa citata, in comitiis vernalibus mox peragatur, si ipse reus adfuerit, sin minus in comitia generalia causa transferatur. Si causa illa legaliter instituta sit, et auctoritates, qvæ eam seqvantur, judicio coram proferuntur, exceptiones in ea causa nullius habendæ sunt, nec reconventione elidatur, nisi causa condemnatoria causæ multaticiæ occurrat. Panni vulgaris, etiam tres ulnas longitudine non excedentis injusta mensio exilio puniatur dummodo probabile sit, in viginti ulnis si tot, iisdem ulnis, mensuratæ fuerint, ulnæ unius differentiam adfuturam. Injustæ

[1]) *Hunc titulum B cum suis omittit.*

heraþsdomi slicri socn sem mælt er um rettafars-sakir].

LII. Capituli.

Of þat ef austmenn göra aflaga i kaupstefnom.

[1] [Ef austmenn göra aflaga i kaupstefnom um rettafar karla oc kvenna eþr alnar eþr vettir, oc a aþili kost at stefna at heimili goþa þess, er sa er i þingi meþ er sökir til doms a vicofresti, oc göra orþ austmönnom III nottom fyrir dominn eþr fyrr, oc scal sökiandi nefna XII menn i dom oc fara socn sem at þingadomi, döma hann alsekian oc sect fe hans alt oc uptökt eptir dom, nema lögvarnir comi framm, eþr handsöl goþ se boþin oc gerþ goþa, oc scal goþi vinna fimtardoms eiþ, at hann mundi slika satt göra varra landzmanna imillum, oc hann hafi eigi fe tekit til liþs af austmönnum. Þriggia marka secþ varþar, ef maþr tekr minni satt um rettafars söc enn VI merkr. Ef kaupstefna er i annarri þingsocn enn sa goþi heyr er aþili er i þingi meþ, eþr î öþrom fiorþungi, þa scal aþili kiosa at hvers goþa hann vill dom eiga þeirra er i þeirri þing-socn ero, er kaupstefna er i,

ulnæ, linteis adhibitæ, eundem ac in pannis vulgaribus reatum afferunt. Judiciis tribuariis coram in orientalem virum eadem actione (de ulnis injustis) agendam est, ac de jure personali violato constituitur.

Titulus LII.

De eo, si orientales in commerciis nostrates defraudaverint.

Si *orientales in nundinis qvid improbe egerint, vel virorum vel fœminarum jura personalia violando, vel ulnas ponderave injusta adhibendo, actori competenti jus defertur citationem manifestare in domiciliis prætoris, cujus curiam agens seqvitur, ad causam intra hebdomadem peractam, dijudicandam, et orientales, tribus vel pluribus ante judicium habendum noctibus (de citatione) certiores facere. Actor duodecim judices denominet, et actio, ut in judiciis comitialibus solet, instituatur. Reus in totum condemnetur, bonaqve ejus commissa et publicata post latam sententiam definiantur, nisi exceptiones proferantur peremtoriæ vel conditiones plausibiles et a prætore facienda transactio causæ oblatæ sint. Prætor vero qvinionis judicii juramentum præstet (probans) eum eodem modo inter nostrates causam hancce transactuorum esse, neqve largitionibus orientalium ad benevolentiam captandam corruptum*

[1]) *Hunc titulum B cum suis omittit.*

oc stendr þat mal um III fiorþunga. En i aust-firþinga-fiorþungi er jafnrett at sökia at graftar kirkio inni næsto kaupstaþnom sem at kiosa goþa til].

fuisse. Trium marcarum multa tenetur qvicunqve minorem in juris personalis violati causis multam capit qvam marcas sex. Si nundinæ vel in alia toparchia fuerint qvam illa, ad qvam prætor pertinet, cujus curiam actor competens seqvitur, vel etiam in alio qvadrante: actor competens eligat, in cujusnam eorum, qvi in eadem ac nundinæ toparchia sunt, prætorum domicilio judicium instituere vellet. Per tres patriæ qvadrantes hæc constitutio valeat. Sed in qvadrante orientali (v. Ostfiordensium) non minus justum erit ad templum cæmeterio instructum, emporio proximum, actionem peragere qvam prætorem hanc in finem eligere.

LIII. Capituli.

Of heimilisföng manna.

[1]) Fardaga scolom ver eiga IV a landi her. Þeirra er fyrstr hinn V dagr viko sa er VI vikor ero af sumri; þann dag a maþr cost at föra heimili sitt ardegis. Annarr er föstodagr, III laugardagr IV drottinsdagr. Þann dag segia lög mann at aptni af griþi sino þvi er hann hefir aþr haft. Nu hefir maþr ser eigi griþ þann drottinsdag at aptni, eþr ardegis

Titulus LIII.

De domiciliis capiundis.

Q*vatuor hac in civitate dies migrationum habeamus. Eorum primus numeratur dies hebdomadis qvintus, sex æstatis hebdomadibus peractis. Illo die summo mane migrare liceat. Secundus est dies jejunii; tertius lavacri; qvartus dominica. Vespere hujus diei (ut migrans) se domicilio, qvo hucusqve utebatur, abstineat, leges præfiniunt. Si qvis vel die dominica vesperascente vel summo mane secundi hebdoma-*

---

[1]) *In sectione de comitiis ordinandis a titulo LVI ad LXI usqve, hic titulus et seqventes usqve ad LXIX e recensione Codicis B leguntur; sed cum Codicem A fere ubiqve inde a nominata sectione secutus sim, hos titulos, qvamvis antea allatos, hic omittere minime fas esse duxi, ne mancæ et mutilatæ sectiones sisterentur.*

annan dag viko, þa verþr hann utlagr III mörkum.

Ef maþr a kono, þa scal hann fengit hafa henni griþ, oc sagt henni til hinn Vta dag vico, þa er VII vicor ero af sumri et siþarsta. Nu er henni ofenginn staþr sva at hon viti, þa er rett at hon taki ser griþ þar sem hon vill, oc scal hon þann staþ þa hafa XII manaþr. Nu hefir maþr eigi staþ þeim mönnom, er hann scal fyrirhyggia inn efsta fardag, þa verþr hann utlagr III mörkom viþ hvarn þeirra, oc a sa söc þessa, er sökia vill.

Maþr scal sva coma til griþs, sem hann var asattr viþ bonda, annattveggia at fardögom eþr at miþio sumri.

Karlmaþr XVI vetra eþr ellri oc mær tvitog eþr ellri scolo sialf raþa heimilisfangi sino.

Rett er at maþr comi i griþ at miþio sumri oc iþni annat þartil.

LIV. Capituli.
Of verka-kaup.

Nu vinnr maþr buverk, þa scal hann eigi meira kaup taka enn halfa mörc VI alna aura til miþs sumars. En fra miþio sumri scal hann vinna bonda allt til vetrar

dis diei fixam sibi mansionem non sumserit, trium marcarum multam expendat.

Uxorem habens tum fixam ei mansionem stipuletur et de hoc eam certiorem faciat, serissimo qvinto die hebdomadis cum septem æstatis hebdomadæ peractæ sunt. At eo tempore, qvantum scit, domicilio caret uxor, tum ipsa ubicunqve voluerit domicilium sibi eligat, qvo loco etiam per menses duodecim subseqventes maneat. Qvi hominibus, qvibus prospicere tenetur, ultimo die migrationum mansionem fixam non comparatam habet, pro qvocunqve eorum trium marcarum multam expendat. Volenti hæc causa agenda defertur.

Ad mansionem domesticam, qvam qvis sibi stipulatus est, se referat, vel tempore migrationum, vel media æstate, prout inter eum herumqve convenerat.

Vir sedecim annorum natus vel adultior, et virgo vicennaria vel adultior, ubi mansionem domesticam sibi eligere vellent ipsi prospiciant.

Ut media æstate qvis ad mansionem stipulatam se referat et eo usqve alia operetur, fas est.

Titulus LIV.
De manupretio.

